DE HOMINIS BEATITUDINE

IN I II SUMMAE THEOLOGIAE DIVI THOMAE COMMENTARIA

(QQ. I-V)

cz:

CONSEJO SUPERIOR DE INVESTIGACIONES CIENTIFICAS
INSTITUTO DE FILOSOFIA "LUIS VIVES"

OBRAS COMPLETAS

de

Santiago Ramirez, O. P.

Edidôn preparada por

Victorino Rodriguez, O. P.

Tomos publicados:

I. De Ipsa Philosophia in Universum.

Pars prima. Notio Philosophiae.
Pars secunda. Divisio Philosophiae.
Pars tertia. De proprietatibus Philosophiae.
(Dos volûmenes: 926 pags. Rûstica: 900 ptas. Tela: 1.000 ptas.)

II. De Analogia.

Pars prior. Theoria Analogiae.
Pars altera. De usu Analogiae.
(Cuatro volûmenes: L + 1.950 paginas. Rûstica: 2.000 ptas. Tela: 2200 ptas.)

III. De Hominis Beatitudine. *In I-II Summae Theologiae Divi Thomae Commentaria* (Qq. I-V.)

Prolegomena.

Lib. I. De hominis beatitudine in genere sive de ultimo fine totius humanae vitae in communi.

Lib. II. De essentia metaphisica beatitudinis obiectivae.

Lib. III. De essentia metaphisica beatitudinis formalis.

TV. De essentia phisica beatitudinis humanae.

Lib. V. De adeptione beatitudinis.

(Cineo volûmenes: LXXII + 2.480 pags. Rûstica: 2.500 ptas. Tela: 2.750 ptas.)

◆ * ◆

Santiago Ramirez, O. P. *Su vida y su obra.* Por Vicente Marrero.

C348 pags. Rûstica: 200 ptas. Tela: 250 ptas.

Decia rccientemente Pablo vi «que la actividad humana, hoy tan Intensa, tan compleja, tan avanzada, puede produdr por si mlsma desajustes y desôrdenes, porque carece de algo esendal, que es el fin. el centro, el porqué de su gran movimiento; carece de la auténtica nota, que hacc a la acciôn verdaderamente humana, y es la moralidad, la cienda del deber, la denda del bien, la dencia del verdadero fin... El hombre moderno ha avanzado extraordinaria·mente en la denda de los medios; permanece, en cambio, inderto en la dencia de los fines y, toda vez que esta se conecta esendalmente con la religiôn, el proceso de desintegraclôn del pensamiento religioso y de la vida que procédé del mismo ha producido confusiôn en la condenda y en la actividad humana. Dios es el eje de la vida humana, de la vida humana orientada por el sentido moral, porque tiene razôn de fin; y la causa final, dice muy bien S. Tomâs. es la primera de las causas», (Aloe, del 10 de marzo de 1971.) El Papa apela très veces en esta breve alocuciôn al tratado de S. Tomâs sobre la felicidad.

El mâs amplio y profundo estudio que se ha hecho sobre el fin de la vida humana, a base de S. Tomâs, es la présente obra De *hominis beatitudine,* en clnco volûmenes, de Santiago Ramirez, cuyos très primeros libros tuvieron una primera ediciôn, pronto agotada, hace mâs de veinte anos.

Unos amplios prolegômenos, Henos de sabiduria teolôgica. slrven de introducciôn a los tomos siguientes de Teologia Moral Especulatlva.

Dios, fin de la vida humana, la capacidad de felicidad del hombre viador, la relatividad de los bienes de este mundo, la mûltiple participaciôn de la felicidad de Dios, la metafisica de la causa final y lo mâs intimo de la antropologia teolôgica, etc., son temas constantes de estos volûmenes de «ciencia de los fines».

Precio del tomo III:
los dnco volûmenes

En rûstica: 2.500 ptas
En tcla: 2.700 ptas.
Tela: 250 ptas.

ÆP Λ

EDICION DE LAS OBRAS COMPLETAS

DE

SANTIAGO RAMIREZ, O. P

TOMO III

JACOBUS M. RAMIREZ, O. P.

DE HOMINIS BEATITUDINE

IN III SUMMAE THEOLOGIAE DIVI THOMAE COMMENTARIA

(QQ. I-V)

Editio praeparata a Victorino Rodriguez, O. P.

CONSEJO SUPERIOR DE INVESTIGACIONES CIENTIFICAS

INSTITUTO DE FILOSOFIA "LUIS VIVES"

MADRID, 1972

Nihil obstat: *Fr. Theophilus Urdanos, O. P.*
Fr. Armandus Bandera, O. P.

Imprimi potest: *Fr. Hyacinthus Hoyos, O. P.*
Provincialis Provinciae Hispaniae.

Imprimatur: *Dr. Constantius Palomo.*
Vicarius Generalis.

Salmanticae, 7 martii 1971.

Depôsiic Legal: M. 29.980-1971 (I)

Impreso en Espana

Printed in Spain

FEEHAN MEMORY ' 'n°ARY
3T. MARY OF THE MlNARY
MUNDELEIN, i· .· :lg

Sucesores de Rivadeneyra, S. A—Paseo de Onésimo Redondo, 26.—Madrid-8

NOTULA PRAEVIA EDITORIS

Tractatum theologicum *De hominis beatitudine* ad Primam Secundae Summae Theologicae (qq. 1-5) S. Thomae concinnatum edere incoeperat J. M. Ramirez abhinc triginta circiter annos. Etenim anno 1942 prodibat Matriti, apud Consejo Superior de Investigaciones Cientificas, *tomus Primus continens prolegomena tria et primum totius operis librum De hominis beatitudine in communi;* anno 1943, ibidem prodibat *tomus secundus de essentia metaphysica beatitudinis obiectivae;* denique anno 1947, etiam apud C. S. I. C., publici iuris fiebat *tomus tertius de essentia meta physica beatitudinis formalis.*

Auctor cogitaverat universum tractatum de hominis beatitudine in quinque Libros totque tomos distribuere, pro quinque quaestionibus S. Thomae de eodem subiecto. Deerant ergo duo libri, *quartus* scilicet *de essentia physica beatitudinis* (ad quaestionem quartam Primae Secundae), et *quintus de adeptione beatitudinis* (ad quaestionem quintam Primae Secundae).

Tria illa volumina edita et evulgata summa cum laude ab omnibus accepta sunt, etiam a magistris theologis, qui nimirum non solum extensionem et profunditatem insolitam in commentando novaque adiungendo agnoscebant et admirabantur, verum etiam singularem methodum theologicam positivo-speculativam maxime aestimabant, utpote desideratum complementum textus Divi Thomae. Videsis, exempli gratia, iudicia critica J. Tonneau, apud «Bulletin Thomiste» 7 (1943-1946), pp. 7-45; R. Verardo, apud «Divus Thomas» Piacenza 46 (1943) 202-208; 51 (1948) 199-202, 52 (i949) 238-240; L. B. Gillon, apud «Angelicum» 20 (i943) I92-I95>

T. Urdanoz, apud «Revista Espanola de Teologia» 3 (1943) 192-195; L. E. Palacios, apud «Revista de Filosofia» Madrid, 2 (1943) 623-628, 5 (1946) 163-166.

Nec mirum ergo quod illa priora volumina cito exhausta fuerint novaque editio desideraretur. Hodie, D. d., possibile est et reeditio trium priorum voluminum et alia duo inedita in lucem prodere.

Partes *ineditae* sequenti statu nobis relictae sunt: Liber quartus, correspondens quaestioni quartae S. Thomae, fere integer elaboratus erat ut typis mandaretur. Huiusmodi elaboratio pertingit ad articulum quintum inclusive «utrum ad beatitudinem hominis requiratur corpus». Quantum ex graphia, atramento et ordine editionis aliorum librorum coniici potest, mihi videtur Librum quartum, quoad hanc partem, conscriptum fuisse anno 1942-1943.

Reliquae vero partes, scilicet articuli sextus, septimus et octavus quaestionis quartae, et tota quaestio quinta, non sunt retractatae, sicut priores, intuitu publicae editionis. Defuit tempus. Auctor tamen conservabat manuscriptum commentariorum scholarium cursuum praecedentium eodem de subiecto. Quae quidem expositio est brevior minusque accurata, sed lineamenta fundamentalia eadem sunt sicut essent in ultima elaboratione subsecutura. Tota ergo hac parte inedita inclusa, tractatus de hominis beatitudine completus evadet in praesenti editione.

Historiam ergo totius tractatus *De hominis beatitudine* conspicientes, sequentia, notatu digna, animadvertimus: Iacobus M. Ramirez sexies in Universitate Friburgensi Helvetiorum tractatum de hominis beatitudine explicavit, iuxta relationem fidedignam Decani Facultatis Theologiae, nempe semestribus hiemalibus 1926-1927, 1930-1931, 1934-1935, 1939-1940» 1942-1943. Age nunc: tomum primum, editum 1942, censurae traderat anno 1935; tomum secundum, editum 1943, censurae traderat mense martio 1942; et tomum tertium, editum 1947, censurae traderat mense iulio 1942. Sic ergo videtur quod tomus primus praeparatus est ad publicam editionem cursu 1934-1935, quando una simul exponebat Introductionem in Theologiam Moralem. Tomi

vero secundus et tertius debentur definitive cursui 1939-1940. Denique, cursu 1942-1943 prosequi potuit praeparationem tomi quarti, ut supra dixi.

Sed, cuiusnam cursus est manuscriptum articulorum 6-8 quaestionis quartae et totius quaestionis quintae? Certo pertinent ad primum vel secundum cursum friburgensem, probabilius ad secundum, idest ad cursum *1*930-1931.

Ediiio nostra sequentem structuram induit: quatuor priora volumina sunt reeditio tomorum primi, secundi et tertii prius editorum. Ob exigentias dimensionis voluminis editionis nostrae, tomus tertius partitur in duo volumina iuxta duas partes libri tertii. Quoad textum nulla modificatio occurrit; tantummodo adduntur nonnullae notae, et quidem intra signa parenthesis quadrata [ ], quae manuscriptae ab auctore inveniuntur in exemplari quo ipsemet utebatur.

Quintum denique volumen congerunt partes usque antehac ineditae, id est, Liber quartus correspondens quaestioni quartae Primae Secundae, et Liber quintus, correspondens quaestioni quintae D. Thomae. In hoc ultimo volumine praeparando attenduntur et textus originalis manuscriptus cum adnotationibus ad latus et chartulae nonnullae posterius scriptae et interpositae ab ipso auctore, qui denique minime potuit his adiunctis ultimam elaborationem exscribere.

Salmanticae, 7 martii 1971.

Victoriniis Rodriguez, O. P.

PRAEFATIO

Norunt omnes quanti fecerit Ecclesia doctrinam S. Thomae, quam suam propriam edixit esse 1. Aliunde vero constat eam plenis haustibus et incorrupte ebibi non posse, nisi in proprio fonte, iteratis vicibus, frequentetur; quod maxime obtinet, si Summa Theologica uti liber *textus* in praelectionibus habeatur, «veteri more, qui nunquam excidere debuerat» 2.

Hoc tamen opus, si quod unquam, indiget expositione et complemento.

Expositione quidem, cum historica tum doctrinali.

Historica eget expositione, non solum ut meritum S. Thomae in rebus theologicis aequa lance ponderetur, verum et praecipue quia magna pars articulorum argumentorumque eius pendet ex historicis conditionibus, quae hodiernos lectores, ob temporis distantiam, plerumque fugiunt: — eo vel magis, quod S. Doctor consuevit scribere modo quodam impersonali et intemporali, etiam quando versat quaestiones ad suam personam vel tempus directe pertinentes.

At praesertim opus habet expositione *doctrinali* seu *speculativa.* Est enim textus S. Thomae simul facilis et difficilis

Facilis, quantum ad *formam* litterariam limpidam, bre-

1 Benedictus XV, Encycl. *Fausto appetente,* die 29 iunii 1921, A. A. S ., 192b P· 332; Pius XI, Encycl. *Studiorum ducem,* die 29 iunii 1923, A. A. S., 1923» p- 314.

2 Pius X, Motu proprio *Doctoris Angelici,* die 29 iunii 1914, A. A. S., I9M> P· 339-

vem, firmam nihilque perplexi habentem; quo fit, ut unusquisque prima fronte sibi persuadeat se Thomam nullo negotio intellexisse.

Turpiter tamen decipitur. Nam quoad *rem* dictam, Thomas est *valde difficilis.* Ut enim scite animavertit Caietanus, «formalis sermo Doctoris nostri *magnam recondit sensuum altitudinem**, quae paulatim animum pulsat lectoris dum eius lectionem repetit; ut vel ex eo patet, quod«eximii thomistarum *vicies* vel *saepius** eam iterantes, «semper se *novi* aliquid percepisse afirmant» [1]

«Est enim, inquit alibi idem Caietanus, doctrina D. Thomae, ex abysso Sapientiae salutaris hausta, adeo *profunda,* ut *doctissimus* quisque et *summo ingenio* praeditus ad intima eius pervenire cupiens, videat *semper sibi immensum quoddam pelagus subtilitatis restare,* quo conari possit» [2].

Complemento etiam eget. Nam post mortem S. Doctoris plures haereses aut errores orti sunt, plura decreta et acta edidit Ecclesia, plures excitatae sunt controversiae inter theologos, quae ignorari omnino non possunt. «Hoc tamen libro commentando, ait Pius X, facilius erit ea omnia intelligere atque illustrare; nam post beatum exitum S. Doctoris, nullum habitum est ab Ecclesia Concilium in quo non ipse cum doctrinae suae opibus interfuerit»[3].

Hac ergo necessitate ducti, viri docti non pauci, saeculorum decursu atque etiam nostris temporibus, plurimum adlaborarunt in exponendo hoc opere summo Aquinatis, partim quidem presse inhaerentes textui, partim vero, idque plerumque, incessu liberiori, cum magno religionis ac doctrinae catholicae emolumento.

Attamen, ni multum nos fallit opinio, post tot tantosque labores, locus adesse potest novo commentario, maxime relate

1 Caietanus, *Praefatio in expositionem Primae Partis Summae S. Thomae Aquinatis·, ad Card. Olivenum Carrafam,* ed. Leon, t. IV, p. 4.

2 Caietanus, *Epistola ad Decanum et Magistros Facultatis theologicae Heidelbergensis,* de edendis commentariis Conradi Koellin, O. P., in I-IL Venetiis, 1589, in capite editionis.

3 Pius X, Motu proprio *Doctoris Angelici,* loc. cit, p. 339.

ad Secundam Partem Summae, cuius rariora sunt commentaria quam in Primam et Tertiam Partem [1].

Antiqui enim expositores, speculatione quidem eminentes, ex una parte nimis neglexerunt historiam et positiva documenta, quibus Summa locupletari debebat; ex alia vero controversiis scholarum plus aequo indulgentes, prout ea ferebant tempora, non exposuerunt *textum* directe et per se, pro rei dignitate obiectiva, sed plerumque secundum *celebritatem* controversiarum, atque ideo eorum speculationes, potius quam in profundum *textus* et per se, in latus et per accidens divertebant.

Aliunde autem moderni scriptores, qui de Secunda Parte Summae occupati sunt, partim quidem nimis horrescunt speculationes et antiquorum expositiones, ita ut vel ipsum nomen *commentatoris* eis odiosum sit; partim vero nimis a longe sequuntur textum, in praxim vel in historiam litterariam divertentes, aut etiam, quando historiam doctrinalem attingunt, saepius ab exteriori et superficie tenus, potius quam ab interiori et radicitus, veritatem aucupantur: — ut illos praeteream, qui simplici versione in linguas vernaculas sunt contenti.

Videtur ergo utile novum moliri commentarium Summae Theologicae, in quo textus exponatur directe et per se, modo quodam systematico et ininterrupto, absque ulla controversiarum febri et sine ullo speculationis aut historiae horrore,

[1] A. Michelitsch computum quendam fecit commentatorum in Summam Theologicam, scilicet:

in I P.....	.....	218;
in I-II	.....	108;
in II-II	.....	89;
in III P.....	.....	148;
in Suppi.....	.....	9-

(*Commentatoren zur Summa theologiae des hl. Thomas von Aquin,* p. 170. Graz und Wien, 1924.)

Et licet series non sit omnino completa —alia enim plura ante et post annum 1924 addi possunt— fatendum est proportionem eorum in diversas Partes Summae theologiae exactam esse.

quin potius amico foedere omnibus utens, secundum quod ad veriorem et profundiorem textus intelligentiam expedire noscuntur.

Itaque in animo est principales tractatus Secundae Parris Summae pro virili, quantum Dominus dederit, continuis illustrare commentariis, in usum praesertim illorum qui eam veluti *textum* praelectionum habent.

Pauca tamen de agendi ratione addere non pigebit.

Atque in primis, cetera non négligentes, primas partes speculationi tribuimus. Si enim commentarium debet respondere textui, et hic est eminenter speculativus, illud maxime debet speculationi incumbere.

Dein, textus S. Thomae ex aliis locis explicite vel implicite parallelis diligenter collegimus et adhibuimus ad Litteram Summae illustrandam; nam per se notum est optimum interpretem uniuscuiusque Auctoris ipsummet esse.

Commentatores vero quod attinet, eos maxima simul reverentia et libertate tractare curavimus, omni prorsus invidia et fetichismo resecatis.

Reverentiae testes erunt plures eorum citationes, quas de industria multiplicavimus, quandocumque eos recte dixisse comperuimus, eo fine, ut adolescentes illos cognoscere et diligere incipiant.

Libertatis vero testificabunt eorum haud infrequentes correctiones. Neque enim commentatores, sed Thomam exponendum suscepimus. Semper tamen, ut verbis utar Tullii Ciceronis, «verum invenire volumus, non tanquam adversarium aliquem convincere»[1].

Qua in re animadvertere iuvat nos vices non genere S. Thomae, neque Scholae thomisticae, neque alterius Scholae cuiuscumque —tantae enim arrogantiae non sumus—, sed exponere conamur pro viribus, ex auxilio Dei, textum S. Thomae, sub nostra propria et exclusiva responsabilitate. — Quae dicta sint ut, si qui errores in nostram irrepserint exposi-

[1] Marcus Tullius Cicero, *De finibus,* cap. 5, ed. Olivet, *Opera,* t. II, p. 106. Genevae, 1758.

tionem, non Thomae, non eius Scholae, non alii cuicumque, sed nostrae imbecillitati ex toto tribuantur.

In gratiam tironum explicavimus nonnunquam notiones et terminos, qui, aliunde noti, merito supponerentur. Experientia tamen didicimus adolescentes, etiam optimae spei, his explicationibus elementariis indigere, ita ut expositor Summae cum Apostolo dicere possit: «sapientibus et insipientibus debitor sum»[2].

Hac etiam ratione usus sum sermone simplici, consueto tamen inter scholasticos theologos, licet quandoque minus latinus sit, ne labores duos afferrem tironibus, unum in rerum, alternum in verborum intelligentia, ut lepide Melchior Canus dicebat[2].

Formam syllogisticam aliaque ad Philosophiam pertinentia non erubui, sicut neque S. Thomas erubescebat.

Equidem scio haec non esse Theologiam, sed Theologiae instrumenta. *Instrumenta* tamen.

Unaquaeque scientia vel ars habet sua instrumenta. Quod si eis valedicat, ulterius procedere non potest.

Exegeta iure quidem suo plurimum utitur grammatica, philologia, historia; haec enim omnia *instrumenta* sunt sensus litteralis textus sacri detegendi, quamvis Scriptura Sacra formaliter non sit grammatica neque philologia.

Historicus utitur palaeographia, chronologia, descriptione et critica textuum aliisque ad veritatem et valorem documentorum determinandum, quibus tota historica narratio superstruitur; quia haec sunt historiae *instrumenta,* licet formaliter historia non sint.

Theologus similiter, cuius est explicare conceptus et veritates revelatas, uti debet Logica aliisque Philosophiae partibus ad verum sensum formularum fidei exponendum et defendendum. Se habet enim Philosophia ad theologum, sicut philologia ad exegetam et sicut palaeographia et chronologia et critica ad historicum.

[1] *Rom.* I, 14.

[2] *De locis theologicis,* lib. II, prooem., ed. Cucchi, Romae, 1901, t. I

Quod si exegetis et historicis licet suis uti instrumentis, cur theologo non licebit uti suis? An militem deridebis, eo quod ensem ferat? «Non enim sine causa gladium portat»1. Vere seipsum iudicaret, qui alios hac de causa condemnaret, ut verbis utar eiusdem Apostoli.

Quare Leo XIII sollemniter docet: *«requiritur* Philosophiae *usus,* ut Sacra Theologia *naturam, habitum ingeniumque verae scientiae suscipiat atque induat»3.*

Et similiter Pius XI ad clerum cum saecularem tum regularem. *Ad saecularem* quidem scribit: *«etenim id quod efficit ut hoc disciplinae genus vim scientiae veri nominis habeat,* in eoque —ut desideratissimus decesor Noster, praeclare ait [Benedictus XV, Motu proprio de Romana S. Thomae Academia, 31 decembris 1914]— 'plena sit, quantum per humanam rationem licet, explicatio invictaque defensio traditae divinitus veritatis', *nihil est aliud nisi Philosophia Scholastica, duce et magistro Aquinate, in usum ipsius Sacrae disciplinae conversa»4.*

Regularem autem gravissime monet: *«unde sequitur ex inscio imperitoque philosopho fieri nunquam doctum theologum posse»5.*

Rursus, Sacra Studiorum Congregatio, inter ordinationes de *methodo docendi,* hanc habet: «in quaestionibus speculativis sive *Theologiae,* sive Philosophiae, adhibeatur *methodus* quam *scholasticam* vocant, *non neglecta,* tam in proponendis argumentis quam in afferendis, disputandis, solvendis difficultatibus, *forma syllogistica»1.*

1 *Rom.* XIII, 4.

2 *Ram.* II, 1. [Cf. S. Albertum M., *in Epist. Dionysii,* Epist 7, 2, dub. unie, t. 14, p. 910; *Isent.,* prol. t, 25, p. 8].

3 Leo XIII, Encycl. *Æeterni Patris,* die 4 augusti 1879, ed. Bonne Presse. Paris, s. d., 11, p. 50.

* Pius XI, Epistola Apostolica *Officiorum omnium,* ad. Card. Bisleti, de Seminariis et studiis clericorum, die i augusti 1922. A. A. S. 1922, p. 455.

5 Epistola Apostolica *Unigenitus Dei Filius,* ad Summos Moderatores Ordinum Regularium aliarumque Sodalitatum religiosorum virorum, die 19 martii 1924. A. A. S. 1924, pp. 144-145.

Quod iam pridem dixerat Melchior Canus: «quasi posset quisquam, qui non *idem simul et ratione et auctoritate* nitatur, esse theologus!» *(De Locis theologicis,* lib. IX, cap. 9, n.° 1, ad i.um arg., ed. cit, t. II, p. I38.)

Haec Sanctae Sedis praescripta sancte servare nobis cordi erit. Ac fidenter dixerim: velle Theologiam addiscere sine Philosophia, est velle Theologiam *intelligere sine intellectu.*

Ultimum verbum addere liceat de Operis extensione. Commentarium sat prolixum me fecisse non diffiteor. At, ni multum fallimur, commentaria non sunt iudicanda ex eorum prolixitate aut brevitate, sicut neque ex vetustate aut novitate. Si vera, si solida, si profunda sunt, unquam erunt nimis longa, semperque nova erunt; sin autem falsa, si imbecilla, si superficialia, unquam erunt nimis brevia, semperque erunt vetustissima. «Absit enim —inquit egregie S. Augustinus— ut multiloquium deputem quando *necessaria* dicuntur, *quantalibet sermonum multitudine ac prolixitate dicantur»2.*

Qua de re perutile erit adolescentibus prae oculis habere sequentia verba S. Thomae: «sunt *aliqui,* qui omnia volunt sibi dici per certitudinem, idest *per diligentem inquisitionem rationis; et hoc* contingit *propter bonitatem intellectus iudicantis et rationes inquirentis* —dummodo non quaeratur certitudo in his in quibus certitudo esse non potest—: *quidam* vero sunt, qui *tristantur si quid per certitudinem cum diligenti inquisitione inquiratur;* quod quidem [contingit...] *propter impotentiam complectendi,* habent enim *debilem* rationem, unde *non sufficiunt* ad considerandum *ordinem* complexionis priorum et posteriorum»3. Et hi solent —ut scite animadvertit S. Doctor— priorum studium contemnere, eos superfluos ac interminabiles dicentes: simul tamen propriam

1 *Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus, Ordinationes* ad Constitutionem Apostolicam *Deus scientiarum Dominus,* tit. III, ait 18, § III. A. A. S. 1931, p. 268.

2 *Retractationes,* prolog., n.° 2. ML. 32, 583-584. [Cf. *In Ps.* 32, serm. 2, n. 9].

3 S. Thomas, *Comment, in II Metaph.,* lect. 5, ed. Cathala, O. P., n·0 334-

«loquacitatem suam, inertiam et imperitiam approbare» \ Nam «solent homines loqui contra sententias non intellectas»: vel «quia nesciunt quando ille qui loquitur *ad finem* propositi perveniet»; vel «quia *ordinationem* sermonum eius *capere non possunt*»[2].

Nostra ergo facimus haec aurea verba Ioannis a S. Thoma: «qui... sine ullo labore aut meditatione omnes suas difficultates in libro aliquo velit sibi exhauriri, et tamen prolixitatem omnem sustinere in legendo fastidiat, illam e Hieronymi verbis sententiam depromo, libro 2 Apolog. ad Rufinum [cap. 33, ML. 33, 476]: *nemo cogitur legere quod non vult: ego petentibus scripsi, non fastidiosis; gratis, non invidis; studiosis, non oscitantibus*»[3].

Ceterum, Theologia universa nihil est aliud quam explicatio fidei, hoc est, verbi Dei, quae multifariam multisque modis fieri debet ut tantillum veritatis eius assequamur: <dnfinita enim verba hominum non possunt attingere [perfecte] unum Dei verbum»[4].

Scribebam Nonis Martii, in festo S. Thomae Aquinatis, Ecclesiae Doctoris, anno Domini **MCMXXXV.**

1 S. Thomas, *Lectura in Psalmum* **XXXVI,** n.° 21. Opera Omnia, ed. Vives, t. XVIII, pp. 453-454.

2 S. Thomas, *Expositio in librum lob.,* cap. 8, lect. 1, ed. cit., t. XVIII, PP· 53-54-

3 Ioannes a S. Thoma, O. P., *Cursus philosophicus,* t. II, prolog., p. 2, ed. B. Reiser, O. S. B., Taurini, 1933. Quibus verbis addere placet haec alia salita et pi entata Ludovici Molina, S. I.: «equidem non sum inscius multos esse, ad quorum stomachum —quae cuique est genii et ingenii varietas—, nisi perbrevi compendio tradita, doctrina non faciat, adeo ut, quidquid ea brevitate concinnatum non sit, id vero tanquam ingrati saporis fercula respuant aversenturque; perinde quasi brevitas una sit ad quam, ut ad obrussam, exigatur omnis de quacumque re summa, infima explicatio.

Est profecto, ut di quod sentio, magnum operis ornamentum brevitas; ac summe optabilis, si eam fert operis dignitas: verum, cum brevi ac compendiario dicendi genere velut offusa caligine rerum, de quibus agitur, splendor obscuratur ac pene obruitur, id qui postulant, aut rerum dignitati parum consulunt, aut, ut cum Lyrico loquar, sincerum cupiunt vas incursare» *(De iustitia et iure,* tom. I., ad lectorem Moguntiae, 1602.)

4 S. Thomas, *Comment, in Evangelium secundum Ioannem,* cap. 16, lect. 6, ed. Marietti, p. 518 b.

INDEX RERUM SYNTHETICUS

Pâgs.

NOTULA PRAEVIA EDITORIS VII
Pr a e f a t io .....

PROLEGOMENA

PROLEGOMENUM PRIMUM

INTRODUCTIO GENERALIS IN UNIVERSAM THEOLOGIAM MORALEM

CAPUT PRIMUM

DE RATIONE QUA INTRODUCTIO IN THEOLOGIAM MORALEM EST INSTITUENDA

Art. i. — De ratione introductionis in disciplinas philosophicas..... 9
Art. 2. —De ratione introductionis in disciplinas theologicas.....
Apud antiquos theologos usque ad finem saeculi xvi.. 12
§ II. Apud theologos recentiores a saeculo xvi labente usque ad medium saeculum x v iii.....17.....
§ III. Apud theologos modernos a medio saeculo x v iii ad nostra usque tempora..... 11

CAPUT SECUNDUM

DE IPSA INTRODUCTIONE IN THEOLOGIAM MORALEM

Art. *i.* — *De* natura vel essentia Theologiae Moralis..... 49
§ I. Definitio nominalis Theologiae Moralis..... 50
§ IL Definitio realis Theologiae Moralis..... 6o
Art. *2.* — *De* propria methodo Theologiae Moralis..... 98
§ I. De propria methodo Theologiae Moralis ex parte sui vel obiecti..... 98

Pàgt.

§ IL De propria methodo Theologiae Moralis ex parte subiecti vel theologi..... no
jri. 9. — De divisione Theologiae Moralis..... 11-7

PROLEGOMENUM SECUNDUM

INTRODUCTIO SPECIALIS IN TRACTATUM DE HOMINIS BEATITUDINE

CAPUT PRIMUM

MOMENTUM TRACTATUS DE HOMINIS BEATITUDINE

Art. i. — Momentum eius in re philosophica..... 123
Art. 2. — Momentum ipsius in re theologica..... 128

CAPUT SECUNDUM

DIFFICULTAS TRACTATUS DE HOMINIS BEATITUDINE

CAPUT TERTIUM

DIVISIO TRACTATUS DE HOMINIS BEATITUDINE

PROLEGOMENUM TERTIUM

BIBLIOGRAPHIA TRACTATUS DE HOMINIS BEATITUDINE

§ I. Philosophi..... 143
§ II. Patres..... 159
§ III. Theologi..... 164

LIBER PRIMUS

De hominis beatitudine in genere sive de ultimo fine totius humanae vitae in communi

Proloquium 211

Pàgs.

PARS PRIMA

DE EXSISTENTIA ALICUIUS ULTIMI FINIS TOTIUS HUMANAE VITAE

CAPUT PRIMUM

DE EXSISTENTIA ALICUIUS ULTIMI FINIS NATURALIS TOTIUS HUMANAE VITAE

An. i· — Utrum homini conveniat agere propter finem..... 230
§ I. Praenotanda: sensus et status quaestionis..... 230
§ II. Quaestionis resolutio..... 238
§ III. Solvuntur difficultates..... 247
An. 2. — Utrum agere propter finem sit proprium rationalis creaturae..... 280
§ I. Praenotanda: sensus et status quaestionis..... 280
§ II. Quaestionis resolutio..... 284
§ III. Solvuntur difficultates..... 332
Art. 3. — Utrum actus hominis recipiant speciem ex fine..... 338
§ I. Praenotanda: sensns et status quaestionis..... 338
§ II. Quaestionis resolutio.....
§ III. Solvuntur difficultates..... 362
An. 4. — Utrum sit aliquis ultimus finis humanae vitae..... 372
§ I. Praenotanda: sensus et status quaestionis..... 372
§ II. Quaestionis resolutio..... 378
§ III. Solvuntur difficultates..... 395

CAPUT SECUNDUM

DE EXSISTENTIA ALICUIUS ULTIMI FINIS SUPERNATURALIS TOTIUS HUMANAE VITAE

PARS SECUNDA

DE NATURA SEU DE UNITATE ESSENTIALI ULTIMI FINIS TOTIUS HUMANAE VITAE IN GENERE

CAPUT PRIMUM

DE UNITATE FINIS ULTIMI SIMPLICITER TOTIUS HUMANAE VITAE UNIUS EIUSDEMQUE HOMINIS

An. 5. — Utrum unius hominis possint esse plures ultimi fines....

§ I. Utrum unius hominis possint esse pluies ultimi fines naturales.....
A. Praenotanda: sensus et status quaestionis..... 428
B. Quaestionis resolutio..... 430
C. Solvuntur difficultates..... 450
§ II. Utrum unius hominis possint esse simul duo ultimi fines, unus naturalis et alius supernaturalis..... 457
§ III. Utrum unius hominis possint esse simul plures ultimi fines supernaturales..... 463
/}rt. 6. — Utrum homo omnia quae vult, velit propter ultimum finem..... 465
§ I. Utrum homo omnia quae vult in ordine naturali velit propter ultimum finem naturalem..... 466
A. Praenotanda: sensus et status quaestionis..... 466
B. Quaestionis resolutio..... 470
C. Solvuntur difficultates..... 478
§ II. Utrum homo omnia quae vult in ordine supernatural!, velit propter ultimum finem supernaturalem.....485

CAPUT SECUNDUM

DE UNITATE FINIS ULTIMI SIMPLICITER TOTIUS HUMANAE VITAE OMNIUM HOMINUM

Art. 7.— Utrum sit unus ultimus finis ominum hominum.....491..
§ I. Utrum sit unus ultimus finis naturalis omnium hominum .....491.....
A. Praenotanda: sensus et status quaestionis..... 491
B. Quaestionis resolutio..... 493
C. Solvuntur difficultates..... 501
§ II. Utrum sit unus ultimus finis supernaturalis omnium hominum.....506.....

CAPUT TERTIUM

DE UNITATE FINIS ULTIMI SIMPLICITER OMNIUM AGENTIUM CREATORUM

Art. 8. — Utrum in illo ultimo fine omnes aliae creaturae conveniant .....S.....
§ I. Utrum omnes aliae creaturae conveniant cum homine in fine ultimo naturali..... 512
A. Praenotanda: sensus et status quaestionis 512
B. Qauestionis resolutio..... 514

Index rerum syntheticus

Pàgs.

V II

. ,, Utrum omnes aliae creaturae conveniant cum homine
3 in ultimo fine supernatural!..... 527

537

Indices..... 539
I, index onomasticus.... 551
II. Index biblicus..... 555
III. Index thomisticus.... 569
IV. Index rerum analyticus

SIGLA PRAECIPUA

AAS.... = Acta Apostolicae Sedis.

Mansi.. = Ioannis Dominici Mansi. Sacrorum Concilio-
rum nova et amplissima collectio.

ML.....= Patrologia Latina, ed. J. P. Migne.

MG.....= Patrologia Graeca, ed. J. P. Migne.

PO..... = Patrologia Orientalis, accurante R. Graffin et
F. Nau.

PS..... = Patrologia Syriaca, accurante R. Graffin.

CSEL... = Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum,
editum consilio et impensis Academiae lit-
terarum Caesareae Vindobonensis.

CB (Corpus Berolinense.) Die griechischen chri-
stlichen Schriftsteller der ersten drei lahr-
hunderte, herausgegeben von der Kirchen-
wâter-Kommission der Konigl. preuss. Aka-
demie der Wissenschaften (zu Berlin).

BGPHM. = Beitrâge zur Geschichte der Philosophie des
Mittelalters.

SSL.....— Spicilegium Sacrum Lovaniense.

BTh.. = Bibliothèque thomiste.

BTE.. = Biblioteca de Teôlogos espaholes.

FP.. = Florilegium Patristicum tam veteris quam medii
aevi auctores complectens.

OT..... = Opuscula et Textus historiam Ecclesiae eiusque vitam atque doctrinam illustrantia.

Denz. ... = H. Denzinger. Enchiridion symbolorum et definitionum.

DThC. .. = Dictionnaire de Théologie Catholique.

B.—Si quando occurrunt citationes sine Auctore, semper intelliguntur esse S. Thomae; si quando vero sine Operis indicatione, semper intelliguntur esse Summae Theologicae.

Modus citandi est huismodi, v. gr.:

7 *Sent.* d. 21, i, i, qla. 2 ad 3 = Scriptum super libro primo Sententiarum Magistri Petri Lombardi, distinctione vigessima prima, quaestione prima, articulo primo, quaestiuncula secunda, responsione ad tertium argumentum.

De Verity 10, 7 ad 4..... = Quaestio disputata de Veritate, quaestione decima, articulo septimo, responsione ad quartum argumentum.

I, 37, 2 ad 3..... = Summa theologiae, Prima Parte, quaestione trigessima septima, articulo secundo, responsione ad tertium argumentum.

I-II.....= Summa theologiae, Prima Parte Secundae Partis.

II-11.....= Summa theologiae, Secunda Parte Secundae Partis.

III..... Summa theologiae, Tertia Parte.

Suppi..... Summa theologiae, Tertia Parte, Supplemento.

1. Priusquam ad Thomae textum exponendum accedamus, operae pretium videtur esse nonnulla praemittere scitu necessaria, per modum introitus cuiusdam. Sunt autem triai

i? Introductio generalis in universam Theologiam Moralem.

2.° Introductio specialis in Thomae tractatum de hominis Beatitudine.

3.° Bibliographia huiusce tractatus, praesertim Thomae commentatorum.

PROLEGOMENUM PRIMUM

INTRODUCTIO GENERALIS IN UNIVERSAM THEOLOGIAM MORALEM

«Ante scientiam oportet inquirere modum sciendi*. (S. Thomas, *In Boetium de Trinitate,* cap. 2, expositio textus).

2. Consueverunt artium scientiarumque doctores praemittere *introductionem* quandam in singulas disciplinas tradendas, ut addiscentes sciant *quo* et *qua via* pergere debeant, sicque paratiores reddantur studio ac labori viriliter aggrediendis et sustinendis usque ad perfectam disciplinae assecutionem; «neque enim, ut est apud Quintilianum, prius contigere cursus potest quam sciverimus *quo* sit et *qua* perveniendum» [1].

3. Et quidem merito. Est enim scientia proprie dicta motus rationis in veritatem capessendam; motus vero, ut in finem intentum ducat, debitam et ordinatam viam sequi debet, quam uno verbo *methodum* appellant (μέθοδο , a μετά, *versus, ad;* et ὁδό , *via:* = *via ad;* aequivalenter: *directio, manuductio, introductio).* Ante quanlibet ergo scientiam cognosci debet propria methodus seu proprius modus

1 Quintilianus, *Institutiones Oratoriae,* lib. X, cap. 7, n.° 6, ed Spalding. Paris, 1821-1824, t. IV, p. 180.

eam rite investigandi et adsequendi, quemadmodum et ante iter arripiendum solet prudens viator certior effici de via per quam transire debet, ut ad optatum terminum perveniat; «melius namque it claudus in via, quam cursor praeter viam» [1] «Nam qui in via claudicat, etiamsi parum proficiscatur, appropinquat ad terminum; qui vero extra viam ambulat, quanto fortius currit tanto magis a termino elongatur»[2].

4. At pro diverso conceptu scientiae diversimode concipitur eius introductio. Si nomine scientiae, ut apud plerosque modernos invaluit, intelligatur mera «inquisitio alicuius rei methodica, cuius fructus est unitas systematica omnium cognitionum, quae spectant ad certum idem obiectum»[3], etiamsi ignoretur vel etiam negetur nexus causalis earum cognitionum inter se; hoc est, mera collectio et adunatio vel associatio factorum aut singularium critice verificatorum aut expertorum: — tunc introductio in aliquam scientiam esset collectio problematum ad idem obiectum pertinentium cum quadam eius historia et bibliographia et cum technica, quam vocant, laboris scientific!, quae complectitur technicam experimentationis factorum vel comprobationis criticae alicuius documenti, technicam catalogationis, clasificationis aut collectionis eorum, ac denique technicam expositionis horum omnium per locutionem vel scripturam.

5. Si vero nomine scientiae intelligamus cognitionem rerum per proprias causas seu cognitionem conclusionum per demonstrationem, introductio in aliquam scientiam debet esse qua quis intrat vel intrare potest in cognitionem conclusionum eius. Intrat autem per propriam demonstrationem, quia demonstratio est unica et infallibilis via perveniendi in cognitionem conclusionum ut reduplicative conclusiones sunt. Cum ergo tota vis demonstrationis consistat

1 S. Augustinus, *Sermo 169 de Scripturis,* cap. 15, n.° 18. ML. 38, 926

2 S. Thomas, *In Evangelium secundum loannem,* cap. 14, lect. 2 ed Marietti, p. 379 b.

3 H. Dieckmann, S. I.» *De Revelatione Christiana,* n.° 18 Friburgi Brisgoviae, Herder, 193°» P· **II**«

in medio et in modo demonstrandi, introductio in scientiam nihil est aliud nisi cognitio modi demonstrandi, seu potius modi inveniendi medium demonstrationis eoque utendi demonstrando.

Et hoc modo sumimus scientiam cum de Theologia morali loquimur, sicut eam sumebat S. Thomas, qui primus Theologiae applicuit conceptum aristotelicum scientiae presse dictae [1]

Non quod haec notio scientiae negligat experimentationem, criticam catalogationem, historiam, bibliographiam, technicam aliaque id genus bene multa, de quibus iure suo recentiores gloriantur; at haec omnia considerat potius ut materialia vel auxilia quaedam scientiae stricte dictae quam ut scientiam formaliter sumptam, quae in demonstratione conclusionum ex propriis causis reponitur.

Qua in re semper prae oculis habendum est methodum essentialiter debere esse proportionatam et scientiae et scienti; quia, ut egregie docet S. Thomas, modus, quo aliqua discutiuntur, debet congruere et rebus et nobis: nisi enim *rebus* congrueret, intelligi non possent; nisi congrueret *nobis,* nos capere non possemus»[2].

6. Iam vero constat disciplinas theologicas, inter quas adnumeratur theologia Moralis, toto genere differre a disci-

1 Hac de re utiliter consuli potest M. D. Chenu, O. P., *La Théologie comme science au XIIIe siècle,* apud *Archives d'histoire doctrinale et littéraire du moyen âge,* t. II (1927), pp. 31-71. Simul tamen, et plus quam scientia presse sumpta, Sacra theologia est vera *sapientia,* immo et «*maxima sapientia inter omnes sapientias humanas,* non quidem in aliquo genere tantum, sed *simpliciter*» (I 1, 6). Quapropter, non abusive, sed ex proprio munere ei convenit, non solum conclusiones deducere ex principiis per demonstrationem, sed etiam critice exponere seu explicare propria principia eaque ab impugnatoribus et corruptoribus defendere. Hoc enim addit sapientia supra meram scientiam (1-ii 57, 1; 66, 5; 1 1, 6 et 8). Quod si ita est, articuli 9-10, et similiter articulus 1, non sunt «ruptura contextus» (p. 69); quin potius eos <eliminare» esset magnam «rupturam» textus et contextus perficere, quia postulantur necessario ex ipsa «logica interna» theoriae de sapientia maxime et simpliciter dicta.

1 S. Thomas, *In Boetium de Trinitate,* loc. cit.

plinis philosophicisx, cum quibus ideo nonnisi analogice convenire possunt2. Turpiter ergo deciperetur qui eandem methodum utrobique adhiberet aut eandem introductionem utrisque praefigeret.

Itaque opportunum esse videtur considerare rationem seu modum instituendi introductionem in disciplinas theologicas, antequam ipsam introductionem proprie dictam elaboremus in theologiam Moralem.

---

1 S. Thomas, *Sumina theoi.,* I i, i ad 2.

2 S. Thomas, *Scriptum super III Sententiarum,* d. 33 I, 2 qla. 4 C., ed. Afoos, O. P., n.° 74.

CAPUT PRIMUM

DE RATIONE QUA INTRODUCTIO IN THEOLOGIAM MORALEM EST INSTITUENDA

if

7. Ne ergo tirones concipiant *introductionem* in theologiam Moralem ad instar introductionis in quancumque aliam disciplinam, breviter recolenda est ratio diversa introductionis in disciplinas philosophicas et in theologicas disciplinas.

Art. i.—De ratione «introductionis» in disciplinas philosophicas

8. Politiores philosophi peripatetici concipiunt diversas partes philosophiae realis quasi totidem genera suprema sdentiae sub toto analogo naturali, eo fere modo quo suprema rerum genera seu praedicamenta continentur sub ente reali communi, quod analogum est1; scientiam vero rationalem, quam Logicam appellant, non considerant uti partem proprie dictam Philosophiae, sed potius «quasi quoddam *reducum* ad eam, prout *ministrat* speculationi sua *instrumenta*, scilicet syllogismos et definitiones et alia huiusmodi, quibus

1 Cf. J. M. RâMÎREZ, O. P., *De Philosophia in universum, secundum doctrinam aristoielico-thomisticam,* apud *La Cienda Tomista,* t. XXVI (1922), pp. 35-45. [Nova editio, Matriti, C. S. I. C., I97°> L P· 42°·]

in speculativis scientiis *indigemus** unde et eam vocant *instrumentum* (ὀργανον) philosophandi seu «*adminiculum* quoddam ad alias scientias» (ibid.), tradens potius modum recte philosophandi quam Philosophiam proprie dictam. Logicam ergo concipiunt veluti *introductionem* in Philosophiam realem[1].

9. Et quidem, ratione istius pluralitatis essentialis sub toto scibili philosophico, distinguere coacti sunt geminam introductionem in Philosophiam realem: aliam, *generalem,* in universam Philosophiam, cuius est docere modum communem seu methodum generalem philosophandi; aliam, *specialem,* in singulas Philosophiae partes, cuius est tradere proprium modum seu propriam methodum philosophandi uniuscuiusque partis Philosophiae realis.

Generalem introductionem continent Logica *Docens; specialem* vero Logica *Utens* seu Applicata, quarum prima est logica in actu signato, secunda vero in actu exercito.

Et haec est manifesta doctrina S. Thomae, ut apparet ex verbis sequentibus: «oportet quod homo instruatur per quem modum in singulis scientiis sint recipienda ea quae dicuntur; et quia *non est facile quod homo simul duo capiat,* sed, dum ad *duo* attendit, *netarum* capere potest, *absurdum est quod homo simul quaerat scientiam et modum qui convenit scientiae.* Et propter hoc *prius debet addiscere Logicam* quam alias scientias, quia Logica tradit *communem modum procedendi in omnibus aliis scientiis 3; modus autem proprius singularum scientiarum in scientiis singulis circa principium tradi debet 4.*

1 S. Thomas, *In Boetium de Trinitate,* q. 5, a. 1, ad 2.

2Hac de re dignus est qui legatur Jacobus Zabarella, *De Methodis libri quatuor. Opera Logica,* pp. 70-174. Tarvisii, 1604.

3«Ipsa [Logica] *docet modum* procedendi *in omnibus* scientiis* (In *Boetium de Trinit.,* q. 6, an. 1. ad 3 secundae quaestionis); *'docet modum omnium scientiarum-* (ibid., q. 5, art. 1, ad 3); *'modum scientiarum tradit» (In Librum de Causis,* lect. 1); «Logica *docet modum totius* Philosophiae» *(In VI Ethic.,* lect. 7, n.° 1211). [Cf. S. Albertus Magnus, in *Epist.* 9 *Dionysii,* § 10, dub. ad 2, t. 14, p. 1003.]

4 ***II** Metaph.,* lect. 5, n.° 335-

Rursus: «in parte Logicae, quae dicitur Demonstrativa [quaeque ideo vere et directe introducit in scientiam, sicut demonstratio efficaciter introducit in scientiam conclusionis, cum definiatur: syllogismus *faciem* scire], solum *doctrina* pertinet ad Logicam, *usus* vero ad Philosophiam [= Metaphysicam] et ad alias particulares scientias, quae sunt de rebus naturae; et hoc ideo, quia *usus* Demonstrativae consistit in *utendo* principiis *rerum,* de quibus fit demonstratio, quae ad scientias *reales* pertinet, non utendo intentionibus logicis», quae potius pertinent ad usum Dialecticae [1].

10. Quam doctrinam usu etiam comprobavit S. Doctor qui, praeter Logicam proprie dictam seu docentem, speciales fecit introductiones in singulas Philosophiae partes, nempe in Physicam tum generalem[2] tum specialem, hoc est, in Phvsicam de motu locali[3] et de motu alterationis [4] et de motu vitali[5], in Philosophiam Aloralem seu Ethicam [6] et in Aletaphysicam[7]. «Peccant enim —ait ipse— qui uniformiter in omnibus Philosophiae partibus procedere nituntur [8].

Eandemque consuetudinem posteriores philosophi imitati sunt, praesertim ultimis temporibus longas et latas introductiones quandoque scribentes in universam Philosophiam et in partes eius et in quascumque scientias. Ubi supremum critérium videtur esse: eo magis necessarias fore speciales introductiones, quo scientiae inter se magis distinguuntur vel separantur aut separatim evolvuntur.

[1] *IV Metaph.,* lect. 4, n.° 577. Vide *I Poster.,* lect. 20, n.° 5. De Logica docente et utente legi possunt, inter alios, Joannes a S. Thomas, O. P. (*Logica,* II P., q. 1, art. 5, ed. Reiser, t. I, pp. 277-284), et Joannes [illegible]ς DE Prado, O. P. (*Quaestiones Logicae,* lib. I, q. 1, nis. 10-24, Compluti, 1655, pp. 5-10).

[2] *In I Physic.,* lect. 1, nis. 1-4.

[3] *In libros de Coelo et Mundo,* prooem. S. Thomae, nis. 1-5.

[4] *In libros de Generatione et Corruptione,* prooem. S. Thomae, nis. 1-2; *in 1 Meteorologicorum,* lect. I, nis. 1-3.

[5] *In I de Anima,* ed. Pirotta, lect. I, n.° I, *In librum de Sensu et Sensato,* lect 1, nis. 1-6.

[6] *In I Ethicorum,* lect. 1, nis. 1-6.

[7] *In XII bbros Metaph.,* prooem. S. Thomae.

[8] *In Boetium de Trinitate,* q. 6, a. 2.

Art. 2.— De ratione «introductionis» in disciplinas theologicas

Sed relate ad disciplinas theologicas, longe alia fuit decursu saeculorum fortuna. Inde enim a Concilio Lateranensi IV praesertim (1215), quo omnibus christifidelibus adultis imposita est obligatio annuae confessionis faciendae proprio Sacerdoti (D. B. n. 437), vulgari coeperunt, ad nostra usque tempora, duo genera Operum theologicorum: aliud scientificum, speculativum, sublimius, pro frequentantibus scholas theologicas; aliud simplex, practicum, inferius, pro sacerdotibus excipientibus christifidelium confessiones.

Circa ea tamen coordinanda in ratione Theologiae, aliter se gesserunt antiqui theologi, aliter recentiores.

APUD ANTIQUOS THEOLOGOS USQUE AD FINEM SAECULI XVI

Antiquiores ergo et maiores theologi, ut Alexander Halensis, S. Albertus Magnus, S. Bonaventura et, praesertim S. Thomas, putabant universam Sacram Theologiam esse scientiam *essentialiter unam,* utpote impressionem quandam vel sigillationem divinae scientiae, quae est una et simplex omnium[x]; quin immo, S. Thomas asserit *hanc unitatem esse specificam specie infima vel atoma* 1. Consequen-

1 Alexander Halensis, *Summa theol.,* tract, introduct,. cap. 3. ad 4 et 5, ed. Quaracchi, 1924, L I, p. 7; S. Albertus Magnus, in *I Sent.,* d. 1, a. 3: utrum, ipsa [Theologia] sit una vel plures, ed. Borgnet, t. 25, pp. 17-18; *Summa theol.,* I. P., tract. 1, q. 3, memb. 2: utrum Theologia sit una vel plures, et qua unitate sit una si una est, ed. cit., t. 31, pp. 16-17; S. Bonaventura, in *I Sent,* prolog, q. 1, ad 3 et 4, ed. Quaracchi, 1882, t. I, p. 8; *Breviloquium,* P. I, cap. 1, ed. dt., L V, p. 210: S. Thomas, in *I Seni.* prolog., a. 2 et 5 ad 2; *Summa theol.,* I 1, 3-4.

2 De hac enim unitate et indivisibilitate spedfica Theologiae loquitur S. Doctor in I i, 3-7, Per contrapositionem ad divisionem et pluralitatem essentialem Philosophiae; et notat eam esse magis unam quam ipsa Meta-

ter, iuxta eos, Sacra Theologia non est genus quoddam sub se continens plures species scientiae, neque analogum quid sub se habens plura genera scibilia sicut erat scibile naturale vel philosophicum, sed est una tantum ratio formalis scibilis theologici pro tota Theologia et pro omnibus eius partibus, nempe divina revelatio; et ideo non est instituenda una introductio generalis in universam Theologiam et totidem speciales in singulas partes eius, sed *una et unica introductio proprie dicta sufficit pro tota Theologia et pro singulis eius partibus,* quia unus est modus sciendi et uniformis processus scientificus in toto scibili theologico *qua tali,* ut eleganter, more suo, expressit Melchior Canus hisce verbis: «quoniam quaestiones *fidei* et *morum* a theologo *eadem via et ratione*

---

physica, quae tamen est maxime una inter omnes scientias philosophicas: quin etiam comparat unitatem scientiae Theologiae cum unitate ipsiusmet Divinae scientiae, quae nedum una sed et unica est (I Sent, prol., a. 2 c.) specie et numero, dum nostra scientia Theologica est una specie tantum omnium theologorum. Ideo nervose scribit: «quando sunt multa scita quae cognoscuntur secundum unam rationem medii genere vel specie, tunc reducuntur ad unam scientiam generalem vel specialem, sicut Metaphysica et Geometria; unde, si plura scita reducuntur in unum medium secundum numerum, illorum omnium non erit nisi scientia una in numero: et ideo scientia Dei est una numero omnium rerum, quia per unum medium simplicissimum quod est sua essentia [una et unica numero] omnia cognoscit» (I Sent. d. 35, a. 2 ad 4). Et alio in loco: «Idea practica et speculativa in Deo non distinguuntur quasi duae ideae; sed quia, secundum rationem intelligendi, practica addit super speculativam ordinem ad actum: sicut homo addit supra animal, rationale; nec tamen homo et animal sunt duae res» (De Verit. 3, 3 ad 6).

Ceterum, in modo et ratione unitatis, Theologia nostra omnino assimilatur Fidei nostrae Theologicae quae una specie atoma est apud omnes fideles, beet distincta numero (III Sent. d. 23, 2, 4 pia. 2; De Verit., 14, 12; Ad Ephes, cap. 4, lect. 2; II-II 4, 6): propter quod, eandem difficultatem movet S. Doctor contra unitatem specificam Fidei et Theologiae nostrae, eandemque affert solutionem. (Cf. ex una parte III Sent. d. 23, 2, 4 qla. 2 obi. 3 eiusque responsio, ex alia vero *Summa theol.* I 1, 3 obi. 2 cum eius r«P·)

Immo S. Albertus Magnus arguit in favorem unitatis essentialis Theologiae Sacrae ex absurdo quod necessario sequeretur ex eius negatione, quia essent nimirum **plures Theologiae* subiectis, passionibus et principiis *a se micem divisae* (Summa theol.* I. P., tract. 1, q. 3, memb. 2, arg. 2 sed contra ed. dt., t. 31, p. 16 b).

tractantur cum in disputationem Theologiae veniunt, id ambigendum non est, quae superiorum quaestionum [fidei] praecepta fuerint, *eadem* ad sequentes [morum quaestiones] pertinere. Haec enim est *una res prorsus,* ut non differat multum inter fidei decreta et iudicia morum; eaque est *ex eisdem locis eademque propemodum forma tractanda»*[1]. Propter quod S. Thomas hanc unicam introductionem fecit in prima quaestione totius Summae Theologicae, quae est *de ipsa Sacra Doctrina, qualis sit et ad quae se extendat*[2].

13. Hac ergo de causa, maiora et minora Opera non considerabant veluti aliam et aliam theologiam specie distinctam, sed ut unam eandemque, diverso licet modo propositam pro diverso eorum fine proximo et immediato: pro scholis enim et doctioribus magistris, modo magis amplo et exculto; pro ministerio pastorali, modo magis presso et simplici. Nec enim *Summae Confesorum*—quae et *Summae Casuum* et *Summae de Paenitentia* et simpliciter *Paenitentialia* quandoque audiebant[3]— aliud erant quidquam nisi Abbrevia-

[1] Melchior Canus, O. P., *De locis theologicis,* lib. XII, cap. 1, ed. cit., t. III, p. 8.

[2] Ii, prol. Qua in re S. Thomas, servata generum scibilium distantia, Aristotelem imitatur, qui Metaphysicae «prooemium praemittit, in quo *duo* tradit: primo quidem ostendit *circa quid* haec scientia versetur; secundo, *qualis* sit ista scientia» (Comment, in Metaphysicam Aristotelis, lib. I, lect. i, n.° i, ed. Cathala. Cf. etiam ibid., lect. 3, n.° 52, et lect. 4, n.° 69). Nulli enim scientiae naturali vel philosophicae similior est Theologia quam Philosophiae Primae, quae etiam de Deo est, non tamen ut de proprio subiecto sicut Theologia Sacra sed solum ut dc principio subiecti (In Boetium De Trinitate, q. 5, a. 4 c.). Et hac de causa, modo inverso procedit utrobique in coordinatione duarum quaestionum prooemialium: in Metaphysica, ascendendo a materia *(circa quae* versatur) ad formam *(qualis* sit) seu ab obiecto materiali ad formale; in Sacra Doctrina, descendendo a forma *(qualis* sit) ad materiam *(ad quae* se extendat) sive a formali ad materiale. Est enim inversus ordo procedendi Theologiae Sacrae et Philosophiae (Cf. in II Sent., prolog.; in Boetium De Trinitate, prologus S. Thomae; II Contra Gent., cap. 4; IV Contra Gent., cap. 1).

[3] Circa huius generis Opera videri debet egregium studium J. DIETTERLE: *Die Sunrmae confessorum (sive de casibus conscientiae) von ihren Anfängen an bis zu Silvester Prierias,* apud *Zeitschrift für Kirchengeschichte* 24 (1903), PP· 353-374, 520-548; 25 (1904), PP· 248-272; 26 (1905), ρρ 58-81, 349-362; 27 (1906), ρρ. 70-79, ι66-ι88, 296-310, 431-4ρ; 28 (1907), ρρ. 401-431.

tiones vel Compendia eiusdem moralis doctrinae Maiorum Operum de virtutibus et vitiis ac praeceptis Dei et Ecclesiae, una cum simplici quadam collectione canonum de impedimentis et censuris ac paenis ecclesiasticis, quantum necesse erat vel utile pro ministerio paenitentiali rite exercendo. Haec igitur minora Opera, et erant, et habebantur, veluti Summulae quaedam canonico-morales simplices et practicae, confessionibus excipiendis aptatae, absque ullo disputationum aestu aut sublimiori scientifico apparatu.

14. Neque tamen ea, quae ex Decretis assumebant, uti aliena reputabant a theologico instituto, sed ut propria vel appropriata; quia non mere contentiosa et fori externi assumebant, sed ea tantum quae ad mores christifidelium informandos vel regulandos utcumque spectabant ideoque sub foro paenitentiali cadebant: ut videre est in Summa Raymundiana; et in Summa iuris canonici *sive* de casibus conscientiae, fratris Monaldi, O. F. M. (f c. 1280); et in Summa *Morali* S. Antonini [1] qui sua fecit verba praeclarissima Augustini de Ancona circa intimam necessitudinem luris Canonici et Moralis Theologiae[2], subdens: «est enim *scientia*

1 Hoc enim titulo S. Praesul inscripsit Opus suum, ut fidem facit eius MS. autographum quod referunt eius editores Mamachi et Remedelli in ed. Florentiae 1741.

2 «Distinctio unius scientiae ab alia non accipitur penes *rem* quae cognoscitur, sed penes diversum *modum sciendi;* unde penes diversum modum considerandi Philosophus VI Metaph. posuit distinctionem scientiarum. Illa ergo *eadem* quae tractantur in Theologia recipiuntur in lure Canonico, et quae respuuntur ibi respuuntur et hic, ut Dist. 15, c. Sancta Romana.

Differunt autem Theologia et Scientia Canonica *in modo considerandi* quantum ad *quinque.*

Primo quidem, quia a Theologia determinantur illae materiae de divinis Sacramentis et aliis ac moribus fidelium *modo subtili* et quasi *propter quid,* eo tamen modo quo in Theologia assignari potest *propter quid;* in Jure autem Canonico, *modo grosso et positivo* et solum *quia.*

Secundo, quia illa determinantur a Theologo *principaliter* propter veritatis *contemplationem;* a Canonistis *principaliter* propter *actionem* et quaestionum occurrentium solutionem.

Tertio, quia a Theologis determinatur *principaliter* de cultu Dei et de his quae spectant ad integritatem *fidei* unius Dei; a Canonistis *magis* de mi-

*Canonica quaedam practica Theologia*i; quo fit, ut non omnino abs re inscripta et vulgata fuerit saeculo sequenti a suo consodali Ludovico Rubeo hoc ampliori titulo: Eximii Doctoris B. Antonini Archiepiscopi Florentini, Ord. Praed., *Summa Sacrae Theologiae, luris Pontificii et Caesareia.*

Ac eiusdem tenoris sunt aliae Summulae posteriores, verbi gratia, *Summula* Caietani, O. P.; *Summa Aurea* Bartholomaei Fumi, O. P. 3; *De institutione sacerdotum qui sub Episcopis curam animarum gerunt* sive *Manuale clericorum*

nistrorum ordine et ecclesiasticorum *negotiorum* spectantium ad talem cultum.

Quarto, quia a Theologia determinantur canones *qualiter* piis opitulentur et defendantur contra impios; in lure Canonico *quomodo* opitulentur piis et defendantur contra impios.

Quinio, quia a Theologo determinantur *magis universaliter et in foro conscientiae,* in quo agitur causa *inter Deum et hominem;* a Canonistis vero *magis particulariter applicando ad particularia negotia in foro exteriori tudicii,* in quo agitur causa *inter hominem et hominem** (apud S. Antoninum, *Summa Moralis,* III P., lit. 5, cap. 3, ed. Venetiis, 1582, t. III, fol. 75 ra).

1 *Summa Moralis,* loc. dt., fol. 75 rb.

2 Venetiis, apud lunctas, 1582.

3 «Prolixum volumen nequaquam connexui-scribit auctor—, neque adeo breve aut mutilum ut opportuna ad animae salutem omiserim remedia; sed *compendiosius,* truncatis qui ad rem non fadebant apidbus, reiectis etiam multarum legum dtationibus ac variis doctorum opinionibus omissis, aliquibus tamen de sacrorum canonum capitibus, theologicis, necnon et physicis rationibus breviter collectis, *nudam digestamque veritatem in ianuis patenter exposui...* Suffidat enim sacris Sacerdotibus animarum curam gerentibus sinceram invenisse veritatem; qua reperta, paenitentem corrigere, instruere et iudicare valeant. Si qui autem ingenio praestantiores haec aliius repetere voluerint, dtatos in hoc volumine Doctores videant legantque. *Sat itaque mihi sit animae negotium fideliter pertractasse, et imbecillioribus veluti edentulis pueris digestum cibum subministrasse»* (Epistula nuncupatoria ad Catelanum Trivultium, Episcopum placentinum, ed Venetiis, 1596).

Qua de causa, hoc Opus commendabatur a Joanne Maldonato uti textus praelectionum *de casibus conscientiae* pro scholis Sodetatis lesu: «Author, inquit, aut nullus explicandus, aut *qui brevissimus erit vel clarissimus, ut Bartholomaeus Fumus** (Votum *de ratione Theologiae docendae,* quod exaravit uti membrum Commissionis pro Ratione Studiorum Sodetatis lesu redigenda 1584-1585, apud *Monumenta Historica Societatis lesu,* t. 9, p. 869, Matriti, 1901)·

Petri de Soto, O. P.; et *Institutiones Morales* loannis Azor

Unitas ergo essentialis et specifica scientiae theologicae hucusque intacta et incorrupta servata est.

APUD THEOLOGOS RECENTIORES A SAECULO XVI LABENTE USQUE AD MEDIUM SAECULUM XVIII

15. Versus finem tamen saeculi xvi haec unitas labefactari coepit, prout saltem Dogmaticam et Moralem spectat2.

1 Joannes Azor rationem reddit sui Operis hisce verbis: «hos libros inscripsi *Institutiones Morales,* scriptores veteres imitatus, quorum quidam Divinas, alii Civiles, alii Oratorias institutiones utiliter posteris tradiderunt. In his ea *breviter complector quae theologi, quae Canones et Leges, quae Pontifiai et Civilis iuris interpretes, quae Summistae litteris prodiderunt de his quae pertinent ad conscientiam recte aut prave factorum** (Praefatio ad Lectorem. Coloniae Agrippinae, 1602).

Nimirum, ut habet prima *Ratio Studiorum* S. I. inter regulas Professoris de casibus conscientiae, «neque argumenta pro et contra apparatu scholastico disponantur, sed per dubia vel conclusiones difficultas evolvatur, *eo consilio ac ductu ut Confessorius infformetur, non Theologus* (Ratio atque institutio studiorum* per sex Patres ad id iussu R. P. Praepositi Generalis deputatos conscripta. Romae, 1586. Nova ed. apud *Monumenta Germaniae paedagogica,* curante Carolo Kehrbach, Bd. V, p. 121. Berolini, 1887). Vel, ut habet textus secundae *Rationis Studiorum* anni 1599, «eo suam omnem operam atque industriam conferre studeat, *ut peritos Parochos seu Sacramentorum administratores instituat** (ed. MGP., loc. dt., p. 322).

! Antiqui theologi, terminos Aristotelicos in Theologiam assumentes, distinxerunt duas eius *functiones,* scilicet *speculativam* et *practicam,* quin tamen eas substantive redderent dicentes: *Theologiam* Speculativam et *Theologiam* Practicam. Hoc enim fecerunt posteriores theologi ex tractione similium formularum ordinis philosophici, ubi proprie distinguimus *Philosophiam Speculativam* et *Philosophiam Practicam.*

At, versus medium saeculum xvi, theologia Practica nominari coepit *Positiva* et *Casistica* —quam deinde, meliori flexione latina, appellaverunt *Casuisticam*—, quia de casibus conscientiae occupatur modo empirico et positivo, sicut de lure Canonico dicebat Augustinus de Ancona paulo supra relatus; Speculativa vero theologia vocari coepit *Scholastica.* Cuius novae

i—De Hominis*

Hoc enim tempore Gabriel Vazquez, S. I., scripsit *Theologiam Moralem,* prout in Scholis tradi consueverat, ne excepta quidem Secunda Parte Summae Theologicae S. Tho-

denominationis testes sunt Constitutiones Societatis Iesu cum earum declarationibus, Romae editae anno 1583, ubi haec terminologia veluti consecratur (Cf. P. IV, cap. 5, § i, p. 130; cap. 12, § 1, pp. 159-160; cap. 14, § i, p. 166: «quae *Positiva* dicitur, quam *Positivam* vocant, quae *Scholastica* dicitur·).

Tandem, saeculo XVI labente, theologia Practica seu Positiva vel Casuistica appellari coepit *Moralis;* Speculativa vero seu Scholastica, *Dogmatica.*

Quis primus has novas formulas invexerit, nondum exploratum est. Primus, quem hucusque viderim uti formula: Theologia *Moralis,* est Joannes Maldonatus, S. I., qui in suo Voto de ratione Theologiae docendae, scripto *arca annum 1584-1585,* haec habet: «triplicem in Societate theologiam tradendam esse Constitutiones dicunt: Scholasticam, Scripturam et *Moralem,* quam Positivam vocant» *(Monumenta Historica Societatis Iesu,* tomo supra citato, p. 864; cf. ibid., p. 869: «in ea parte Theologiae, quae *Moralis* est·). Quo termino utuntur paulo post Henricus Henriquez, S. I., in sua *Theologiae Moralis* Summa (Salmanticae, 1591), Suarezius, S. L, in tomo I de Sacramentis (Compluti, 1592. Cf. Summa rerum omnium quae in hoc tomo et in sequenti disputantur, ed. Vives, t. 20, p. XII), et Joannes Azor, S. I., in Opere cui titulus: Institutiones *Morales;* ac inde ceteri.

Fatendum est tamen eandem fere denominationem inveniri iam apud S. Antoninum, O. P. (f 1459), et saeculo sequenti apud Iacobum Almainum (t 1515). Titulus enim autographus Operis S. Antonini est *Summa Moralis,* sine dubio Theologica; ac ipsement narrat se maxime allectum fuisse studio *Moralis Sapientiae,* quae alia non est nisi Theologia *(Summa,* prologus I. P.). Pariter Almainus edidit Opus, cui titulus: *Moralis* non tam naturalia quam *theologica* in quatuor tractatus divisa (Parisiis, 1510).

Primus etiam, quem hucusque invenerim uti formula: Theologia *Dogmatica,* est alius theologus hispanus, Franciscus Suârez, S. I., *circa annum 1592.* Hoc enim anno in lucem edidit tomum suum tertium commentariorum in III P. Summae S. Thomae, qui est primus de Sacramentis, ubi scribit: «in quinque principalia capita totum opus distribuitur: de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de Sacrosancto Eucharistiae sacramento, de arcano Missae Sacrificio.

Unaquaque ex his partibus in duas praecipuas dividitur: prior Speculativa *seu Dogmatica* vocari potest; posterior *Moralis* et Practica·» (Summa rerum omnium quae in hoc tomo et sequenti disputantur, ed. Vives, t 20, p. XII).

Quod ipse Suarezius conscius fuerit huius innovationis, videtur innuere verbis suis cum dicit: Dogmatica *vocari potest.* Iste enim modus loquendi est hominis primo utentis aliquo verbo.

Ex quibus apparet quid cogitandum sit de hac notula historico-le.xico-

mae \ *esse habitum scientificutn specie distinctum a Theologia Dogmatica;* quia multas continet conclusiones ex solis principiis naturalibus, idest iuris naturalis et civilis, deductas, quae extra ambitum Theologiae presse dictae vagantur et ad puram Philosophiam Moralem spectant. «Nihilominus tamen —addit— theologi nostri iure optimo de his rebus tractarunt

graphica Jul. Aug. Lud. Weigscheider: nisus nominis *Theologiae Dogmaticae* post Christophorum Math. Pfaff (Institutiones theologiae Dogmaticae et Moralis, Tübingen, 1720) et Buddeum (Institutiones theol. Dogmaticae, Lipsiae, 1724) demum invaluit. *Primus illo usus est J. B. Reinhard, Theol. Altdorf, in: Synopsi theol. Dogmaticae 1659,* quem secuti sunt Joachim Hildebrand Helmts, 1692, et J. W. Jaeger 1715« *(Institutiones theologiae christliano-diogmaticae, scholis suis scripsit addita singulorum dogmatum historia et censura* Jul. Aug. Lud. Weigscheider, Phil, et Theol. Dr. huiusque P. P. O. in Academia Fridericiana. Prolegomena, Sectio 2, §20, p. 42, nota b. Editio altera emendata et aucta. Halae, 1817).

Ceterum, Dionysius Petavius, S. I., publici iuris fecerat sua *Dogmata Theologica,* Parisiis, 1644-1650, aequivalenter: *Theologiam Dogmaticam,* ut ea vocat Lud. Antonius Muratori: «abbastanza non puo commendarsi la sua *Theologia Dogmatica*» (Riflessioni sopra il buon Gusto intorno le scienze e le arti, Parte II. cap. X, Venedis, 1708, citat, ab Ant. Zaccharia in sua Praefar, ad opus Petavii, ed. Vives, t. I, p. XVII, Parisiis, 1855).

Verum est tamen inscriptionem: *Theologia Dogmatica,* non fuisse *usitatam* usque ad ultimam partem saeculi xvn; cui mox successit formula: Theologia *Dogmatica et Scholastica,* ac postremo: Theologia *Dogmatico-Scholastica,* pro duplici genere quaestionum: fidei seu dogmatis [=quaestio Dogmatica], et scientiae fidei seu theologiae [= quaestio Scholastica]. Cuius distinctionis meminit Joannes a S. Thoma, O. P., aliam appellans quaestionem Scholasticam seu Metaphysicam, aliam Dogmaticam *(Cursus Theol.* in I-II, disp. 2, a. 3, nis. 6, 10 et 11, ed. Coloniae 1711, t. IV, p. 97a et 98a. Editio princeps: Compluti, 1645). Quo in sensu, admitti potest quod vulgo dici solet post Scheeben, quem recenter sequitur Martinus Grabmann *(Die Geschichte der Katholischen Théologie,* p. 1. Freiburg im Breisgau, 1933), denominationem scilicet: *Theologia Dogmatica,* primo apparuisse saeculo xvn.

1 Gabriel VAzquez, S. L, *Commentariorum ac Disputationum in I. P. S. Thomae* tomus primus, disp. 7, cap. 5, n.° 10, p. 39a, Compluti, 1598; *Comment. ac Dispp. in I-II S. Thomae* tomus primus, Praefatio in totam I-II, p. 2: •porro autem Theologia nostra, quod spectat fere omnia quae in tota hac II. P. traduntur, practicam esse, iam supra notavimus I. P., disp. 8, cap. 6; quinimo *multa, quae in ea a Theologis tractantur, sub eundem habitum 'Iheologiaenon cadere, diximus etiam eadem I. P., disp. 7, cap. 5»* (Compluti, 1599); item in I-II tomus secundus, Praefatio in tractatum de Legibus, nis. 2-3, p. 1-2 :Compluti, 1599).

[eo], quod oporteat virum theologum esse quoque moralem philosophum, ut sua Theologia aliis prodesse possit. Ex quo etiam factum est, ut philosophia moralis in ea pane theologiae quae ad moralem pertinet, exactius tractata et magis illustrata fuerit quam a philosophis; atque adeo multa nostri theologi fide adiuti supra Aristotelem aliosque philosophos adinvenerint, ut nihil iam, quod ad Moralem pertineat, desiderari possit» h

16. At haec Vazquezii opinatio merito reiecta et impugnata est nedum a thomistis, ut Gonzalez de Albelda et loanne a Sancto Thoma 1, verum et ab eius consodali Suarezio, reticito licet nomine Vazquezii.

Ac revera, ut egregie argumentatur Suarezius, Theologia Sacra *«non considerat haec moralia ut naturali lumine manifestantur, sed ut virtute continentur in principiis a Deo revelatis, atque ideo eadem est ratio totius Theologiae et huius partis,* scÛicet divinum lumen et revelatio aut Prima Veritas quatenus mediate aut per discursum applicatur conclusionibus in principiis fidei virtualiter contentis: in quo maxime diffen haec doctrina a morali Philosophia humana seu pure acquisita» 3.

Et alio in loco, relatis Vazquezii argumentis vel eis similibus, subiungit: *«haec tamen non magni momenti sunt, et umeo fere verbo diluuntur,* considerando, sicut omnem paternitatem [Eph. 3, 15] ita *omnem legislatorem a Deo derivari, omniumque legum auctoritatem in eum esse ultimo refundendam.* Si namque lex sit divina, ab ipso proxime dimanat; sin humana, ab homine certe *ut Dei ministro et vicario,* ut testatur

1 Gabriel Vâzquez, tom. I in I. P., disp, 7. cap. 5, n.° 11, ed. cit, p. 39b.

2 Joannes Gonzalez de Albelda, O. P., *Commentariorum et Disputationum in I. P. Angelici Doctoris D. Thomae* tomus primus, disp. 3, quinta conclusio. n.° 51, Compluti, 1621; Joannes a Sancto Thoma, O. P., *Cursus Theologicus,* tom. I in I P., disp. 2, a. 7, nn. 6 et 9, pp. 376 a, 377 a, ed. Monachorum Soiesmensium, Parisiis, 1931.

3 Franciscus Suarez, S. I., prooemium in tractatus ad I-II D Thomae n.” 7; ed. Vives, t. IV, p. XIV. Opus posthumum. Editio princeps:* Lugduni^ 1628.

Apostolus ad Romanos [13, 4, 6]. Non immerito igitur, *sub hac saltern ratione, omnium legum discussio est theologicae facultatis;* nam, cum eius sit Deum ut legislatorem intueri Deusque sit universalis legislator vel suppositi immediatione vel virtutis, ut philosophi sermocinantur, eandem Doctrinam Sacrant universas leges attingere necesse est.

Deinde theologicum est negotium *conscientiis* prospicere viatorum: conscientiarum vero rectitudo stat legibus servandis, sicut et pravitas violandis, cum lex quaelibet sit regula si, ut oportet, servetur, *aeternae salutis* assequendae; si violetur, amittendae; ergo et legis inspectio, *quatenus est conscientiae vinculum,* ad theologum pertinebit.

Tandem catholica fides non solum docet quatenus parendum sit Deo supernaturaliter praecipienti, *sed etiam quid natura vetet, iubeat vel permittat; et quatenus obediendum sit potestatibus sublimioribus,* ut Paulus dixit [Rom. 13, 1-2], atque ideo quatenus parendum sit tum ecclesiastibus legibus tum laicis, ante oculos nobis ponit. Ergo ex his fidei fundamentis, theologi est colligere quid in hoc aut illo legum genere sit habendum»

Et magis e propinquo premens argumentum Vazquezii, concludit: «*Theologia... sub altiori ratione haec omnia complectitur; nam ius ipsum naturale considerat ut supernaturali ordini supponitur et ab illo firmitatem maiorem accipit; leges vero civiles solum, vel ut de earum honestate ac rectitudine per altiores regulas diiudicet, vel ut obligationes conscientiae quae ex illis oriuntur iuxta principia fidei declaret; sacros autem canones et Pontificum decreta ut conscientiam ligant et ad aeternam salutem dirigunt, tanquam sibi propria recognoscit et vindicat:* ac subinde *in omnibus his legibus primariam originem et ultimum finem sub divino lumine inquirit,* quomodo scilicet a Deo ipso originem habeant quatenus potestas ad illas ferendas in Deo primarie exsistit et ab ipso ad homines aut naturali aut supernaturali via dimanet, et cum illis semper influat et cooperatur. Ac denique declarat quomodo leges

1 Franciscus Suarez, proemium in tractatum de Legibus et Legislatore Deo; ed. cit., t. V, p. IX-X. Editio princeps: Conimbricae, 1612.

omnes mensurae sint humanarum actionum *in ordine ad conscientiam; et, consequenter, quantum ad meritum et demeritum aeternae vitae conferat t*l.*

17. Haec invicta defensio sententiae traditionalis effecit, ut unitas essentialis Theologiae Sacrae adhuc fuerit retenta et conservata per totum saeculum xvn, non obstante Vazquezii insimulatione. Licet enim Quaestiones Morales practicae et Casus conscientiae agitari coeperint ac pertractari, non «ieiune et quasi summistice», Summistarum more, «sed pro Scholae dignitate, inquirendo, urgendo, rationes investigando, principia perscrutando et speculando»2: sive *una cum Quaestionibus Speculativis* prout occassio textus Summae S. Thomae exponendi exigebat, ut facere consueverunt commentatores e thomistarum Schola, aemulantes Franciscum de Vitoria et Caietanum; sive *Disputationibus separatis* et a textu exponendo plus minusve independentibus, ut facere incoepit Suarezius3, quem alii e Schola Societatis lesu imitati sunt,

1 SuArez, op. et loc. cit., p. X-XL

3 Joannes de Lugo, S. I., *De iustitia et iure,* praef. Opera, ed. Venetiis, 1751, tl,p. i. Nam, ut ipsemet scribit alio in loco, «ad Scholasticum plane Theologum spectat aperire fontes et trutinare pondera rationum ex quibus Moralis doctrina cohaerenter ac suis magis quam alienis librata ponderibus deducatur» *(De Sacramentis,* praef., ed. cit., t. V, p. III).

Et iam pridem Suarezius: «quanquam enim, inquit, in virtutum tractatione Moralis doctrina et copiosior et praecipue intenta esse debeat, *nisi tamen exacta cognitio speculatioque praecedat, non possunt fundamenta deprehendi a quibus doctrina moralis derivatur·* (Prooemium et ratio totius Operis *de Religione,* ed. cit., t. XIII, p. 2).

3 Ita, cum Suarezius distribuisset in quinque partes principales Commentarios et Disputationes suas in III P. D. Thomae, a quaestione 60 usque ad 83, subjungit: «unaquaeque ex his partibus in duas praecipuas dividitur. Prior speculativa seu dogmatica vocari potest. Posterior, moralis et practica». Ac dein, ad singulas descendendo, enumerat singillatim disputationes speculativas et disputationes morales, quinquies sublineans distintionem partis moralis a parte speculativa (ed. dt., t. 20, p. XII. Cf. etiam p. 283 et 289; t 21, p. 442· Editio princeps: Compluti, 1592). Idemque repetit in trac posthumo de Virtutibus Theologias: 'dividimus autem hunc tractatum Fide) in duas partes; unam speculativam, moralem alteram» (ed. dt., t. p. 7. Cf. ibid., p. 334); ac similiter tractatum de Spe (ibid., pp. 598, Editio princeps: Conimbricae, 1621).

praesertim loannes de Lugo l; sive etiam *Operibus specialibus ei separatis,* ut Thomas Sanchez, S. I. 2, Martinez de Prado, 0. P.3, Salmanticenses, O. C. D. 4, et complures alii per totum saeculum χνπ et primam medietatem saeculi xvm: -unitatem tamen specificam Theologiae practicae et speculativae sartam tectamque servaverunt theologi, saltem in ordine doctrinali et theoretico, quidquid fuerit de usu vel potius abusu Casuisticae apud nonnullos huius temporis theologos. Nimirum *cogitabant* has Theologiae partes esse adunatas in ratione scientiae, eas tamen *pertractabant* nonnulli tali cum separatione et independentia ac si revera essent scientiae penitus distinctae ac separatae.

§ III

APUD THEOLOGOS MODERNOS A MEDIO SAECULO XVIII AD NOSTRA USQUE TEMPORA

18. At versus medium saeculum xvm *scissura unitatis Theologiae Moralis et Dogmaticae, etiam ut scientiae et secundum principia, consummata est,* quatenus sat bene multi

1 Lugo dividit disputationes suas de virtute Fidei divinae in scholasricas seu speculativas, morales seu practicas et polemicas seu controversiarum cumhaeretids *(Tractatus de virtute Fidei divinae,* initio, ed. cit., t. III, p. 1), eandemque divisionem retinet in tractatu de Sacramentis in genere (ed. dt, t. V, p. 1); in tractatu vero de Eucharistiae sacramento novam partem addit, scilicet exegeticam seu scripturisticam: «habet autem haec materia quatuor partes. Prima mere scholastica. Secunda pertinet ad controversias cum haereticis. Tertia ad quaestiones Scripturae Sacrae. Quarta denique ad theologum moralem et quaestiones circa casus conscientiae» (ed. cit., t. V, p. 119).

2 Thomas SAnchez, S. I. (f 1610). *Opus morale in praecepta Decalogi.* Matriti, 1613.

3 Joannes Martînez de Prado, O. P. (t 1668). *Theologiae moralis mustiones praecipuae.* Compluti, 1654-1656.

4 *Collegii Salmanticensis fratrum Discalceatorum B. Alariae de Monte Carmdo* primitivae observantiae, *Cursus Theologiae Moralis.* Matriti, i?O9> 1714, 1724-

theologi putaverunt Dogmaticam et Moralem esse *theologias specie distinctas in ipsa ratione scientiae.* Hac enim tempestate, ut scite animadvertit J. Scheeben, evenit, una cum disgregatione ac deiectione Theologiae Speculativae, aperta et completa dissectio Theologiae in plures disciplinas independentes ac plene autonomasl: Theologia Sacra non erat amplius scientia *una,* in sensu traditionali scholasticorum2, sed eius unitati suffecta est *plurium scientiarum cumulatio* sub nomine *Encyclopaedia? Theologicae.*

19. Revera, tot derisiones, criminationes, insultus humanistarum, protestantium, iansenistarum, neophilosophorum, eruditorum ac litteratorum cuiusvis generis inde a tribus saeculis in theologiam Speculativam cumulati, effecerunt ut haec non amplius aestimaretur sed locum cederet historiae et eruditioni. Quibusdam ergo tota Theologia sita esse videbatur in historica factorum narratione; ita sane ut, per hoc quod scirent quo anno celebratum fuerit hoc vel illud Concilium, quae haeresis in illo damnata, memoriterque retinerent aliquos Scripturae textus, theologos eximios apud vulgus se venditare solerent3. Ideo abstergendam dicebant Theologiam ab omni scholasticism! sorde: tum quoad eius formulas barbaras et incultas omnique sensu evangelico vacuas, tum praesertim quoad methodum et ipsam eius substantiam 4, buccis crepantibus conclamantes: *nolumus subtilia,*

1 «Erst in der zweiten Hâlfte des 18 Jahrunderts Kommt, zugleich mit der Verstümmelung und Heralsetzung der Dogmatik, eine formliche Zerlegung der Théologie in eine Menge selbtstândiger und gleichberechtigter Jàcher vor· (M. Jos. Scheeben, *Handbuch der Katholischen Dogmatik,* Einleitung, n.° 2, t. I, p. 3. Freiburg im Breisgau, 1873).

2 «Die Théologie, dic *sacra doctrina,* hatte aufgchort, *scientia una* im Sinne der Scholastik zu sein* (Martin Grabmann, *Die Geschichte der Katholischen Théologie,* III Abschnitt, I Kapitei, p. 209. Freiburg im Breisgau, 1933)·

3 Ita fere huius generis theologos vivide depingit Card. Vincentius Gotti, O. P. *Theologia scholastico-dogmatica,* tract. I isagogicus, q. 1, dub. 3, n.° 22, t. I, p. 25 b. Bononiae, 1727.

4 Cf. A. M. Weiss, O. P. *EI peligro religioso,* cap. 6, nis. 13-14 et 26. pp. 212-213, 220-221: versio hisp. Hernândez Villaescusa. Barcelona, 1908. Horum hominum criminationes in theologiam Scholasticam vivide repraesentat Joannes Georgius Zumtobel in suis litteris ad Martinum Gerbert, 0. S. B., praesertim epistulis datis die 18 aprilis 1772 et 1779 (G. Pfeilschifter, *Korrespondenz des Furstabtes Martin II. Gerbert von St. Blasien,* I. Bd., n.° 492, pp. 494-506, Karlsrube in Baden, 1931; II. Bd., n.° 1.066, pp. 488-490, ibid., 1934), ubi, inter alia, haec referuntur: «actum fuit de Theologia Dogmatica imperantibus scholasticis; scholastici Dogmaticam extinxerunt; evacuata fuit lux Christi per scholasticos; argumenta ex auctoritate contempserunt; scholastica fuit pura putaque philosophia peripatetica; ignorarunt ius naturae; Ciceronis officia praeferenda sunt plerisque Moralistis et Casuistis; de omni re in utramque partem disputarunt, et tandem ad Pyrhonismum disponunt» (op. cit., t. II, p. 489).

Quibus similia, licet non adeo cruda, scripserunt J. A. Brandmeyer *(Principia Catholica introductionis in universam Theologiam Christianam,* § 349, p. 384. Rastadii, 1785), Stephanus Wiest, Ord. Cist. *(Praecognita in Theologicam revelatam,* § 77, p. 113. Ed. tertia, Ingolstadii, 1801) et Maurus Schenkl, O. S. B. *(Ethica Christiana,* t. I, § 45-49, pp. 63-71. Edit, secunda, Augustae Vindel, 1804).

sed utilia. Consequenter, supprimendas postulabant Scholas universitarias theologiae Speculativae \ quin etiam ablegandam penitus ab Ecclesia omnem Dogmaticam theologiam,

1 *«Supprimendas* autumant Professuras eius partis Theologiae modernae, quae audit Speculativa» (Jos. Gautier, S. I. *Prodromus ad Theologiam Dogmatico-Scholasticam,* dissert. 1, cap. i, art. 3, n.° 17, p. 11. Coloniae et Francofurti, 1756). Quos ita describit alio in loco idem Auctor: *«magnus est, hac praesertim aetate critica numerus eorum qui,* vel priorum fastidio depravati, vel novandi studio abrepti, vel nimia quaevis carpiendi scalpendique prurigine, seque oculatiores ommibus aliis praecipue antiquis arbitrati ut aliquam ingenioli superioris hominisque supra vulgus sapientis famam aucupentur, omni licet auctoritate publica omnique legitima missione destituti, in *ipsius ut ita dicam generis humani reformatores ultro sese erigunt; scientias* usque adeo *mordaciter arrodunt,* aut a naevis quos ipsi sibi illis velut in Sole maculas videntur detexisse, expurgare satagunt.

Hi pariter morosi fastidiosique critici *in ipsam Theologiam Scholasticam* liventes oculos acutosque ungues coniiciunt; eam in omnibus circulis cum privatis tum publicis, dicteriis sarcasmisque proscindunt; *eam vel penitus supprimendam clamitant tanquam inutilem ipsique Reipublicae nocivam, aut une maxima ex parte resecandam ac reformandam esse contendunt, etiamsi huiusmodi reformatio ad illos minime pertineat:* imo nec ipsi illius cum optato fructu instituendae satis capaces sint, cum illorum permulti, vel sacrarium illud ne a limine quidem salutaverint, vel certe ipsius intima penetralia aut nunquam profundius subierint aut cursim dumtaxat obliquore oculo inspexerint; neque proinde indolem, nexum aut habitudinem certarum, quas improbant, quaestionum cum quibusdam fidei nostrae dogmatibus seu hi man-

unice retentis Biblia et morali evangelica cum exegesi et theologia pastorali eis correspondentibus \

20. Quodsi nonnihil speculationis adhuc retineretur, ut magis moderati permittebant, ea esset emendanda secundum methodum scientificam seu demonstrativam, idest mathematicam, eo fere modo quo Christianus Wolf emendaverat feliciter speculationes philosophicas. Ita enim novi theologi sacro-imperiales reformare et emendare contendebant universam Theologiam ei aptando methodum mathematicam et spiritum eclecticum, sicut novi philosophi emendaverant Philosophiam universam —quin, et ipsum humanum intellectum [1]— secundum methodum mathematicam et eclecticum spiritum, cuius supremam perfectionem attigerat Syntagma wolfianum[3]: nam et Christianus Wolf, licet non

dis seu illustrandis seu adversus obtrectatores vindicandis, satis unquam perceperint» (op. cit., diss, i, cap. 3, art. 2, n.° 69, pp. 53-54)-

Ceterum Stephanus Wiest nominat Antonium Collinum, loannem Lockium et loannem Clericum seu Liberium de S. Amore inter eos «qui Theologiam Systematicam *reiiciendam ac proscribendam penitus existimarunt,* graviterque in eam invecti sunt* (op. cit., § 75, p. 115).

1 Ita Auctor operis cui titulus: *Ueber das Verahltniss der Katholischen Religion.* Frankfurt und Leipzig, 1786 (cf. A.-M. Weiss, op. et loc. cit., n.° 13, pp. 212-213). A quo excessu non multum distabat reformatio Theologiae, quam imperante losepho II, introduxit Stephanus Rauttenstrauch, O. S. B., anno 1774 (cf- Martin Grabmann, *Geschichte der Katholischen Théologie,* p. 209. Freibrug im Breisgau, 1933).

' B. Spinoza, *Tractatus de intellectus emendatione et de via qua optime in veram rerum cognitionem dirigitur* (Opera, ed. J. van Vloten et J. P. N. Land, t. I, pp. 1-34. Hagae Comitum, 1903). Guil. Got. Leibniz ediderat quoque, anno 1694, opellam *De Primae Philosophiae emendatione et de notione substantiae.*

De hac philosophiae emendatione et de philosophis eam emendantibus longe lateque loquitur Jac. Brucker in sua *Historia critica Philosophiae,* t. IV, II P., quae est *De studio philosophiae eclecticae post renatas litteras,* ubi in lib. I agit *de restauratoribus philosophiae eclecticae universae,* pp. 3-543; in II vero libro, *de emendatione Philosophiae in singulis cius partibus,* pp. 544-803. Lipsiae, 1744. Cui emendationi adhaeserunt, inter alios plurimos, Udalricus Weiss, O. S. B. (f 1763), ut testatur eius *Liber de emendatione intellectus,* et Benedictus Startler, S. I. (f 1797), in sua *Philosophia methodo scientiis propria explanata,* qui omnino wolfiani sunt.

3 Bruckero enim si credas, Christianus Wolf «per omnes philosophiae partes eundo, *iustum dedit rerum omnium, quae sub hominis scientiam cadere*

primus \ optaverat egeratque ut Theologia revelata cum dogmatica tum moralis methodo mathematica traderetur; quo factum est, ut novi istiusmodi theologi Wolfium sibi imitandum proposuerint, prout revera ostendunt eorum Opera theologica, quae formam wolfianam omnino sapiunt ac redolent.

Hoc expresse fatetur, inter alios, Joannes Adam Brandmeyer (1746-1796) ad Wolfium nominatim appellans 2, qui

*possunt, corpus** (op. et loc. cit., p. 393); eumque appellat J. A. Brandmeyer «de *omni* genere scientiarum *optime meritum*» (op. cit., § 355, p. 393).

1 Missis tentaminibus Thomae de Bradwardine (f 1349) in opere *De causa Dei adversus Pelagium et de virtute causarum ad suos Mertonenses,* Nicolai de Cusa (1401-1464) in sua *Docta ignorantia,* et Ioannis Caramuel (1606-1682) in sua *Mathesi audaci,* adhibendi methodum geometricam in disciplinis theologicis; eam primus ex professo Theologiae applicavit Daniel Huetius (1630-1724) in sua *Demonstratione evangelica* (Parisiis, 1679), ut ipsemet fatetur: «Christianum dogma *navo demonstrandi genere asserere primum institui*» (Demonstratio evangelica, praefatio, p. VII., ed. Venetiis, 1754).

Quae tractandi ratio, pluribus licet repugnantibus, ita vehementer placuit Samueli Pufendorfio ut putaret dissensiones catholicos inter et protestantes facile vinci et tolli posse «si *Theologia Christiana* in formam iustae artis per continuas demonstrationes digestae adornetur; ut nempe praemissis necessariis definitionibus ac, si opus sit, postulatis, cum indubiis axiomatibus, capita Christianae religionis ad salutem necessaria, sufficientia et velut adaequata, *ad modum propositionum mathematicarum demonstrentur*» (Littera ad fratrem suum Esaiam Pufendorfium, data Holmiae, die 24 februarii 1631. In editione citata Demonst. evang., p. XVIII). Ideo invitandum optabat Autorem, ut universam Theologiam hac eadem methodo exornaret pro totius Christianae religionis emolumento (ibid., p. XIX).

Qua invitatione accepta per manus Marchionis de Feuquières, Regis christianissimi apud Suecos legati, eidem rescripsit Huetius: «je ne vous dissimulerai point, Monsieur, que de traiter cette matière de la mesme méthode dont je me suis servi dans le livre que je viens de publier ainsi que le propose Mr. de Pufendorf, *j'y vois de très grandes difficultés et presque insurmontables,* non seulement du costé du sujet, mais encore du costé des parties intéressées» (Littera Huetii ad Marchionem de Feuquières, data die 10 maii 1681. Ibid., p. XX).

2 Brandmeyer provocat ad Wolfium in suis «*Horis Subsecivis* [= *Horae subsicivae Marburgenses* anni 1729-1731, quibus philosophia ad publicam privatamque utilitatem aptatur. 3 vol. Francofurti, 1729-1735] de usu methodi demonstrativae in tradenda Theologia dogmatica et morali revelata» (op. cit., § 383 p. 428) idest «*de usu cultioris Philosophiae in Theologia,* de

saepe repetit Theologiam revelatam esse tradendam et conscribendam methodo mathematica saltem molliori[1]. Quid autem intelligat ipse per hanc methodum Theologiae applicatam, explicat consequenter hisce verbis: «methodus vero *mathematica* —alias demonstrativa, scientifica— est talis veritates theologicas ordinandi ratio, secundum quam in Theologia non admittuntur termini technici vel ecclesiastici nisi accurate definiti, propositiones nisi rite determinatae ac demonstratae, eaque continuo praemittuntur principia unde sequentia intelligenda et demonstranda sunt. Methodus porro mathematica considerari potest i) ut *stricta,* quando nimirum veritates sequentes ex praecedentibus continua serie et lege necessaria deducuntur, ut veritatum fiat concatenatio nunquam interrupta, seu nonnisi una earum series; qualis est etiam methodus synthetica pura, seu accuratior, et systematica rigurosa: 2) ut *minus stricta* seu *mollior,* quacum convenit methodus synthetica mixta et systematica analoga» \

Qui vero «in tractanda Theologia utitur methodo mathematica, est Theologus *Rationalis, Pragmaticus, Systematicus, Humanista,* nec potest esse *Sectator (per definitionem);* sed aliis omnibus iure merito praeferendus est»

Hoc etiam, maiori cum claritudine, confessus est eius coaetaneus Stephanus Wiest, Or. Cist. (1748-1797), scribens: «postquam *Philosophia Wolfiana* in scholis caput erigere coepit, *passim quoque* haec methodus [= mathematica] *ad Theologiam adplicata est»*[2]. Testatur insuper quod *mplures viri praestantissimi,* quos inter eminet Daniel Huetius, methodum hanc in tradenda Theologia adhibendam esse censuerunt»[3], quibus et ipse consentit, licet quadam cum moderatione[4].

quo argumento pererudite scripsit* eo in loco (ibid., § 349, p. 384)· Revera, ut ipsemet Wolf scribit in praefatione ad Theologiam Dogmaticam methodo scientifica pertractatam discipuli sui Henrici Wilh. Bernsau, «methodum demonstrativam [=mathem&ticam], quae nonnisi Logicae accurata applicatio est et recto usu operationum intellectus exercetur, *ad Theologiam quoque revelatam transferri posse* in *Haris Subsecivis Marburgensibus* monuimus, ibidemque ostendere coepimus quaenam observanda sint ut in tam arduo negotio nos satis cautos ac circumspectos praebeamus reliqua quae adhuc desiderantur addituri siquidem eas continuandi otium nobis superfuisset» (p. i. Halae Magdeburgicae, 1745).

Et addit: «postquam ego Philosophiam methodo demonstrativa [=mathematica] in systema veri nominis redigere coepi, *non defuerunt alii qui institutum hoc imitati* sunt in Jurisprudentia et *ipsa quoque Theologia revelata.* Quanvis vero non semper conatibus responderit successus, eorum tamen laudanda est voluntas: etenim in magnis, et voluisse sat est* (ibid. p. 4).

Laudat vero discipulum suum quod *«suum systema Theologiae Dogmaticae cum systimate nostro Philosophico connectere voluerit* principiis philosophicis quibus ad demonstrandum opus habuit inde petitis*; non dubitans «fore ut *eius exemplo discant alii ad Theologiae studium animum appellentes,* qua via sit eundum ut doctrinam solidam assequantur* (ibid., p. 6).

[1] J. A. Brandmeyer, op. cit., § 418, p. 450.

[1] Brandmeyer, op. cit., § 380, pp. 423-424.

[1] Ibid., § 384, p. 429.

Stephanus Wiest, Ord. Cist., op. cit., § 30, p. 50.

Op. cit., § 76, p. 116.

Nam «licet Theologia methodo mathematica pertractetur, non tamen propterea indolem disciplinarum mathematicarum induit» (§ 81, n.° 4, p.121); et ideo tirones monet «ne demonstrationibus, quae in scriptis theologorum nostra aetate passim occurrunt, nimium tribuant; et ne *pedantismo demonstrativo,* ut ita loquar, facile decipiantur» (ibid., p. 120).

Sed inter Wolfii eiusque methodo asseclas eminet Benedictus Stattler, S. I. (f 1797), cui «evidens est *novam melioremque Metaphysicam* in locum veteris confusae et obsoletae (idest, cuius saepe vix termini satis intelliguntur a discipulo philosophiam iam multo meliorem edocto) *Theologiae etiam christianae et Scholasticae applicandam esse» (De locis theologicis,* § 184, p. 210. Eustadii et Gunzburgii, 1781). Et ideo «mirum non est si Doctoribus protestantibus post Leibnizios, Wolfios, Baungartenios aliosque Metaphysicam puriorem impense excolentibus, catholici theologi illius neglectum veterem hodiedum praeseferentes vilescant» (ibid., § 183, pp. 209-210).

Pro Stattler «cognitio *mathematica* in Philosophia *summe necessaria* est» *(Philosophia methodo scientiis propria explanata.* Logica, § 6, prooemium, p. 3. Augustae Vindelicorum, 1769); et inter regulas bene philosophandi hanc statuit: «mathesis cognitioni philosophicae *continuo iungenda»* (ibid., § 7, p. 4). Ac eadem methodus est applicanda Theologiae revelatae *(De locis lheol.,§* 188-189, ed· cit., p. 215). Propter quod explicans titulum sui Operis, *Demonstratio evangelica sive Religionis a Christo revelatae certitudo accurata nethodo demonstrata adversus theistas et omnes antiqui et nostri aevi philosophos antichristianos, quin et contra iudaeos et mahumetanos,* scribit: *udemonstwionem Evangelican* inscripsi exemplo Eusebii Caesareensis et Ulmi. Danielis Huetii, abricensis episcopi»; ac in ea conscribenda *«methodum secutus* ram *qualem ipse in mea Logica* non magis aliis quam mihi in primis *pro lege statui·* (Praefatio. Augustae Vindelicorum, 1770)·

Eiusdemque fere positionis est Martinus Gerbert, 0. S. B. (1720-1793), in opella sua *De recto et perverso usu Theologiae scholasticae.* Friburgi Brisgoviae, 1758 12

21. Consequenter divisiones Theologiae, quas antiqui vocabant *partes eius quasi intégrales,* nequaquam species, scholastici quidam huius temporis, ut losephus Gautier, S. I. (t Σ755)> ^cet recte sentientes quoad rem, minus caute appellare coeperunt partes *aut species* -. Quam aequivocationem amplius aggravavit eius confrater Henricus Kilber, S. I. (1710-1783), non solum loquens de partibus *sive de speciebus* Theologiae 3, verum etiam *de speciebus proprie dictis;* nam Sacram Theologiam acquisitam viatorum considerat veluti *genus* quoddam, quod «universim dividere licet in Didacticam seu praeceptivam et in λlysticam seu affectivam: quarum ista voluntatem in Deum movet ac dirigit, ideoque ascetis et spiritualis vitae magistris propria est; illa vero intellectum cognitionibus divinis imbuit, et hinc Scholarum doctoribus et sacrae sientiae magistris competit»4. Quae quidem rursus habet sub se plures species, quia «ratione materiae ac *in partes quasi subiectivas* 5 dividitur in Scripturalem [= Biblicam, Exegeticam], Dogmaticam, Polemicam, Moralem et Scholasticam»6 Eundemque loquendi morem secutus est

1 [Cf. *Alfonsum Deissler, Fiirsabt Martim Gerbert von St. Blasien und die Theologische* ΛIe*thode.* München, 1940.]

2 Jos. Gautier, S. I., *Prodromus ad Theologiam Dogmatico-Scholasticam,* dissert, i, cap. 1, art. 2: «De Theologia speciatim positiva et scholastica, illius partibus *aut speciebus;* huius genuina notione, ac intimo nexu cum Dogmatica, (ed. cit., p. 4).

3 Henricus Kilber, S. L, *Principia Theologica,* disp. 3, cap. 2, art. I, n.° 226, 2 (Theologica Wirceburgensis, t. I. p. 429. Parisiis, 1880. Editio princeps: Wirceburgi, 1766-1771): «ex his Theologiae *sive* partibus *sive* speciebus*.

4 Henricus Kilber, op. et loc. cit., n.° 224, p. 427.

5 In terminologia scholasdca, quam hoc in loco sequitur Kilber, partes *subiectivae* alicuius habitus vel virtutis sunt eius *species.* «Partes autem *stibiectivae* virtutis dicuntur *species eius diversae*,* «sicut bos et leo sunt partes animalis» (S. Thomas, II-II 48, 1 c).

8 Kilber, op. et loc. cit., n.° 226, 2, p. 429.

Dominicus Schram, O. S. B. (1722-1797), cui partes istae Theologiae sunt «Theologiae *variae species*» T

22. At vero novi theologi eclectici et illustrati, ulterius procedentes omnique traditionis scrupulo sublato, *species* simpliciter nominabant Theologiae partes cum noviter inventas tum antiquas renovatas et emendatas, quas non solum ab invicem distinguendas asserebant, verum et separandas ac separatim tradendas, praesertim Dogmaticam et Moralem.

Ita Brandmeyer laude dignum reputat quod «theologia *Polemica* singularem locum, *velut Disciplina separata,* in Theologiae palaestra occupare coeperit»[1]; et Martinum Gerbert, O. S. B., extollit plurimum, eo quod theologiam *Liturgicam,* quasi «praecipuam Theologiae Christianae partem, *ab aliis separavit,* eamque *peculiari* tractatu elaboravit sub titulo: *Principia theologiae Liturgicae* quoad divinum officium, Dei cultum et sanctorum, Augustae 1759»[3]; ac similiter theologiam *Mysticam,* quam *«peculiari* tractatu theologico: *Principia theologiae Mysticae ad renovationem interiorem et sanctificationem christiani hominis,* edidit typis Prine. Monast. S. Blasii, 1758»[4]. Quod vero theologiam Dogmaticam et Moralem spectat, animadvertit eas *credenda* et *agenda* continere, «quae in tradenda Theologia, ordinis ergo, *ab invicem separanda sunt».* Et post pauca subiungit: *«neque eorum consilium mihi quidem probatur, qui principia religionis theoretica ei practica in specie sic dicta inter se commiscenda,* atque posteriora ex prioribus tanquam corollaria deducenda esse putant; *sed singula* meliori ordine ac nexu *in proprio* collocanda *loco, et speciali Disciplina tradenda esse iudico,* quando in Systemate exhibenda sunt»[5].

1 Dominicus SCHRAM, O. S. B., *Theologia Mystica,* Dissert, proemialis, $ i, t.I, p. i. Parisiis, 1845. Editio princeps: Augustae Vindelicorum, 1774. Eius etiam est opus saporis omnino wolfiani, cui titulus: *Compendium theo-*
i *logiae Dogmaticae, Scholasticae et Moralis methodo scientifica propositum.* Augustae Vindelicorum, 1768.

J. A. Brandmeyer, op. cit., § 372, p. 413.

3 Op. cit., §370, p. 411.

Op. cit., § 874, p. 417.

Op. cit., § 371, p. 412.

Quibus aliquod temperamentorum, more suo, posuit Wiest, retenta tamen specifica differentia inter theologiam Dogmaticam et Moralem. Locuturus enim «de divisione Theologiae revelatae et *variis eius speciebus*» notat divisiones eius recenter introductas in theologiam Exegeticam, Patristicam, Symbolicam, Polemicam, Irenicam, Mysticam, Pastoralem, Liturgicam, Casuisticam, Homileticam, Catecheticam, Positivam, Scholasticam, Syntheticam, Problematicam, Historicam et si quae sint aliae, esse mere accidentales [2]: e contra, divisionem traditionalem in Dogmaticam et Moralem recognoscit uti essentialem et adaequatam. «Est enim, inquit, Theologia revelata cognitio erudita veritatum religionis, quae veritates versantur circa credenda et agenda; sed credenda docet Dogmatica, et agenda theologia Moralis. Igitur theologia Dogmatica et Moralis exhauriunt *totam* Theologiam, pluresque eius *species* proprie non dantur»[3].

Simul tamen animadvertit *separationem* theologiae Moralis a Dogmatica esse originis protestanticae. Prius enim non solum theologi catholici, verum etiam «protestantes pariter coniungebant Dogmaticam et Moralem et uno nexu utramque tractabant, donec saeculo superiore demum, praeeunte Georgio Calixto [1586-1656] celeberrimo Helmstasiensium Antecessore, *separatae* fuerint hae scientiae» [4].

Quin etiam Maurus Schenkl, O. S. B. (1749-1816), Theologiam Moralem quod spectat, scribere non dubitavit: «saeculo demum nostro et praesertim, cum antehac necdum omnibus emendatior morum doctrina probari potuit, ultimis his annis multo acrior theologiam Moralem antiquis a naevis penitus expurgandi ardor plurimos accendit, mirumque profecit. Nam doctrina morum 1) inutilibus quaestionibus, placitis aristotelicis et scholasticis tricis exilio mulctatis, a faece etiam inanium probabilitatum purgatur; 2) pluribus pragmaticis veritatibus ditatur; 3) per uberiorem fontium et

vu

Stephanus Wiest, op. cit., cap. 2, p. 18; § 35, p. 53.
Op. cit., ibid., § 13-35, PP. 18-54.
Op. cit., § 35, P. 53.
Op. cit., § 16, p. 22.

subsidiorum, *imprimis autem cultioris philosophiae pracucae usum,* maiora perfectionis capit incrementa; demum 4) a *ceteris disciplinis separata et ab aliarum scientiarum laciniis liberata,* per concinniorem methodum commodioremque tum veritatum tum partium dispositionem in dies solidior cultiorque, et in speciale riteque coordinatum systema redacta, ad maiorem perfectionis gradum provehitur»1. Nam et inter *impedimenta* solidioris puriorisque theologiae Moralis recenseri debent «*scientiarum [sacrarum]* incommoda noxiaque *permixtio,* et systematis ordinisque neglectus» 2. Atque ita emendatio theologiae Moralis saeculo xvn inchoata, feliciter consummata fuerit saeculo xvm labente 3.

23. Et inde, mediantibus istis theologis catholicis sacroimperialibus et eclecticis saeculi xvm vertentis, manavit consuetudo quorundam theologorum saeculi xix, immo et nostri temporis, *separandi* Moralem a Dogmatica et Mysticam ab utraque, ac si essent totidem theologiae specie distinctae.

Sic, ut nonnullos referam, Franc. Xav. Schouppe, S. J., loquitur «de Theologiae divisionibus *seu speciebus*»4; Dubi- | Hard, «de *diversis Theologiae speciebus*»5; Bulsano-Tux, O. Min. Cap., «de divisione Theologiae *sive de Theologiae spedebus*6; ac nostris diebus Jac. Heerinckx, O. F. M., scribit: «*scholastici,* exempli causa S. Bonaventura et S. Thomas, considerabant totam Theologiam ut scientiam *unam,* ut scientia ipsius Dei est, cuius Sacra Doctrina est velut quae-

1

1 Maurus Schenlk, *Ethica Christiana,* tom. I introductionem et Ethicam Christianam universalem continens, § 48, p. 68. Augustae Vindelicorum, 1804. Edit, princeps: Ingolstadii, 1800.

1 Op. cit., § 49, p. 71. Cft § 46, p. 67.

' Op. cit., § 46-48, pp. 66-69.

4 Franc. Xav. Schouppe, *Elementa theologiae Dogmaticae,* ed. 26, t. I, p. 6. Parisiis, s. d.

5 Dubillard, *Praelectiones theologiae Dogmaticae ad methodum scholasti-um redactae,* t. I, p. 7. Parisiis et Vesontione, 1884.

4 Albertus A Bulsano, O. M. Cap., *Compendium theologiae Fundamen-*(du: ope scriptorum Rmi. Patris concinnavit Norbertus a Tux, eiusdem Ordinis, n.° 12, p. 8. Brixinae, 1890.

1-De Hominis·

»

dam impressio; ideo in suis Summis et Operibus Theologicis tum de dogmaticis tum de veritatibus moralibus tum de perfectionis principiis disseruerunt.

Inferioribus vero aetatibus, ad maiorem studii et expositionis commoditatem, variae partes in Theologia distingui coeperunt. Ita doctrina *Moralis* practica *a Dogmatica* speculativa *separata fuit et specialem disciplinam constituit.* Pari modo theologia *Spiritualis* [= Ascetica et Mystica], decurrentibus temporibus, *peculiaris* facta est *scientia* practica, immo et ars *a Dogmatica et Morali prorsus distincta»*1. Cui positioni consentit ipse, addens quod «theologia Spiritualis, ut *disciplina specialis a ceteris disciplinis theologicis distincta,* docenda est» 2.

Eiusdemque opinionis est Franciscus Naval, C. M. F.: *«tenemos,* inquit, *por esencial o especifica la distinciôn entre las aludidas ciendas* [= Dogmaticam, Moralem, Asceticam et Mysticam], y no simplemente modal, como quieren otros; *a sernejanza de lo que ocurre en las dendas naturales»*3.

24. Hoc autem semel dato, singulae species Theologiae non solum erant separatim tradendae, verum et *specialibus ac omnino distinctis Introductionibus methodicis instruendae, eo modo quo fit cum aliis disdplinis philosophicis et humanis.*

Quod et revera contigit. Ex quo enim unitas specifica Theologiae disrupta fuit, tot introductiones omnigenae in Theologiam eiusque species conscriptae sunt, ut hoc tempus merito appellari possit *Introductionum theologicarum aetas*4. Speciminis gratia, liceat nobis referre nonnullas, missis

1 Jacobus Heerinckx, O. F. M., *Introductio in Theologiam spiritualem Asceticam et Mysticam,* cap. 7, an. 2, n.° 500, pp. 287-288. Cf. cap. 1, an. 2., n.° 28, pp. 24-25. Taurini-Romae, 1931.

2 Op. ciL, cap. 7, art. 2, ŋ.® 502. p. 290.

3 I-RANCISCL'S Naval, C. M. F., *Curso de Teologia Ascética y Mistica,* ed. 4, Preliminares, n.° 4, pp. 16-17, nota 2. Madrid, 1926.

1 Quinimmo in pluribus studiorum Universitatibus fere tractabatur Introductio in Theologiam veluti specialis quaedam Disciplina, singulis annis separatim exponenda. Narrat siquidem Jos. Gautier «in pluribus Academiis celeberrimis *novissime* ac sapienter id esse a Suprema Potestate constitutum, ut *Theologiae Prolegomena sub cuiusvis anni scholastici exordium ab alienaro Sacrae Doctrinae Professore eiusdem disciplinae candidatos extxh*

theologorum protestandum introductionibus, quae fere innumerae sunt, nam hic solum agimus de theologia Catholica

*nantur** (op. cit., Praefatio, fol. 4 r). Quem in finem ipse conscripsit *Prodromum* suum.

Saeculis tamen praecedentibus non deerant optimae Introductiones in Theologiam Sacram, quas solebant theologi proponere: sive initio Summarum Theologicarum, ut Alexander Halensis, S. Albertus Magnus, S. Thomas: sive commentando prologum Sententiarum Petri Lombardi, aut— inde a saeculo xvi— primam quaestionem Summae Theologicae S. Thomae; sive operibus specialibus vel tractatibus independentibus. Ita, verbi gratia, Herveus Natalis, O. P. (f 1323), in sua *Defensa doctrinae D. Thomae,* partim edita ab E. Krebs in Théologie und Wissenschaft nach der Lehre der Hochscholastik (Miinster, 1912); Joannes Gerson (f 1429), in sua epistula ad Petrum de Alliaco *De reformatione Theologiae* et in duabus aliis epistulis ad studentes collegii Navarrae (exstant in tomo I, ed. Operum Gersonii, Hagae Comitum, 1728); Conradus Wimpina (f 1531), *De ortu, progressu et fructu* [Sacrae] *Theologiae,* cum considerationibus, directionibus et cautelis in studio Sacrae Theologiae observandis (Lipsiae, 1495); [Lud. Carvajal, O. F. M. (1 1552), *De restituta theologia liber unus* (Coloniae, 1545). Alia ed. ab ipso auctore parata (Antuerpiae, 1548) sub titulo *Theologicarum sententiarum liber imus;* Iod Lorichius, *Disputatio de Theologia ut scientia.* Friburgi Brisgoviae, 1959;] Joannes Maldonatus, S. I. (f 1583), tum in sua oratione inaugurait *De ratione studendi Theologiae* (Opera varia theologia, ed. Pariiis, 1677, t. III), tum in Voto suo *De ratione Theologiae docendae* (ed. Monumenta Historica S. I., t. IX, Matriti, 1901), quae certe multo meliora sunt quam opella Desiderii Erasmi (f 1536), *Ratio seu mathodus perveniendi ad veram Theologiam* (m L V Operum, ed. Basilea, 1540); Michael Rivera, O. P. (f 1597), *De ratione studii theologici declamataciones sex* (Coloniae, 1575); lacobus Gretser, S. I. (f 1625), in sua *Disputatione de natura et usu Theologiae,* habita in inclyta atque catholica ingolstadiensium Academia (Ingolstadii, 1587); praesertim vero, Melchior Canus, O. P. (f 1560), hoc eodem saeculo xvi, in suo opere celeberrimo et imperituro *De locis theologicis* (Salmanticae, 1563): ac saeculo xvu, Dionysius Petavius, S. J. (f 1652), edidit *Prolegomena in quibus de Theologia ipsa eiusque principiis ac natura disputatur* (Dogmata Theologica, ed. Vives, in tomo I); Ludovicus Thomassinus, Cong. Orat. 71695), fusiori calamo scripsit *De prolegomenis Theologiae* (exstant in ed. Vives, t V Theologicorum Dogmatum); Christophorus Rasslor, O. S. B. 71675), *natura Theologiae* (Salisburgi, 1655); Bernardus Weibel, O. S. B. j 1699), *De natura Theologiae et de existentia et essentia Dei* (Salisburgi, 1664); Maximilianus van der Sandt, S. J. (f 1656), *Prolegomena Theologiae Muticae* (Coloniae Agrippinae, 1658); et Martinus de Esparza, S. J. T 1689), *Prooemium de natura Theologiae* (s. 1. et a., verisimiliter Romae, circa 1660).

1 Adducuntur tantum Opera maiora, non articuli Commentariorum periodicorum.

Saeculo XVIII:

Annatus, Petrus, Cong. Cler. doc. christ, (f 1715). *Apparatus ad Positivam theologiam methodicus.* Parisiis, 1700.

Brandmeyer, Joannes Adam (f 1796). *Schema introductionis in universam Theologiam christiano-catholicam continens definitiones, axiomata, theoremata, consectaria et corollaria una cum discursu proeliminari de origine, mutatione ac fatis Theologiae christianae.* Heidelbergae, 1778.

Brandmeyer, J. A. *Principia catholica introductionis in universam Theologiam christianam methodo demonstrativa academicis praelectionibus accommodata,* Rastadii, 1785.

Brandmeyer, J. A. *Grundriss zur systematischen christlichen Dogmatik.* Passau, 1786.

Concina, Daniel, O. P. (f 1756). *Ad theologiam christianam Dogmatico-moralem apparatus.* Romae, 1751.

Dupin, Ludovicus Ellies (f 1719). *Méthode pour étudier la Théologie,* avec une Table des principales questions à examiner et à discuter dans les études théologiques et les principaux ouvrages sur chaque matière. Paris, 1716.

Faure, Joannes Baptista, S. J. (+1779). *Apparatus brevis ad Theologiam et Ius Canonicum,* complectens indicem historico-chronologicum conciliorum, paparum, antipaparum, patrum et scriptorum ecclesiasticorum necnon haereticorum, et compendiosam luris utriusque praenotationem. Romae, 1751.

Fischer, Gerardus, S. J. (f c. 1790). *Isagoge in theologiam Dogmaticam.* Augustae Trevirorum, 1787.

Forckenbeck, Henricus Josephus, S. J. (f 1807). *Introductio in universam Theologiam christiano-catholicam, continens prima eius principia.* Monasterii, 1786.

Gautier, Josephus, S. J. (-J 1755). *Prodromus ad Theologiam dogmatico-scholasticam,* ad usum praecipue candidatorum Sacrae Doctrinae. Coloniae et Francofurti, 1756.

Gerbert, Martinus, O. S. B. (f 1790). *Principia theologiae Exegeticae:* praemittuntur *Prolegomena Theologiae christianae universae;* accedit Mantissa de traditionibus Ecclesiae

arcanis. Augustae Vindelicorum et Friburgi Brisgoviae, 1757.

Gerbert, Martinus. *Apparatus ad eruditionem theologicam,* institutioni tironum Congregationis S. Blasii, O. S. B., in Silva Nigra destinatus. Augustae Vindelicorum et Friburgi Brisgoviae, 1754.

Gmeiner, Franc. Xaverius. *Schema Encyclopaediae theologicae per terras Austriae haereditarias theologis primi anni primis hebdomadibus explicandae.* Graecii, 1786.

Julianus (= Giuliani), Josephus, S. J. (f 1716). *Manuduciio ad theologiam Moralem* qua, per dilucidam quaestionum ad eam spectantium explicationem, illius studium mirifice facilitatur. Patavii, 1707.

Koehler, Gregorius, O. S. B. (f 1809). *Anleitung zum praktischen Unterricht in der Pastoraltheologie.* Moguntiae, 1789.

Luydl, Corbinianus, O. F. M. (f 1778). *Institutiones theologiae Moralis christianae et evangelicae in partes quattuor tt dissertationes septem tributas, sive loci communes ac fontes, in quibus morum doctrina ad Sancti Evangelii leges efformata haurienda est.* Campidonae, 1771.

Mannhart, Franc. Xaverius, S. J. (f 1773). *Dissertationes theologicae de indole, ortu ac progressa et fontibus Sacrae Doctrinae,* propositae in alma caesareo-leopoldina Universitate oenipontana. Augustae Vindelicorum et Oeniponti, 1749.

OberthÜr, Franciscus (f 1831). *Encyclopaedia et Methodologia theologica.* Salisburgi, 1786.

OberthÜr, Franciscus. *Theologische Encyclopaedic oder der theologischen Wissencheften Umfang und Zusammenhang.* Augustae Vindelicorum, 1828.

OberthÜr, Franciscus. *Méthodologie der theologischen ^issenchaften Uberhaupt und der Dogmatik insbesondere.* Augustae Vindelicorum, 1828.

Patuzzi, Joannes Vicentius, O. P. (t 1769). *Prodromus ad universam morum Theologiam, de Locis theologiae Moralis* [in tomo I suae Ethicae christianae seu Theologiae Moralis] Bassani, 1770.

Pefzelt, Leopoldus, O. Min. Conv. (t 1806). *Praeco-*

gnita ad Theologiam dogmatico-historico-scholasticam. Oettingae, 1768.

Prileszky, Joannes Baptista (f 1790). *Theologicorum prolegomenorum libri duo in usum scholae theologicae conscripti.* Viennae, 1761.

PiTROFF, Franciscus Christophorus, Ord. crucif. (j- 1814). *Anleitwig zur praktischen Gottesgelehrtheit* nach dem Entwurfe der Wiener Studienverbesserung. Pragae, 1778.

Rauttenstrauch, Stephanus, O. S. B. (f 1785). *Anleitung und Grundriss der systematischen Théologie.* Viennae, 1774.

Reebmann, Josephus, S. J. (f 1812). *Prolegomena ad Theologiam scholasticam correctam pro usu candidatorum Theologiae friburgensis in Helvetia.* Friburgi Helvetiorum, 1779.

Ruziczka, Evermodus, Ord. Praem. (f 1780). *Isagoge in universam Theologiam Dogmaticam* de religione naturali et revelata, Scriptura Sacra, traditionibus, Auctoritate Ecclesiae in rebus fidei et morum et tandem de ipsa Theologia. Olomuci, 1776.

Scholliner, Hermannus, O. S. B. (f 1705). *Introductio ad praelectiones theologicas.* Ingolstadii, 1775.

Scholliner, Hermannus. *Dissertatio de nattera et variis divisionibus Theologiae* [citatur a Brandmeyer, Principia catholica introductionis in universam Theologiam Christianam, P· 393, quin tamen indicet locum et annum editionis. Hanc Dissertationem ipse non vidi].

Suppaur, Marcus, Ord. Minimorum (f c. 1733). *Ostium theologico-thomisticum seu ingressus in scholastico-dogmaticam Theologiam iuxta Thomam Aquinatem.* Pragae, 1733.

Thomas, Corbinianus, O. S. B. (f 1767). *Theologiae Dogmaticae prolegomena.* Salisburgi, 1750.

Vogl, Bertholdus. *Prolegomena Sacrae Theologiae seu introductio in Theologiam scholastico-dogmaticam.* Salisburgi, 1743·

Wiesner, Franciscus, S. J. 1797). *Isagoge in Theologiam universam encyclopaedica et methodologica,* necnon meditationibus quibusdam historicis, criticis ac paraeneticis instructa, et potissimum Theologiae candidatis accommodata Wirceburgi, 1778.

Wiest, Stephanus, Ord. Cist. (f 1797). *Praecognita in Theologiam revelatam,* quae complectuntur *Specimen Encyclopaediae ac Methodologiae theologicae,* sive Institutionum theologicarum tomus I. Edit, tertia emendata. Ingolstadii, 1801.

Wurz, Ignatius, S. J. (j· 1784). *Prodromus isagogicus in Theologiam.* Ratisbonae, 1773.

Wurzer, Balduinus, Ord. Cist. (f 1809). *Prodromus isagogicus historico-critico-litterarius in Theologiam eclecticam regularem.* Ratisbonae, 1773.

Zaccaria, Franciscus Antonius, S. J. (f 1795). *Dissertatio prolegomena ad Alphonsi Mariae de Ligorio Moralem Theologiam, de Casuisticae theologiae originibus, locis atque praestantia.* Venetiis, 1757.

Saeculo XIX:

Brenner, Fridericus von (f 1848). *Versuch einer historisch-philosophischen Darstellung der Offerbarung ais Einleiting indie Théologie.* Bamberg, 1810.

Buchner, Aloysius (j· 1869). *Encyclopaediae und Méthodologie der theologische Wissenschaft.* Sulzbach, 1837.

Czamler, Ambrosius Carolus (f c. 1806). *Historia scienlificae theologiae Dogmaticae, quam ceu Prodromum ipsius Dogmaticae recensuit.* Viennae, 1806.

Dobmay, Martinus, O. S. B. (f 1805). *Encyclopaedia et Methodologia* [in tomo I suae Theologiae Dogmaticae, opus posthumum, ed. cura Th. P. Senestréy]. Solisbaci, 1807.

Drey, Ioannes Sebastianus de f 1853). *Einleitung in's Studium der Théologie mit Rücksicht auf den vissenschaftlichen Standpunkt und das Katholische System.* Tübingen, 1819.

Hermes, Georgius (f 1831). *Einleitung in die christkatholische Théologie.* Münster, 1819.

KlHN, HENRICUS. *Encyclopaedic und Méthodologie der Théologie.* Freiburg im Breisgau, 1892.

Klee, HENRICUS (f 1840). *Encyclopaedic der Théologie.* Mainz 1832.

TV. r?
>>
SB
^

Krawutzcky, Adam (f 1907). *Einleitung in das Studium der katholische Moralthéologie.* Breslau, 1890.

Kuhn, Ioannes von (f 1887). *Encyclopaedic der theologisshe Wissenschaft.* Mainz, 1840.

Kuhn, Ioannes von. *Einleitung in die Katholische Dogmatik* [tomus I suae Katholische Dogmatik]. Tubingen, 1846.

Leu, Josephus Brucardus (f 1S65). *Allgemeine Théologie enthaltend die theologische Encyclopaedic und Apologetik.* St. Gallen, 1848.

Loo, Barnardus van, O. F. M. (f 1865). *Introductio in theologiam Dogmaticam e variis auctoribus.* Romae, 1859.

Receveur, Franciscus Xaverius (f 1854). *Introduction à la Théologie.* Besançon, 1839.

Schaezler, Constantinus (f 1880). *Introductio in Sacram Theologiam Dogmaticam, ad mentem D. Thomae Aquinatis* [opus posthumum, ed. cura Thom. Esser, O. P.]. Ratisbonae, 1882.

Schrader, Clemens, S. J. (f 1875). *De Theologia generatim commentarius, in Sacram Theologiam* ὁδηγό. Pictaviis, 1874.

Staudenmaier, Franciscus Antonius (f 1856). *Encyclopaedic der theologischen Wissenschaften ais System der gesammten Théologie.* Mainz, 1834.

Thanner, Ignatius (f 1856). *Encyclopaedist methodologische Einleitung zum akademisch-wissenschaftlichen Studium der positiven Théologie, insbesondere der Katholischen.* München, 1809.

Teplotz, Stephanus, Ord. Cist. (f 1877). *Introductio tn Ethicam Christianam* [fasc. 1 tomi primi suae Ethicae Christianae]. Pragae, 1831.

Wirthmüller, Ioannes Baptista (j- 1905). *Encyclopaedic der Katholischen Théologie, eine propaedeutische Einleitung in ihr Studium.* Landshut, 1874.

Saeculo XX:

Bilz, J. *Einfürung in die Théologie. Theologische Encvclopaedie.* Freiburg im Breisgau, 1935.

Breznay, Adalbertus. *Clavis Theologiae Moralis seu Introductio in studium Ethicae Christianae scientificum.* Friburgi Brisgoviae, 1914.

Bucceroni, J., S. J. *Commentarium de natura Theologiae Moralis.* Romae, 1910.

[Friederichs, I. *Die Théologie spekulative und praktische Wissenschaft nach Bonaventura und Thomas von Aquin.* Bonn. Ludwig, 1940.]

Gardeil, Ambrosius, O. P. (f 1931). *Le Donné Révélé el la Théologie.* Paris, 1910.

Garrigou-Lagrange, Reginaldus, O. P. *De Revelatione per Ecclesiam Catholicam proposita: Prolegomena.* Romae, 1918.

Heerinckx, Jacobus, O. F. M. *Introductio in theologiam spiritualem Asceticam et Mysticam.* Taurini-Romae, 1031.

Herbigny, Michael d', S. J. *La théologie du révélé. Introduction générale.* Paris, 1921.

Krebs, E. *Théologie und Wissenschaft nach der Lehre der Hochscholastik.* An Hand der bisher ungedruckten Defensa doctrinae Divi Thomae des Hervaeus Natalis. Münster i. Westfallen, 1912.

Krieg, Cornelius. *Encyclopaedic der theologischen Wissenschaften nebst Methodenlehre.* Freiburg im Breisgau, 1910.

Lozano, Sabinus M., O. P. *Unidad de la Ciencia Sagrada y de la Vida Santa.* Salamanca, 1921.

Peterson, E. *Was ist Théologie?* Bonn, 1926.

Poschmann, B. *Der Wissenschaftscharakter der Katholischen Théologie.* Breslau, 1032.

Rabeau, Gaston. *Introduction à Γétude de la Théologie.* Paris, 1926.

Schanz, P. VON. *1st die Théologie eine Wissenschaft?* Stuttgart-Wien, 1900.

Soiron, T., O. F. M. *Heilige Théologie. Grundsatzliche Darlegungen.* Regensburg, 1935.

Stolz, A., O. S. B. *Introductio in Sacram Theologiam* (Manuale Theologiae Dogmaticae, fasc. 1). Friburgi Brisgoviae, 1941.

Szydelski, St. *Prolegomena in Theologiam Sacram.* Leopoli, 1020.

[WORONIECKI, H. *Methodus et programma tradendi Theologiam Moralem.* Lublini, 1922.]

Wysser, Paulus, O. P. *Théologie ais Wissenschaft.* Salzburg-Leipzig, 1938.

ZieschÉ, Carolus. *Über Katholische Théologie.* Paderborn, 1919.

25. At haec conceptio Theologiae Sacrae, univoca fere cum conceptu scientiarum philosophicarum vel pure humanarum, merito respuitur a maioribus et nobilioribus theologis, illius etiam temporis quo ruptura unitatis specificae Theologiae consummata fuit aut certe conservata. Sufficiat nobis in praesentiarum, ubi de re morali agimus, pauca afferre testimonia theologorum ultimi temporis de theologia Morali a Dogmatica non separanda.

26. R. Billuart, O. P. (f 1757) sententiam retinet traditionalem, docens Theologiam Sacram «esse *simul* speculativam et practicam [seu Dogmatican et Moralem], quia attingit speculabilia et practica *sub una et eadem ratione* divinae revelationis»1.

Similiter loannes Laurentius Berti, O. S. A. (j* 1766) docet quod «Theologia sive Speculatrix [= Dogmatica] sive Moralis sive Polemica *unus est habitus»,* quia «omnium theologicarum veritatum *idem* est *obiectum..., eadem principia,* nimirum divinae revelationes»: iam vero «ex unitate subiecti atque ex unitate principiorum infertur unitas scientiae vel habitus»2.

Haud secus Vincentius Penzi, O. P. (f c. 1774), qui recensitis Theologiae partitionibus, concludit: «his porro *non distinctis quidem speciebus Facultas isthaec coalescit, sed potius in partes dispertitur» 3.*

1 R. Billuart, *Cursus theol.* tom. I, dissert prooem., arc 7, p. 21. Cf. art. i, p. 3. Parisiis, 1895.

1 J. L. Berti, *Opus de theologicis disciplinis,* Prolegomena, cap. 4, propositio 4, p. 10. Romae, 1750.

3 V. Penzi, *Theologiae rudimenta ex probatis auctoribus excerpta,* lib. I, cap. 2, p. 2 b. Venetiis, 1766.

Ncc dissentit Martinus Gerbert, O. S. B. (f 1793), cui placet «intimo foedere omnes Theologiae partes, quae *mirum* ni *modum inter se nectuntur et mutuum usum praestant,* consociare» \

Quin etiam nonnulli theologi protestantes sententiae traditional! adhuc calculum adiiciebant, ut testantur haec verba Jo. David Heilmann: *mon formarum sed partium* divisionem hanc esse [in Dogmaticam et Moralem], inde facile intelligitur quod neutra Theologiae notionem totam, ne ex eorum quidem, qui in ea definienda aliam rationem tenent, sententia, expleat»2.

27. Eademque positio retinetur a pluribus theologis saeculi xix. Ita Franc. Leop. B. Liebermann (j· 1844), non obstantibus eius praeiudiciis in theologiam Scholasticam 3, animadvertit «*arctissimum et intimum esse theologiae Speculativae [= Dogmaticae} et Moralis nexum:* neque ita utriusque fines constitui posse, ut non ea, quae speculatrix est, varia complectatur quae ad vitae praxim comparata sint, cum fidem efficere debeat non sterilem sed fructuosam; quemadmodum et ea, quae practica dicitur, partem theoreticam habet, cum ex principiis certis, modo scientiis usitato, vivendi et agendi regulas deducat»4.

Immo et contrariam sententiam vehementer impugnant, ut videre est in his quae scribit Pius van der Velden, O. F. M.

1 Martinus Gerbert, *Apparatus ad eruditionem theologicam,* epistula nuncupatoria, fol. 3 v. Augustae Vindelicorum et Friburgi Brisgoviae, 1754. De quo tamen, non sine quadam exaggeratione, dicit M. Jos. Scheeben quod «spricht aber bereits von der Scholastik, wie der Blinde von der Farben» *(Dogmatik,* t. I, § 52, n.° 1107, ed. cit., p. 457).

1 Jos. David Heilmann, Theol. Dr. et Prof. Ordinarius: *Compendium theologiae Dogmaticae,* Prolegomena, cap. 1, sect. 3, p. 4. Goettingae, 1761.

' F. L. B. Liebermann suam facit descriptionem theologiae Scholasticae quam dederant theologi eclectici et illustrati saeculi xvm, dum scribit: •quando vero artificiose magis quam theologice de divinis disserit, et nimia curiositate quaestiones sectatur subtiles magis quam utiles, altissimarum rerum omnium sinus penetrare cupiens, ut nihil sit cuius non velit rationem reddere, tunc Scholasticae [theologiae] nomen obtinet* *(Institutiones theologicae,* tom. I, Prolegomena, cap. 1, n.° 7, p. 3. Moguntiae, 1870).

4 Op. et loc. cit., n.° 6, p. 3.

(† 1859): «arctissima est utriusque theologiae [= Dogmaticae et Moralis] connexio; siquidem ea, quae Moralis dicitur, radicem suam habet in Dogmatica. Propterea, *nec desunt inter doctos quibus hodierna separatio haud parum displicet, cum sit hoc ipso Moralis a naturali radice sua avulsa.* Neque negari potest quod theologi tum dogmatici tum morales falcem in messem alterius mittere saepissime cogantur, et nescio quam sentiant penuriam, praesertim moralistae, dum quaestio aliqua a suis est principiis examinanda»K

Et concludit: *were odiosum omne est divortium, si non et perniciosum:* at quaelibet tempora suos habet mores ac *suas quoque ineptias,* quibus et *inviti* servire debent» (ibid.).

Pariter Hilarius Parisiensis, O. M. Cap. (1831-1904): «huiusmodi vero divisiones, inquit, *non sunt tot scientiae specifice distinctae, sed tantum partes intégrales quibus integratur unum totum, una scientiae species;* nam in his omnibus idem obiectum Theologiae universale consideratur, scilicet verbum Dei revelantis»1.

Ac iure meritoque addit: «illi vero praecipue *reprehensione digni sunt, qui Moralem scientiam ita instituunt perinde ac si nullum Dogma exsisteret...* Casuistae vero qui non deducunt Moralem scientiam ex fidei principiis, quod tamen constanter inculcat S. Alphonsus, *non sunt theologi»* 34

Quapropter «hodierno nimiae divisionis scientiarum [theologicarum] *defectui remedium afferre* maxime opportunum est; et ideo *Theologia Universalis,* quam incipimus, utiliter occurrit, cunctas Sacrae Doctrinae partes in unum redigendo» *.

Eodem modo M. Jos. Scheeben († 1888) ait Dogmaticam

1 P. Van der Velden, *Principia theologiae Moralis theoretice et practice exposita,* tom. I, Introductio, § 2, p. 13. Parisiis et Lipsiae, 1875.

* Hilarius Parisiensis, *Theologia universalis,* tom. I, Introductio, cap. 2, art. 1, § 1, n.° 2, p. CIV. Lugduni et Parisiis, 1868.

3 Op. et loc. cit., n.° 3, p. CV.

4 Op. et loc. cit., p. CVII. Quod clarius exprimit in Indice rerum, ubi ait: «unitas generalis in deversis Theologiae partibus (partes Theologiam integrantes); *separatio theologiae Moralis et theologiae Dogmaticae vitanda»* (Op. cit., p. 156).

et Moralem non ita facile separari posse in disciplinis theologicis sicut Ethicam et Metaphysicam in philosophicis, quia theologia Dogmatica est plus quam mera fidei metaphysica [1].

Consentit Jos. Kleutgen, S. J. († 1883), iuxta quem «Moralis doctrina cum Dogmatica multis in locis ita cognata atque concreta est, ut *divelli nisi violenter non possit,* ut in quaestionibus de sacramentis, de gratia, de iustificatione et merito, de fine hominis et cetera; sed ea quoque, quae separari non incommode queunt, altera ab alteris illustrantur. Quare *praestat secundum veterem morem utramque in unum doctrinae corpus redigere»* [1].

Similia tradunt Julius Didiot († c. 1899) et Ludovicus de San, S. J. († 1904), qui unitatem specificam theologiae Dogmaticae et Moralis nervose defendunt [3]. «Licet autem —inquit de San— differentiae quae significantur hisce nominibus *speculativum* et *practician,* sint formales respectu scientiae humanae, *respectu tamen scientiae Theologicae sunt pure materiales.* Et hoc ideo, quia... Theologia *sub eodem obiecto formali* cognoscit tam operabilia quam speculabilia. *Non nominant ergo Theologia speculativa [= Dogmatica] et Theologia practica [= Moralis] duas species scientiae Theologicae, sed ipsae sunt partes integrantes unam eandemque scientiam Theologicam, quae per se est species scientiae specialissima»* [4].

28. Denique, saeculo nostro XX, post felicem sanae Theologiae restaurationem, abundant theologorum testimonia pro hac unitate specifica theologiae Moralis et Dogma-

[1] M. J. Scheeben, *Dogmatik,* I. Bd.; Einleitung, II, C, n.° 2, ed. cit., p. 4.

[1] Jos. Kleutgen, *Institutiones theologicae in usum scholarum,* vol. I, introdua., q. 1, art. 7, n.° 37, p. 22. Ratisbonae, 1881.

[1] Julius Didiot, *Logique surnaturelle subiective,* n.° 656, pp. 495-496. 2ème. ed. Paris, s. d.

[4] L. DE San, *Tractatus de Deo uno,* tom. I, prooem. n.° 10, p. 17. Lorarii, 1894.

ticae restituenda vel iam restituta conservanda b e quibus liceat nobis duo tantum in medium afferre.

Primum est Radulphi de Scorraille, S. J., qui, comparans antiquum morem Theologiae tradendae temporibus Suarezii usitatum cum noviter introducto hodieque in scholis servato, scribit: «ces traités [Suarezii] sur les vertus théologales, plus que tous les autres peut-être, offrent un exemple sensible de l'ancienne et traditionnelle méthode qui prévalu longtemps dans l'enseignement de la théologie scolastique. *On ne séparait pas le dogme de la morale.* Ainsi, dans ce volume de Suarez, aux thèses spéculatives sur les vertus de foi, d'espérances et de charité, sont mêlées des thèses sur les devoirs qui s'y rapportent, sur les péchés qui leur sont opposés. *De nos jours, on a cru simplifier et faciliter chaque étude en l'isolant. Ne l'a-t-on pas, au contraire, compliquée, en obligeant à parcourir deux fois un même traité? Ne Γa-t-on pas affaiblie, en faisant perdre l'habitude de rattacher les questions pratiques aux questions théoriques, les conséquences aux principes!*| La morale si fortement raisonnée, l'ascetisme *si solide et si sûr* des anciens, ne leur venaient-ils pas de leur formation plus logique, *de l'unité et de la plénitude d'une théologie, qui ne présentait jamais le vrai à l'esprit, sans montrer aussitôt à la volonté le bien qui en découle?»* 2.

1 Verbi gratia, Christianus Pesch, S. J., *Praelectiones Dogmaticae,* tom I, nis. 56-59, ed. 5, pp. 28-29, Friburgi Brisgoviae, 1915; L. Janssens, O. S. B., *Summa theologica ad modum commentarii in Aquinatis Summam praesentis aevi studiis aptatam,* tom. I, p. 3, Friburgi Brisgoviae, 1900; H. BUONPEXSIERE, O. P., *Commentaria in I P. Summae theol. S. Thomae Aquinatis,* q. i, a. 4, n.° 74, pp. 47-48. Romae, 1902; Jos. van der Meersch, *Tractatus de Deo uno et trino,* n.° 8, p. 6. Brugis, 1917; Ed. Hugon, O. P., *Tractatus dogmatici,* tom. I, quaest. prooemial., art. 3, pp. 17-23, Parisiis, 1920; Aem. Dorsch, S. J., *Institutiones theologiae Fundamentalis,* vol. I, Prolegomena, art· t, § *1,* PP- 30-37, Oeniponte, 1916; R. Garrigou-Lagrange, O. P., *De Revelatione per ecclesiam catholicam proposita,* vol. I, Prolegomena, cap. I, art. 2, pp. 28-34, ed. 2, Romae et Parisiis, 1921; S. M. Lozano, O. P., L *nidad de la Ciencia Sagrada y de la Vida Santa,* pp. 3-6, Salamanca, 1921; V. Zubizarreta, C. D., *Theologia Dogmatico-scholastica,* vol. 1, Prolegomena, art. I, n.° 3, pp. 10-12, ed. 3, Bilbao, 1937.

5 R. de Scorraille, S. J., *François Suarez, de la Compagnie de Jésus, d'après ses lettres, ses autres écrits inédits et un grand nombre de documents nouveaux,* tom. II, pp. 385-386. Paris, 1911.

Aliud testimonium est Ben. Henr. Merkelbach, O. P., qui sententiam traditionalem, semper inviolabiliter servatam a theologis Ordinis Praedicatorum, breviter exprimit ac nervose defendit hisce verbis: theologia Moralis *«non est species distincta sed tantum pars integralis et constitutiva scientiae theologicae;* Theologia enim non complectitur plures scientias sicut Philosophia, sed est scientia *omnino una,* quia habet unum subiectum: Deum, et unam rationem formalem (obiectum formale quo): revelationem: unde *theologia Moralis est una et eadem scientia cum Dogmatica, quanvis sint alia et alia pars» Theologiae totalis* \

Haec est vera doctrina, incunctanter amplectenda 2.

1 B. H. Merkelbach, O. P., *Summa theologiae Moralis,* tom. I, introductio, n.° 3, p. io. Parisiis, 1931. Qui etiam merito vocat *infelicem,* processum *seiungendi* Moralem a Dogmatica, n.° 8, III, p. 19. Quod sane indicium valet quoque de quorundam recentiorum conatu separandi theologiam, quam *Kerygmaticam* vocant, a theologia stricte scientifica Dogmatica et Morali. Qua de re videri potest A. Stolz, O. S. B., *De «theologia Kerygmatita»,* Angelicum, 17 (1940), pp. 337-351.

: Quam et oportebat instanter inculcare, non obstante eius perfecta evidentia. Mos enim separandi ac separarim tradendi Theologicam Dogmaticam et Moralem relinquit in animo adolescentium —ac urinam adolescentium tantum!— impressionem nimis vividam et profundam distinctionis quasi specificae utriusque, quam necesse erat radicitus evellere. E contra S. Thomas unitatem arguit Theologiae Dogmaticae et Moralis ex usu miscendi in imo eodemque opere speculativa et pracrica, non solum apud Magistros theologos verum etiam apud ipsos Auctores Sacros. Ita enim scribit: •quae sunt *diversarum scientiarum, distinctim et in diversis libris* determinantur. Sed *in Sacra Scriptura permixtim in eodem libro* quandoque determinatur *di modbus* [= Moralis], quandoque *de Creatore,* quandoque *de creaturis* [= Dogmatica], *ut patet fere in omnibus libris.* Ergo ex hoc non diversificatur Scientia Sacra» (I Sent, prol., a. 2, arg. 2 sed contra). Revera in eodem Evangelio et in eadem Epistula permixtim traduntur credenda (= dogmatica) et agenda (= moralia), ut omnes norunt.

Hodiernus igitur mos, qui utilitate quadam non caret, distinguendi Moralem a Dogmatica easque distinctis operibus ac distinctis scholis tradendi sic retinendus est, ut simul essentialis unitas ac nexus intimus utriusque firmiter conservetur. Nam, ut optime observat L. Janssens, O. S. B., «ex hac maiori connexione [traditionali] rei moralis cum re stricte dogmatica profluebant multa bona, *a methodo hodierna vix plene compensanda** (Op.

29. Ex quo ergo Theologia Moralis est eadem specie cum Dogmatica unaque essentia cum Theologia universa, eius specialis Introductio non est concipienda sicut concipitur introductio in moralem philosophiam, neque est ita absolute necesaria —sed solum debet exhibere propriam et inmmediatam materiam circa quam versatur sub eadem ratione formali *qua* theologiae dogmaticae et totius theologiae ut sic.

30. Nihilominus, quia modernis temporibus non solent theologi candidati hanc eminentem theologiae unitatem sufficienter perspectam habere, quin potius nimis matarialiter considerare solent res theologicas, speciali cura tradenda est introductio specialis in theologiam moralem, non neglecta unitate specifica et connexione essentiali cum tota theologia sacra et cum omnibus suis partibus: eo vel magis quod, «quanvis ista scientia *una* sit, tamen *de multis est et ad multa* valet, secundum quae *oportet modos eius multiplicare*» \

1 S. Thomas, in I Sent, prol., a. 5 ad 2.

CAPUT SECUNDUM

DE IPSA «INTRODUCTIONE» IN THEOLOGIAM MORALEM 1

31. Sub hac ergo restricta et modesta consideratione introductionis specialis in theologiam Moralem, tria sunt determinanda:

1. Natura vel essentia theologiae moralis.
2. Propria eius methodus.
3. Divisio ipsius in principales tractatus quasi in totidem partes intégrales.

Art. i.—De natura vel essentia theologiae moralis

Essentia vel natura theologiae Moralis exprimitur eius propria definitione, quae est «oratio significans quod quid est»2.

1 Specimen introductionis cuiusdam specialis in Theologiam Moralem adumbravit, omnium fortasse primus, Chrysostomus Javelli, O. P. (f c. 1539), in opere suo posthumo, cui titulus: *Divinae et Christianae moralis ftilowphiae Institutiones, in partes octo divisae* (Venetiis, 1540), cuius tota prima pars est «de celsitudine ac veritate ipsius supra omnes disciplinas morales quae ex naturali ratione prodierunt»; ubi Theologiae Morali relate ad Moralem Philosophiam specialiter aptavit, amplificando, ea quae S. Thocas docuerat (I 1, 5) de universa Theologia relate ad omnes scientias philosophicas. Potius tamen quam Introductio proprie dicta in Moralem Theolo- est prima eius inchoatio et veluti tentamen quoddam. Recoli etiam Pisunt *Praefationes ac disceptationes de Morali Theologia habitae in Metrot«-iana senensi,* quas edidit Sebastianus Conti, S. J. (j- 1696), Senis, 1677.

2 S. Thomas, *In II Poster.,* lect. 2, n.° 2; ex Aristotele, */ Topicorum,* αP· i, n.° 2: λόγον ὸ τό τί ἡν εἰναι σημαίνων.

-D« Hominis

Distinguunt autem logici duplicem definitionem, scilicet nominalem et realem, quarum prima ducit ad secundam, iuxta illud S. Alberti Magni: «*noniem* nihil aliud est nisi *implicita* definitio; et *definitio* est nominis per singula *explicatio*»[1]. Cui Tullius Cicero concinit scribens: «*patefactio* quasi rerum *opertarum,* cum quid quidque sit *aperitur,* definitio est»[2]; «definitio est oratio quae id quod definitur *explicat* quid sit»[3]. Unde S. Augustinus egregie concludit: «cognitio nominis est cum *ille* cognoscitur *cuius est* nomen; *non* enim *propter se* nomen est, *sed propter id quod significat*»[4]. Quaerenda est igitur in primis definitio nominalis theologiae Moralis, postea definitio realis.

DEFINITIO NOMINALIS THEOLOGIAE MORALIS

Definitio nominalis est «ratio interpretativa nominis» seu «oratio exponens significationem nominis» vel etiam «sola nominis interpretatio»[5]. Haec autem interpretatio potest fieri duplici via, nempe via *originis* seu *radicis,* et tunc appellatur definitio *etymologica,* quae est «verbum ex verbo veriloquium»[6]: —et via *usus* inter loquentes, quae vocari solet definitio *vulgaris.* Et quia humana verba sunt signa ad placitum, non signa naturalia, manifestum est quod interpretatio nominis maxime sumenda est ex usu loquentium. [Cf. De Verit. 4, 2, c. in fine.]

1 S. Albertus Magnus, *I Etincarum,* tract. 5, cap. 2, ed. Borgnet, Opera omnia, t. VII, p. 59 a. [Cf. *Summa Theol,* II p., trad. 10, q. 37, m. 2, t. 32, p. 414I.

2 Tullius Cicero, *II de Finibus,* cap. 2, ed. cit., t. II, p. 130.

3 *Topica,* cap. 5, ed. cit., t. I, p. 571.

S. AUGUSTINUS, *Enarratio in Psalmum IX,* n.° II. ML. 36, 122.

5 S. THOMAS, *In II Poster.,* lect. 6, nis: 6-9.—Vide Caietanum, *In II Poster.,* cap. 6, § *Circa tertiam conclusionem,* ed. Venetiis, 1519, fol. 89, coi. 4.

6 Tullius Cicero, *Topica,* cap. 8, ed. cit., t, I, d.

A. *Definitio etymologica*

34. Dictio haec: *theologia moralis,* continet duo nomina: aliud substantivum (theologia), aliud adiectivum (moralis).

a) Nomine substantivo, θεολογία (a θεό = Deus, et λόγο = sermo), «significari intelligimus de divinitate rationem sive sermonem» [1].

Quidquid autem sit de diversis acceptionibus huius verbi apud auctores tum profanos tum sacros —qua de re consuli possunt eruditi[2]—, in terminologia ecclesiastica technica significat cognitionem seu scientiam propriam Dei, hoc est, Dei sub ratione propria deitatis; et quidem, non tam cognitionem quam ipse Deus de seipso habet, quam cognitionem quam nos habemus de ipso Deo. Et quia in cognitione maxime attendendum est *medium cognitionis,* potius quam res cognita vel finis propter quem cognoscitur, cognitio theologica seu theologia formaliter dicitur cognitio de Deo ut Deus est et ad Deum ordinata *prout per divinam inspirationem seu revelationem est nobis supernaturaliter communicata.* Unde antiqui theologi cum Alexandro Halensi dicebant quod «doctrina sacra dicitur divina seu theologia, quia *a* Deo et *de* Deo et ductiva *ad* Deum»[3].

35. Quia vero haec divina vel supernaturalis revelatio potest esse et formalis seu immediata, et virtualis seu mediata, formali autem respondet cognitio supernaturalis immediata, quae est fides divina — nomen *theologia* strictissime dicitur de sola cognitione supernatural! mediata seu discursiva, quae respondet divinae revelationi virtuali, et formaliter importat demonstrationem conclusionum de Deo

1 S. Augustinus, *De Civitate Dei,* lib. VIII, cap. i. ML. 41, 225.

1 Verbi gratia, J. Stiglmayr, *Mannigfache von ^Théologie» und tTheologi»,* apud *Théologie und Glaube, XI* (191), pp. 296-309; P. Batiffol, *Theologia, Theologi,* apud *Ephemerides theologicae Lovanienses,* V (1928), pp. 205-220, et alii [J. Riviere, ^*Theologia**, apud «Revue des sciences religieuses», 16 (1936), pp. 47-57].

1 *Summa theologica,* ed. Quaracchi, 1924 sqq., t. I, n.° 2, ad obiecta, P-5b.

ex principiis ab ipso Deo immediate revelatis et per fidem aut per visionem intuitivam acceptis. Et haec significatio ratiocinationis seu discursus scientific! valde proprie convenit verbo λόγο quando in compositionem venit, ut in Psychologia, Cosmologia et aliis huiusmodi, eandemque retinet in composito θεολογια, prout adhibetur ab Aristotele de theologia naturali[1] et a theologis catholicis de theologia sacra vel supernatural!.

36. β) Adiectivum vero *moralis* a substantivo *mos* derivatur. Undenam autem trahatur verbum latinum nios, incerta res est. Sunt qui illud derivant ex adverbio *mox* vel ex substantivo *mora.* Ita enim scribit Gulielmus Alvemus: «determinabimus tibi quae differentia sit inter habitus et mores, et dicemus quia mores sunt habitus ex quibus sine praemeditatione est frequentia operum, ut ait Avicenna; et exemplum de hoc est in hominibus, qui non solum sine praemeditatione, sed etiam sine meditatione et cordis appositione percurrunt psalmos vel alias narrationes, quibus assueti sunt. Mos igitur dicitur vel ab eo quod *mox,* hoc est, sine mora ex eo est operatio; vel verisimilius a *mora,* hoc est, longitudine assuefactionis. Unde vulgata acceptione pro eodem accipiuntur *mos* et *consuetudo;* unde idem est dicere secundum vulgatam intentionem: *iuxta morem,* quod: *iuxta consuetudinem.* Habitus ergo non statim ut est habitus est et mos, sed per *moram* transit in *morem,* ita ut vere dici possit quia *mos* est *habitus morosus»2.*

37. Sed haec potius videntur esse dicta ex sono vocis quam ex scientia philologica. Melius ergo dicitur quod nomen *mos* a *modo* ducitur vel potius a *moderatione.* Moderatio enim, sicut et morigeratio, est reductio passionum et affectuum ad debitum modum seu mensuram, quasi ad iustum medium, in quo proprie consistit bonitas moralis. Et inde est quod temperantia —de qua veluti antonomastice

1 Aristôteles, *V Metaph.,* cap. i, n.° 7, ed. Didot, II, 535, 9; *X Metaph.,* cap. 7, n.° 6, II, 593, i-

Gulielmus Alvernus, *De Virtutibus,* cap. 1. Opera omnia, Veneriis, 1581, p. 113, coi. 1-2.

dicitur moralitas— idem est ac mensuratio seu moderatio. Quod quidem Augustinus innuere videtur cum ait: «qui enim τρὸποι graece dicuntur, et *modi,* et *mores,* latine interpretari possunt»l. Unde et Quintilianus hanc differentiam ponit inter haec duo nomina: πάθο et ήθο , quod πάθο (passio) est proprie loquendo affectio concitata et vehemens, dum ήθο (mos) potius est affectio moderata, suavis, blanda, humana —non ferina—, amabilis et iucunda. Motus ergo appetitivus immoderatus est passio, moderatus vero est mos2. Et Tullius de Sexto Ausidio dicit quod erat «ita *temperatis moderatisque moribus,* ut summa severitas summa cum humanitate iungatur»3.

38. Et vere, apud latinos, mos dicebatur *modus* agendi vel se habendi cuiuscumque rei, praesertim quando erat connaturalis seu ad modum naturae. Quo in sensu loquuntur clasici de moribus coelorum, de moribus siderum, de moribus marium, hoc est, de modo proprio eis consentaneo sese movendi vel se habendi4. Principaliter tamen significat *connaturalem modum agendi,* qui est quidam modus sese movendi; et sic loquimur de moribus animalium, v. gr., leonum, canum, serpentum. Nihilominus, proprie loquendo, mos contradistinguitur a natura, et ideo importat maxime *frequentem et diuturnum modum agendi ex quo nata est sequi consuetudo similiter et uniformiter operandi,* quae rursus morem agendi praecedentem confirmat. Unde Tullius notat quod consuetudo gignitur exercitatione seu usu repetito similiter agendi5, et quod consuetudo naturae vim obtinet propter vetustatem6. Mos ergo est causa et effectus habitus. At praecipue mos dicitur uniformis modus agendi ex consue-

l *Enarratio in Psalm. LXVII,* n.° 7. ML. 36, 816. Vide *De beata vita,* nis. 32-33. ML. 32, 974-975. [Cf. R. Barcia, *Sinônimos castellanos,* p. 202].

l *Institutiones Oratoriae,* Hb. IV, cap. 2, nis. 8-13, ed. cit., t. II, pp. 438-443.

3 *Epistol. ad Familiares,* lib. XII, epist. 27, ed. cit., t. VII, p. 426.

4 Quorum nonnulla testimonia videri possunt apud Forcellini, *Totius latinitatis Lexicon,* v. *Mos,* ed. De-Vit., Prati, 1868.

4 *De Oratore,* lib. II, cap. 87, ed. cit., t. I, p. 3°ò·

4 *De Inventione Rhetorica,* lib. I, cap. 2, ed. cit., I, p. 3·

tudine vel habitu, qui est modus agendi acquisitus simul et connaturalizatus, quasi secunda natura.

39. Et inde est quod *mos* et *consuetudo* pro eodem summuntur apud latinos. Quod et significationi verbi graeci, ἠθο , ex amussim respondet. Nam *consuetudo,* a *consuescendo* (augmentativo seu intensive verbi *suescere),* derivatur ex graeco ἠθο , ex radice συεθ —unde ἐθ, latine *suetum*— et significat proprie habitum facultatis appetitivae ex longo et diuturno usu operandi acquisitum. Haec est enim differentia inter virtutes intellectuales et virtutes appetitivas seu morales, ut notat Aristoteles, quod intellectuales causantur ex inventione vel ex doctrina, morales vero seu ethicae producuntur ex repetito usu vel exercitio similia et similiter agendi \ Eidemque radici respondet nomen habitus (ἑξι), quod primo dictum est de ordine morali seu appetitivo —ubi quis bene vel male se habet aut se movet—, et postmodum ampliatum fuit ad ordinem intellectualem[1].

Per hunc autem habitum acquisitum moderatas habet homo affectiones et actus suos, ita ut agat quando et sicut vult —nam habitus est quo quis agit cum et sicut voluerit (I-II, q. 50, art. 5)—, cum perfecto dominio propriae activitatis, quod est agere ex voluntate perfecte deliberata, lure igitur S. Ambrosius dixit quod «mores *proprie* dicuntur *humani*»[3]; nam mores brutorum animalium et agentium naturalium nonnisi metaphorice tales appellantur seu aequivoce, ut notat S. Albertus Magnus[4].

40. Quae cum ita sint, merito antiqui classici latini ἠθικήν φιλοσοφίαν verterunt: *moralem philosophiam.* Haec enim, «quia pertinet ad *mores,* quos ἠθο illi vocant, nos eam partem philosophiae de *moribus* appellare solemus, sed decet *augentem linguam* nominare *moralem*» s. Et, post Tul-

[1] *II Ethicarum,* cap. i, nis. 1-3, ed. cit., II, 14, 32-45.

\ idc Tullium Ciceronem, *Epist. ad Atticum,* lib. X, cap. 12, ed. cit., t. VIII, p. 417.

[3] S. Ambrosius, *In Lucam,* prol., n." 8, ed. C. et H. Schenki. Vindobonae, 1902, CSEL, t. XXXII, p. 9, 4.

In VI Ethicarum, tract. 4, cap. 3, n.° 71, dt., t. VII, p. 460 a

Tullius Cicero, *De Fato,* cap. 1, ed. cit., t. III, p. i22

lium, Seneca \ Quintilianus2 et alii. Unde Augustinus, postquam narravit philosophos graecos in tres partes divisisse philosophiam, «cuius una pars appellaretur physica, altera logica, tertia ethica», graecis nominibus, subdit: «quarum *nomina latina iam multorum litteris frequentata* sunt, ut naturalis, rationalis, *moralisque* vocarentur» 3.

41. Quod si consuetudines seu habitus appetitivi non causentur ex actibus nostris naturalibus, sed a Deo supernaturaliter per infusionem, dummodo eorum usus voluntati suiaceat, recte dicuntur morales, non quidem a causa efficienti, sed a causa formali et ab effectu. Et hoc modo virtutes infusae appetitus circa media pleno iure et non per meram analogiam dicuntur morales 4; sicut et Philosophia moralis dicitur a more 5, licet sit habitus intellectualis et non causetur ex mera consuetudine; eo vel magis quod *mos* proprius dicitur de actu sequenti habitum, quam de actu habitum praecedente, utpote magis connatural! agenti et magis uniformiter et constanter exercito. Differenter tamen Philosophiae morali convenit esse *moralis,* nempe ex sola causa materiali circa quam, quia circa mores versatur.

42. Dicendum est ergo quod aliquis habitus potest dici moralis triplici sensu: primo, *efficienter* et *formaliter,* quia ex *more* seu consuetudine vel usu repetito causatur circa materiam et modum *moralem,* ut sunt virtutes morales acquisitae; secundo, *formaliter* tantum, quia circa res morales cum modo morali versatur, licet ex more seu usu repetito non acquiratur, ut virtutes morales infusae; tertio, *mere materialiter,* quia solam materiam moralem considerat, abstrahendo a modo et usu morali quantum est de se, ut scientia

1 *Epistol. Moral.,* libri XIV, epist. i [seu epist. 89 totius seriei], nis. 9-14, ed. cit., t. II, pp. 256-257.

1 *Institutiones Oratoriae,* lib. VI, cap. 2, n.° 8, ed. cit. t. II, p. 438.

' *De Civitate Dei,* lib. XI, cap. 25, ML. 41» 338.

4 S. Thomas, *Qq. Disp. De Virtutibus,* q. 1, a. 10, ad 18. [Cf. *Quodl.* 12,22. ad. 3].

‘ S. THOMAS, *Scriptum super IV Sententiarum,* d. 33, q. a. 2, qla. 3, id. 2.

moralis philosophica et theologica, quae est virtus seu habitus intellectualis circa res morales.

43. Itaque, iuxta vim vocis, Theologia moralis non est scientia de divinis moribus seu de moribus ipsius Dei, eo sensu quo de moribus Dei locuti sunt Auctor Opusculi *De divinis moribus* (inter opera apocrypha S. Thomae, edit. Vives, t. 28, PP· 305-403) et Leonardus Lessius in opere *De perfectionibus moribusque divinis* —nam «mores *proprie* dicuntur *humani*» ut dicit S. Ambrosius paulo supra citatus—, sed *scientia morum humanorum ex divina revelatione procedens.* Et quia «idem sunt actus morales et actus humani» (**I-II** 1, 3 c.), hoc est, actus procedentes ex voluntate deliberata cum cognitione formali finis (ibid., a. 1 et 2) *Theologia moralis, vi nominis,* significat *scientiam actuum humanorum ex divina revelatione procedentem.*

B. Definitio vulgaris

44. Definitio haec sumitur ex usu nominis, *morale,* apud auctores tum profanos tum sacros; — nam usus nominis, *theologia,* patet ex supra dictis.

a) Ergo, *apud philosophos,* philosophia moralis est quae agit «de vita et moribus» hominum \ hoc est, de vita beata et de moribus quibus bene vivitur et ad beatitudinem pervenire possumus, «quoniam omnis summa Philosophiae ad beate vivendum refertur, idque unum expetentes homines se ad hoc studium contulerunt»[2]. «*Morum* autem putabant *studia esse et quasi consuetudinem,* quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant; in quibus erat Philosophia ipsa»[1]2 Unde, cum priores philosophi studiose siderum magnitudines, intervalla cursusque inquirerent et cuncta *coelestia,* «Socrates, primus, Philosophiam *devocavit e coelo,* et in

1 Tullius Cicero, I *Academ.,* cap. 5, ed. dt., t. II, p. 87; ***I*** *De oratore,* cap. 15, t. I, p. 145·

2 ***II*** *De Officiis,* cap. 27, t. II, p. 163.

3 ***I*** *Academ.,* cap. 5, t. II, p. 88.

urbibus collocavit et in domos etiam introduxit, et coegit *de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere»* [1].

Ab Aristotele vocatur Ethica, philosophia rerum humanarum: ἡ περὶ τὰ ἀνθρώπικα φιλοσοφία [2], hoc est, actionum humanarum, cum sit scientia practica[3], non speculativa. Et sic, cum Philosophia divideretur in speculativam et practicam, materiam utriusque ponebant in definitione generali Philosophiae, nempe «rerum divinarum et *humanarum* scientia» [4]. Per hoc ergo verbum «morale», philosophi intelligunt *res humanas,* hoc est, *actiones humanas.* Unde illud: nosce teipsum, γνώσθι σεαυτόν.

45. β) Similiter et apud *auctores sacros.* S. Augustinus, ut maximum ex *Patribus* afferam, Philosophiam speculativam appellat contemplativam, practicam vero *activam,* quae, ut nomine ipso patet, est «ad *agendam* vitam, idest ad *mores* instituendos pertinet»[5]; unde «est *pars moralis,* quam graeco vocabulo dicunt ηθικήν, ubi quaeritur de summo bono, quo referentes omnia quae *agimus* et quod non propter aliud, sed propter seipsum appetentes idque adipiscentes, nihil quo beati simus ulterius requiramus»[6]. Attamen, potius quam in consideranda beata vita, *maxime in actione versatur* [7], hoc est, in *usu* potius quam in fructu seu fruitione [8], quia usus proprie loquendo est *mos,* et ideo appellatur «moralis *propter usum»*[9]. «Uti autem —apud eundem Augustinum— est quod in usum venerit ad id quod amas obtinendum *referre,* si tamen amandum est; nam usus illicitus abusus potius vel abusio nominandus est»[10]; et insuper «uti aliqua

1 Tullius Cicero, *V Tuscullanarum Quaestionum,* cap. 4, ed. cit., t. II, p. 454. Videatur etiam S. Thomas, *In I Metaph.,* lect. 10, n.° 152; *De Spiritualibus Creaturis,* a. 10. ad 8.

2 *Ethica Nicom.,* lib. X, cap. 9, n.° 22, ed. cit., II, 130, 22-23.

3 *I Metaph.,* cap. 1, n.° 4, II, 486, 25-26.

Tullius Cicero, *II De Officis,* cap. 2, ed. cit., t, III, p. 327·

4 *De Civitate Dei,* lib. VIII, cap. 4. ML. 41, 228.

5 *Ibid.,* cap. VIII. ML. 41, 238.

7 *Ibid.,* lib. VIII, cap. 4. ML. 41, 228.

8 *Ibid.,* lib. XI, cap. 25. ML. 41, 339.

9 *Ibid.,* col. 338.

10 *De Doctrina Christiana,* cap. 4, n.° 4. ML. 34s 20.

re non potest nisi animal quod *rationis* est particeps»[1], quia hoc supponit dominium supra id quo quis utitur et libertatem utendi vel non utendi. Est ergo moralis scientia, secundum S. Augustinum, de uti humano relato ad frui seu de actionibus humanis, hoc est, liberis prout ordinantur vel ordinabiles sunt ad summum bonum, quod est ultimus finis totius humanae vitae, nam «usus fructu diiudicandus est»[2].

Neque tamen est vera beatitude aut recta via ad beatitudinem illa quam diversae philosophorum sectae invenire conati sunt, sed illa *quam Deus revelatione, nobis ostendit*[3], quia ipse Deus est via et veritas et vita: «— quaerebas *qua* ires? — ego sum via; quaerebas *quo* ires? — ego sum veritas et vita; — non errabis quando is *ad illum per illum*» [4]. Beatum enim hominem non facit ipse homo, ut philosophi dixerunt sed solus Deus, qui fecit illum; est ergo béatitude «donum Dei»[5]. Unde theologia moralis est, iuxta S. Augustinum, dc moribus humanis supernaturalibus prout in divina revelatione traduntur; «non autem praecipit *Scriptura* nisi *caritatem,* nec culpat nisi cupiditatem, et eo *modo informat mores hominum*»[6].

Et eloquenter concludit: «quid amplius *dc moribus* disputem? Si enim Deus est summum hominis bonum, quod negare non potestis, sequitur profecto quoniam summum appetere est bene vivere, ut nihil sit aliud bene vivere quam toto corde, tota anima, tota mente *Deum diligere:* a quo exsistit ut incorruptus in eo amor atque integer custodiatur, quod est temperantiae; et nullis frangatur incommodis, quod est fortitudinis; nulli alii serviat, quod est iustitiae; vigilet in discernendis rebus, ne fallacia paulatim dolusvc

1 S. Augustinus, *Uber 83 quaettionitm,* q. 30. ML. 40, 19.

2 *De Civitate Dei,* lib. XI, cap. 25. ML. 41, 339.

3 *De Civitate Dei,* lib. II, cap. 7, ML. 41, *52; Sermo 150 de Scripturit,* cup. 8, nis. 9"10» ML. 38, 812-814. *Epist.* 155, cap. r, n.° 2. ML. 33, 667.

4 *Sermo 150 de Scripturit,* cap. 8, n.° 10, ML. 38, 813-814.

5 *Epistola iss,* cap. 1, n." 2. Ml.. 33, 667; *Epistola 186,* cap. 11, n.° 37, ML. 33, 830.

6 *Sermo r*50, cap. 7, n.° 8. ML. 38, 812.

7 *111 De Doctrina,* cap. 10, n.° 15. ML. 34, 7I

subrepat, quod est prudentiae. Haec est hominis una perfectio, quae sola impetrat ut veritatis sinceritate perfruatur; haec nobis Testamento utroque concinnitur; haec nobis hinc atque inde suadetur»1.

46. Et simili modo loquuntur alii Patres, ut Clemens Alexandrinus, Origencs, Chrysostomus, Rasilius et Ambrosius, qui de moribus hominum supernaturalibus in ordine ad supcrnaturalcm bcatitudinem copiose disseruerunt.

Nec mirum, quia in Prologo libri Ecclesiastici dicitur hunc librum scriptum esse pro illis qui volunt «discere quemadmodum oportet *instituere mores»* et *«qui secundum legem Domini* proposuerint *vitam agere»*. Mores ergo in Sacra Scriptura considerantur secundum legem divinam quae est lex supernaturalis ordinans actus humanos ad vitam aeternam scu bcatitudinem supernaturalem.

47. Idcmque sensus verbi, *moralis,* transivit ad magnos *theologos* medii aevi. Nam proportionalitcr ad philosophiam moralem —licet in alio ordine— ponunt theologiam moralem2, cui directe respondent libri morales Sacrae Scripturae ct *sensus moralis* eiusdem 3; nam sensus moralis est ♦secundum quod ea quae *in Christo* sunt facta vel in his quae Christum significant, sunt signa eorum quae *nos agere debemus»*4, ex cis procedendo «ad instructionem *morum»*r', quasi ordinantes veritatem Scripturae *«ad recte operandum»* °.

Vulgari ergo hac acceptione, theologia moralis nihil est aliud quam *Scientia moralitatis christianae, hoc est, vitae humanae agendae ad exemplum vitae ipsius Christi, secundum quem actus nostri reformari debent* scu, ct in idem redit, *Scientia ordinationis totius humanae vitae ad bcatitudinem mpernaturalem ex divina revelatione procedens.*

l *De moribus Ecclesiae Catholicae,* lib. I, cap. 25, n.° 46. ML. 32, 1330-IJJI. Vide *Epistolam ad Volusianum,* epist, 137, cap. 5, n.° 17. ML. 33, 524.

' S. THOMAS, *In Evangelium loannis,* prolog., p. 3, ed. Marietti, Taurini, 1912.

1 S. Thomas, *In Evangelium Matthaei,* cap. II, 11, ed. cit., p. 37 a·
S. Thomas, *Summa theolog.,* I, 1, 10.
S. THOMAS, *Scriptum super I Sentent.,* prolog., a. 5.
S. Thomas, *Quodlib. VII,* a. 15.
S. Thomas, *Quodlib. VII, a.* 15, ad 5.

DEFINITIO REALIS THEOLOGIAE MORALIS

48. Cum theologia moralis sit scientia quaedam ideoqua habitus quidam intellectualis, definitio eius essentialis sumi debet ex ordine ad proprium obiectum ipsius; nam habitus specificantur et, consequenter, definiuntur ex eorum proprio obiecto, ad quod dicunt relationem transcendentalem.

49. Est autem triplex obiectum alicuius potentiae vel habitus, scilicet obiectum pure materiale, obiectum pure formale et obiectum partim materiale et partim formale, quasi mixtum ex materiali et formali.

Obiectum *pure materiale* est *res* obiecta *ut est res,* et appellari etiam solet obiectum *pure terminativum.*

Obiectum *pure formale* est ratio rei obiectae *ut est obiecta,* et vocari etiam consuevit obiectum *pure motivum,* cum sit essentialiter et exclusive medium seu modus quo res attingitur ab habitu per suum actum, et hac de causa dicitur quoque obiectum formale *quo.*

Obiectum denique *partim materiale et partim formale* est *ratio* rei obiectae *ut est res,* atque ideo est *primum quod directe* attingit habitus per actum suum; qua de causa nominari solet obiectum primarium, vel etiam subiectum attributionis, aut denique obiectum formale *quod.* Hoc ergo obiectum dicitur *quasi mixtum* ex materiali et formali —non quod misceatur ex pure materiali et ex pure formali, cum haec immiscibilia sint—, sed quatenus, comparatum ad pure formale, est aliquo modo materiale, simulque est quodammodo formale si comparatur cum pure materiali; et ideo simul est motivum et terminativum, quanvis non ex aequo, sed est terminativum per prius, quia per se primo terminat actum habitus, et nonnisi per posterius est motivum quia per se secundo movet ad attingendum obiectum mere materiale vel secundarium. Quod in propria eius definitione indicatur, qua dicitur *ratio rei obiectae ut res* esl; nam eo ipso quod est

ratio rei obiectae, est *formale;* eo autem ipso quod haec ratio rei obiectae est *ut res est,* et non ut obiecta, est *materiale.*

50. Et huic triplici obiecto habitus vel potentiae similis est quodammodo distinctio obiecti potentiae sensitivae, quod est *sensibile,* in proprium, commune et per accidens; nam sensibile *proprium* est sensibile per se primo, quasi obiectum formale *quo* seu pure motivum; sensibile *commune* est sensibile per se secundo, quasi obiectum formale *quod,* per prius terminativum et per posterius motivum; sensibile *per accidens* est mere terminativum et nullo modo motivum, quia nonnisi per aliud sentiri potest. Unde et S. Thomas obiectum formale potentiae vel habitus appellat obiectum *per se,* dum obiectum pure materiale vocat obiectum *per accidens* K

Ut ergo inveniatur propria et essentialis definitio theologiae moralis, determinari debet hoc triplex obiectum, scilicet pure materiale, formale *quod* et formale *quo.*

A. De obiecto materiali theologiae moralis

51. *Obiectum materiale* theologiae Moralis sunt res circa quas versatur consideratio eius, quae ideo appellantur *materia eius circa quam.* Sicut ergo relate ad virtutes stricte morales distinguimus duplicem materiam circa quam, nempe *proximam,* quae sunt passiones vel operationes regulandae per proprium medium virtutis; et *remotam,* quae sunt obiecta passionum vel operationum 2; —ita etiam relate ad habitum intellectualem theologiae moralis distinguere possumus duplex obiectum materiale, scilicet obiectum materiale *proximum,* directum seu immediatum, quasi materiam proxi-

l *Quaest. Disp. De Caritate,* a 4.—Longius haec exponuntur in tractatu de Fide (II-II, I, 1). Videantur etiam S. Thomas, *De Malo,* 2, 2 ad 5 et 11; Joannes a S. Thoma, *Cursus Philosophicus,* Logica, II P., q. 21, a. 4, ed. Reiser, L I, pp. 670-679. *Cursus Theologicus, In I-II,* disp. 1, a. 3, n.° 20. Cdoniae, 1711, p. 27; Salmanticenses, *De ultimo fine,* disp. 1, dub. 3, § iv» tà. 27-32, ed. Palmé, t. V. pp. 18-21; Lerma, *Summul.,* lib. I, cap. a, n.° 2, fp. 2-3. Compluti, 1663.

l Vide *In IV Ethicorum,* lect. 1, n.° 652.

mam circa quam; — et obiectum materiale *remotum*, mediatum et quasi indirectum, ad instar materiae remotae circa quam. Et quidem materia proxima seu immediata est quasi materia *propria* circa quam versatur consideratio theologiae moralis, dum materia remota est potius quasi materia *appropriata.*

Et quia obiectum remotum dicitur per ordinem ad obiectum proximum, ideo a consideratione obiecti proximi incipiendum est.

α) *De obiecto materiali proximo*

Obiectum *materiale proximum* est subiectum immediatum *formae* quam potentia, habitus vel actus per se attingunt in re obiecta. Et quia *ratio quam* theologia moralis per se considerat est moralitas formalis supematuralis —ut ostendetur postea—, obiectum materiale proximum seu proprium theologiae moralis debet esse subiectum immediatum moralitatis formalis supematuralis.

53. Sed notandum est quod *subiectum* potest esse triplex. Primo, subiectum *inhaesionis tantum et non praedicationis,* nempe subiectum alicuius formae seu realitatis accidentalis, quae tamen de eo demonstrari aut cognosci non potest; secundo, subiectum *praedicationis tantum seu attributionis ei non inhaesionis,* idest substantia omnino simplex et prima, quae est substantia divina, in qua nullum accidens subiectari realiter potest, licet propter eminentiam eius et propter imperfectionem intellectus nostri, distinguamus virtualiter inter Deitatem et attributa eius, et ideo Deus est subiectum attributionis seu praedicationis tantum; tertio, subiectum *inhaesionis et praedicationis simul,* sicut substantia creata cui realiter inhaerent proprietates eius accidentales de ea demonstrabiles \

54. Hic autem loquimur de subiecto tum praedicationis tum inhaesionis et praedicationis simul. Subiectum *praedi-*

S. Thomas, *Scriptum super I Sententiarum,* prol. a. 4, ad 1.

talionis primum et principale totius theologiae moralis est Deus sub ratione Deitatis, quatenus sub hac formali ratione Deus est ultimus finis proprius creaturae intellectualis, veluti proprium obiectum beatitudinis eius supematuralis; et ita Deus ut finalizans seu beatificans supernaturaliter secundum propriam rationem deitatis, est primum et principale subiectum attributionis seu praedicationis totius ordinis moralis creati, hoc est, actuum intellectus et voluntatis quibus est attingibilis formaliter ut Deus, sive ut amplectendus sive ut respuendus.

Cum quo tamen stat quod subiectum *secundarium* praedicationis sit ipsa creatura operans, quia non est ipsa quae principaliter ordinat suos actus ad Deum sub ratione deitatis, sed secundario et sub Deo principaliter ordinante; nam sub consideratione et praedicatione theologiae non cadit secundum rationem propriae naturae vel essentiae, sicut sub consideratione philosophi, sed secundum rationem formalem creaturae Dei E Formalis ergo praedicatio theologica semper habet Deum pro subiecto proprio; quod si ponat ut subiectum creaturam, erit praedicatio materialis tantum et non-

dum explicite et formaliter resoluta in proprium eius subiectum scientiae. Itaque idem est subiectum praedicationis theologiae moralis et dogmaticae seu totius theologiae sacrae.

55. *In quo apparet radicalis differentia Theologiae moralis a morali Philosophia.* Nam subiectum primum et principale praedicationis Ethicae est homo voluntarie seu deliberate agens propter finem ultimum naturalem, qui Deus quidem est, at non sub propria ratione deitatis, sed sub ratione Primae Causae creantis et providentis omni creaturae in ordine naturali.

56. Modo ergo inverso se habent ordo praedicationis formalis theologiae moralis et ordo praedicationis formalis philosophiae moralis; nam in praedicatione theologica, Deus ut Deus est primum subiectum praedicationis formalis, dum homo est secundarium et ultimum, et sic prima veritas

1 Vide S. Thomam, *II Contra Gentiles,* cap. 4.

moralis revelata et prima conclusio moralis demonstrata est quod Deus ut Deus est ultimus finis seu beatitudo nostra obiectiva; — at in praedicatione philosophica ipse homo ut homo, hoc est, ut agens ex voluntate deliberata, est primum et principale subiectum praedicationis formalis ethicae, et bonitas vel malitia vel indiferentia, idest moralitas naturalis primo demonstratur de eo sic agente, — dum Deus, et quidem non sub formali ratione Dei, sed sub materiali ratione Primae Causae, est subiectum ultimum, quia sub hac ratione Primae Causae est attingibilis ut finis cognitione et amore naturali. Et hac de causa Deus ut Deus, hoc est, sua propria deitate beatificans hominem, explicite ponitur in primo tractatu theologiae moralis Summae theologicae; sed in Philosophia morali Aristotelis solum implicite ponitur initio tractatus sub ratione Summi Boni, et nonnisi explicite ponitur in fine, et quidem sub ratione Primae Causae totius universi, et non sub ratione propria Dei\

1 Unus Iacobus Maritain identificavit obiectum formale *quod* seu primum subiectum attributionis Theologiae Moralis et Philosophiae moralis Christianae *(De la Philosophie Chrétienne,* p. 116, Paris, 1933)· De doctrinis moralibus D. Maritain videri potest J. M. Ramîrez, in *Bulletin Thomiste,* 12 (1935), pp. 423-432, et in *Divus Thomas Frib.,* t. 14 (1936)5 PP· 87-122; 181-204.

Distinctionem theologiae moralis a morali philosophia egregie expendit Card. Gonzâlez, O. P., hisce verbis: «para reconocer que la filosofia moral es cosa muy distinta de la moral teolôgica o cristiana, basta tener présente:

i.°, que el *sujeto* propio de la moral filosôfica es el *hombre,* es decir, el individuo humano considerado simplemente como un ser inteligente y libre criado por Dios y destinado a El como a ùltimo fin de toda création; mientras que el *sujeto* propio de la moral teolôgica es el *cristiano,* o sea, el hombre elevado gratuitamente por Dios al orden sobrenatural desde su creaciôn, regenerado y restaurado por Cristo y en Cristo de la caida original, y destinado a un fin cuyos medios y cuya posesiôn superan las fuerzas de la naturaleza humana.

2.0, los *prinetpios* que sirven de base a las investigationes tientificas y deductiones prâcticas en la moral cristiana son *revelados* o derivationes inmediatas de éstos; los *principios* de la moral filosôfica son verdades maturales conocidas con certeza y evidentia por la *razôn pura.*

3.0, los *preceptos,* mâximas y réglas de la moral filosôfica traen su origen y su sanciôn de la ley natural, en la cual radican originalmente; los *preceptos,*

57. Subiectum autem *inhaesionis* et, consequenter, praedicationis immediatae, est multiplex, licet cum ordine ad unum primum.

Subiectum ultimum seu *quod* inhaesionis moralitatis formalis supernaturalis est *persona creata* moraliter et supernaturaliter operans, hoc est, creatura tum intellectualis (angelus) tum rationalis proprie dicta (homo); quia in hoc ordine morali supernatural! homo est sicut angeli Dei *(Matt.,* XXII, 30), utpote destinatus ad eandem beatitudinem supernaturalem cum mediis specifice iisdem. Eiusdem ergo moralitatis supernaturalis specificae susceptivi sunt homo et angelus.

58. *In quo differt Theologia moralis tum a Psychologia lum a Philosophia morali.*

A *Psychologia* quidem, quia subiectum ultimum seu *oyod* Psychologiae est partim magis partim minus amplum quam subiectum theologiae moralis. Magis amplum *deorsum,* quatenus Psychologia considerat uti propriam materiam omne corpus animatum seu mobile motu vitali, et ideo non solum hominem considerat, sed etiam bruta animalia et plantas, licet principaliter consideret hominem; — at moralis Theologia nullo modo considerat ut propriam materiam viventia irrationalia, quae non sunt capacia attingendi ipsum Deum sub ratione Dei. — Minus tamen amplum *sursum,* quatenus Theologia moralis considerat et hominem et angelum veluti propriam materiam; dum Psychologia non considerat angelum, quia non est corpus mobile motu vitali, sed solum hominem.

59.In hoc etiam differt a *Philosophia Morali,* quae hominem tantum considerat uti propriam materiam et nullo modo angelum, quem naturali ratione certo cognoscere non 'liemus. Neque tamen eadem ratione homo cadit sub con-

amas y regias pertenecientes a la moral teolôgica traen su origen y reciben π fuerza y vigor de la ley divina, y principalmente de la promulgada por 'wicrijto». *(Filosofia Elemental,* t. II, lib. 7, cap. preliminar, § III, p. 3^3· Madrid, 1873. Similia, brevius contracta, habet in sua *Philosophia Elemen-ürа,* t II, pp. 207-208. Matriti, 1877.)

-te Bominis·

sideratione theologiae et philosophiae moralis ut subiectum *quod* moralitatis: nam sub philosophia morali cadit ut subiectum *quod* moralitatis naturalis, ideoque ut animal rationale; sed sub theologia morali cadit ut subiectum *quod* moralitatis supernaturalis, quae est propria filiorum Dei, atque ideo consideratur ut est filius Dei, secundum illud: «si filii, et heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, si tamen compatimur, ut et conglorificemur» *(Rom.* VIII, 17).

60. Subiectum intermedium *quo* inhaesionis moralitatis formalis supernaturalis sunt potentiae animae vel angeli elicitivae actuum formaliter supernaturalium; quae quidem sunt potentiae spirituales, scilicet intellectus et voluntas, et insuper appetitus sensitivus concupiscibilis et irascibilis, non autem potentiae sensitivae apprehensivae neque potentiae vegetativae. Ordine tamen quodam, quia primo est voluntas, deinde intellectus practicus et speculativus ac finaliter appetitus sensitivus. Nam voluntatis est formaliter bonum et malum, quae sunt species moralitatis et, per ordinem ad voluntatem, ipse intellectus praesentans ei proprium obiectum, per modum conditionis formalis *sine qua non;* per participationem vero a voluntate et intellectu, ipse appetitus sensitivus, qui potest esse humanus, idest rationalis, per participationem intrinsecam seu formalem, licet analogam. Maxime tamen potentiae spirituales, quae capaces sunt attingendi ipsum Deum sub ratione deitatis; nam appetitus sensitivus solum potest attingere formaliter bonum vel malum creatum, quod habet rationem medii. Unde S. Thomas merito scribit: «nullus motus ponitur in genere moris, nisi habita comparatione ad *voluntatem, quae principium est moralium...·,* et ideo *ibi incipit genus moris ubi primo dominium voluntatis invenitur»*[1].

61. In quo *de novo apparet differentia Theologiae moralis a Psyshologia et a morali Philosophia.*

A Psyshologia quidem, tum *sursum,* quia psychologia considerat tantum ut propriam materiam intellectum et

1 S. THOMAS, *Scriptum super II Sententiarum,* d. 24, q. 3, a. 2.

luntatem humanam et nullo modo angelicam, quam etiam considerat theologia moralis; tum etiam *deorsum,* quia psychologia considerat omnes potentias animae, etiam sensitivas apprehensivas interiores et exteriores, et vegetativas, quas moralis theologia non considerat ut subiectum *quo* mo-ntais supernaturalis; — tum denique ratione ordinis considerandi, quia psychologia considerat eas secundum ordinem quo se habent ad ipsam essentiam animae, a qua fluunt, et sic primo est intellectus, deinde voluntas, postea sensus interni et externi, et consequenter appetitus sensitivus, ac finaliter potentiae vegetativae, — sed theologia moralis eas considerat potius secundum ordinem ad actus attingentes bonum supernaturale, hoc est, finem et media ad finem, et ideo aliter ordinat eas, ut dictum est.

Ab Ethica etiam differt ex hoc capite; quia Ethica primo considerat voluntatem, deinde intellectum practicum et postea appetitum sensitivum, relicto intellectu speculativo, qui tamen consideratur a theologia morali, quia in eo subiectatur fides theologica quae est per se secundo practica.

62. Attamen, forma moralitatis non afficit immediate ipsam potentiam operativam, sed potius actum vitalem psychologicum eius, quia moralitas est forma actus potius quam forma agentis, nisi mediante actu. Ideo ergo quasi subiectum immediatum *quo* moralitatis supernaturalis intrinsecae sunt actus humani in esse psychologico considerati. Et quidem primo et principaliter actus eliciti seu interiores ipsius voluntatis circa ipsum finem et inde circa media, postea actus exteriores seu imperati eius, tum intellectus practici et speculativi, tum appetitus sensitivi.

In quo rursus apparet *nova differentia inter Theologiam moralem et Psychologiam* ex una parte, et inter Theologiam moralem *et Ethicam* ex alia.

Nam *Psychologia* considerat istos actus non materialiter ut subiectum, sed formaliter ut terminum vitalem τοϋ esse vivi, ex quo sumitur immediate specificatio potentiarum et determinatio propriae naturae viventis; moralis vero Theologia considerat eos essentialiter ut subiectum immediatum formae moralitatis.

kirti «S» -

Similiter *Ethica* eos considerat in esse naturali psychologico tantum; sed Theologia moralis sumit veluti propriam materiam formae moralis supernaturalis perfectissimae τὸ esse psychologicum supernaturale horum actuum, licet esse naturale psychologicum possit induere moralitatem quandam extrinsecam supernaturalem, quae potius est virtuahs quam formalis. Ut taceam quod sive Psychologia sive Ethica solum considerant actus humanos, dum Theologia moralis etiam considerat actus angelicos. Constat ergo ex ipso obiecto materiali proximo et proprio differentia radicalis inter Theologiam moralem et Ethicam ac Psychologiam.

63. Denique, ex parte istius materiae proximae seu propriae circa quam, apparet *differentia theologiae Moralis a theologia Dogmatica.* Tota enim materia theologiae sacrae, quae est tota doctrina divinitus revelata, distribuitur in duas portiones principales, scilicet in res *fidei,* hoc est, credendas seu cognoscendas fide divina, — et in res *morum,* hoc est, in res agendas seu operandas a nobis. Et inde usitata locutio: *de fide et moribus, de fide et operibus, de credendis et agendis.* Quae quidem formulae e Scripturis sumuntur, ubi nitida distinctio traditur inter fidem et opera, v. gr.: «estote *factores* verbi et non *auditores* tantum» *(lac.* I, 22); sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et *fides* sine *operibus* mortua est» *(ibid.,* II, 26). Et de Christo lesu, qui erat perfectissimus Doctor et Theologus, dicitur quod «coepit *facere* et *docere» (Act.* I, 1), et non sicut pharisaei qui docebant, vel potius dicebant, e non faciebant *(Mtt.* 23, 3).

64. Et inde ad Patres transierunt tum graecos tum latinos. Ita S. Cyrillus Hierosolymitanus apprime distinguit in Christiana religione pia dogmata et bonas actiones: «ratio divini cultus in his *duobus* constat, piis *dogmatibus* et *actiombus* bonis; neque *doctrina* sine *operibus* bonis accepta Deo, neque *opera* respicit Deus a religiosis *dogmatibus* seiuncta»[1]

Pariter S. Gregorius Nyssenus, exponens verba Christi *(Mtt.* 28, 19-20): euntes ergo docete omnes gentes, bapti-

1 *Catech.* 4» 2, MG. 33, 455·

zantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes servare omnia quaecumque mandavi vobis, scribit: «Christus divisit in *duo* rempublicam Christianorum, in *moralem* partem et in *dogmatum* intelligentiam: εἰ$ τε τὸ ἠθικόν μέρο και ει τήν δογμάτων ἀκρίβειαν; *dogma* salutis in forma baptismi, *vita* nostra salutaris in mandatorum observatione»

Inter latinos vero eminet S. Augustinus, qui et specialem librum edidit *De fide et operibus*2; et alibi conceptis verbis scribit: «quis ignorat in scripturis sanctis, idest, legitimis, propheticis, evangelicis et apostolicis, auctoritate canonica praeditis, *quaedam* sic esse posita *ut tantum scirentur et crederentur,* ut est: quod in principio fecit Deus coelum et terram *(Gen.* I, i) et quod in principio erat Verubm *(Ioan.* I, i), et quaecumque facta divina vel humana *tantummodo cognoscenda* narrantur; — *quaedam* vero sic esse *iussa ut observarentur et fierent,* vel *prohibita ne fierent,* ut est: honora patrem et matrem *(Exod.* XX, 12), et: non maechaberis» *(Mtt.* XV, 4) ? 3.

65. Et similiter ex Patribus ad theologos. Ita S. Thomas dicit quod «veritas, quam Sacra Scriptura tradit, ad *duo* ordinatur, scilicet ad recte *credendum* et ad recte *operandum» 4;* et addit quod sensus Scripturae, quando ordinatur ad recte operandum, est *sensus moralis* (Ibid).

Et quidem antiqui theologi hanc partem sacrae theologiae, quae est «de moribus hominum»5 vel «de actibus humanis»6 appellant «scientiam moralem»7 seu «moralem considerationem» theologicam; vel «tractatum moralium»8; quod equivalenter est nominare «theologiam moralem»9.

Epist. 24, ad Heraclianum haereticum, MG. 46, 1089 a.

ML. 40, 197-230.

Speculum, praefat. ML. 34, 887-889.

‹ *Quodlib. VII,* a. 15. [Cf. ***I Sent,*** d. 33, 5 arg. 1, sed contra; *Quodl.* 4. IO.]

Summa theol., I i, 3 obi. 2; 7 obi. 2.

Ibid., a. 4, Sed contra, et corp. art.

1 *Ibid.,* obi. 2 et Sed contra. [Cf. **I-II,** 18, 3, obi. 2, et resp.].

I 83, 2 ad 3.

MI 6, prolog.

66. Frequentius tamen eam vocant scientiam seu theologiam *practicam,* quia est de agibilibus ab homine \ per contrapositionem ad aliam partem, quae est de Deo secundum se et de creaturis in quantum sunt opus Dei[1].

Nonnunquam tamen S. Thomas credenda nominat explicite *dogmata fidei,* agenda vero doctrinam *morum;* quod est fere, aequivalenter tamen, doctrinam Christianam distinguere in dogmaticam et moralem. Ita enim scribit: «quicumque docet, aut docet *res,* aut docet *verba.* Quando praedicamus *fidem* et *mores,* docemus *res;* quando exponimus Scripturam, docemus *verba*... Rerum autem cognitio necessaria est ad *duo,* scilicet ad *cognitionem* Veritatis [divinae] et ad usum operationis» [3].

Et alio in loco: «tria ergo annuntiare debemus de divinis, scilicet opera iustitiae, *dogmata Veritatis* et beneficia divinae misericordiae» [4].

Haec tamen denominatio theologiae *dogmaticae* et *moralis* non fuit explicite proposita nisi a theologis saeculi XVI vertentis, ut supra ostensum est (pp. 11-13, n. 15).

Ergo propria materia theologiae moralis sunt actus humani seu morales tantum et reductive actus angelorum viatorum; cetera vero, quae in sacra theologia considerantur, ut Deus ipse et creaturae Dei ut sunt effectus *exclusivi* Dei, pertinent ad theologiam speculativam seu dogmaticam.

67. Itaque, materia seu obiectum materiale proximum theologiae Moralis sunt actus humani et maxime actus humani supematurales quoad substantiam, qui sunt actus procedentes ex voluntate deliberata hominis elevata et mota per gratiam Dei actualem vel habitualem, proportione servata ad materiam propriam philosophiae moralis, quae «non est *circa operationes* bovis vel asini, sed *hominis,* non in quantum animal, sed *in quantum homo»,* seu: *«eligibile»,* quod est circa operationes humanas, egrediens *a voluntate deliberata,* est sub-

[1] I I, 3 obi. 2; 4 Sed contra et corp.; 7 obi. 2.

[3] *In Psalm.* 48, n.° 2, ed. Vives, t. 18, p. 527.

In Psalm. 39, n.° 5, p. 477· [Cf. *In I Decretalem,* c. i; *De Verit.,* 12, 2.1

iectum huius scientiae, de quo determinatur in qualibet parte eius, et hic dicitur *mos humanus»* h Alibi etiam dicit quod philosophia moralis est «circa agibilia humana» 2. «Dico autem operationes humanas, quae procedunt a voluntate hominis secundum ordinem rationis; nam, si quae operationes in homine inveniuntur, quae non subiacent voluntati et rationi, non dicuntur proprie humanae, sed naturales [seu hominis — non humanae, I-II, i, i c.], sicut patet de operationibus animae vegetativae, quae nullo modo cadunt sub consideratione moralis philosophiae»3. «Moralis igitur consideratio... est humanorum actuum», sicut propriae materiae vel obiecti materialis proximi4, seu «scientia moralis est de actibus voluntariis..., quos voluntas non ex necessitate producit», sed libere5, hoc est, de actibus humanis liberis; «est ergo scientia *activa* [= agibilium] ex qua instruimur ad recte exercendum operationes, quae *actiones* dicuntur, sicut est scientia *moraIώ*6.

β) *De obiecto materiali remoto*

68. Obiectum *materiale remotum* Theologiae moralis est omne id quod sive per modum finis seu obiecti sive per modum agentis, hoc est, sive quoad specificationem sive quoad exercitium, influere potest in actum humanum seu voluntatis deliberatae. Quia ergo voluntas est facultas spiritualis seu inorganica, virtus eius extenditur ad omne ens secundum quod aliquo modo potest habere rationem boni vel mali ab intellectu practico apprehensi; et sic omne ens,

1 S. Thomas studens, in redactione scholari expositionis S. Alberti Magni super Ethicam Aristotelis, apud A. Pelzer: *Le cours inédit d'Albert h Grand sur la Morale à Nicomaque,* recueilli *et rédigé par Saint Thomas. Reçue Nioscolastique de Philosophie,* 24 (1922), pp. 481 et 493.

1 *In Boetium De Trinitate,* q. 6, a. I, qla. i, ad 4.
S. Thomas, *In I Ethic.,* lect. 1, n.° 3.
I-II, 6, prol.
In I Ethic., lect. 3, n.° 35.
In XI Metaph., lect. 7, n.° 2253.

tam corporale quam spirituale, tam naturale quam supernaturale, cadere potest sub actu voluntatis, et consequenter sub consideratione Theologiae moralis. Imo et ipsum ens rationis in quantum cadit sub actu reflexo intellectus speculativi qui, quoad exercitium, cadit sub dominio voluntatis, eo ipso cadit sub consideratione Theologiae moralis. Unde et theologus moralis agit de studiositate et de curiositate, quae versari possunt circa omne ens, etiam rationis [1].

69. Et quidem, non solum secundum rationem quandam indirectam et remotam, sed etiam secundum rationem proximam et directam. Caritas enim, cuius actus maxime cadit sub consideratione theologiae moralis, immediate et directe ferri potest in omne bonum, ad illud amandum propter Deum amore amicitiae vel, saltem, amore concupiscentiae; et consequenter, in omne malum odio habendum odio abominationis vel inimicitiae[2]. Similiter cupiditas caritati opposita abuti potest omni ente ad offendendum Deum, secundum illud: «nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra» [3], quia luxuriosus in omnibus invenit saporem; et sic videmus quod homines depravati abutuntur omnibus ad peccandum, scilicet die ac nocte, calore et frigore, aestate et hieme, coelo et terra, divinis et humanis rebus, prosperitate et miseria, divitiis et paupertate. Unde S. Thomas [4] merito scribit: «nihil est quo humana malitia non possit abuti, quando etiam ipsa bonitate Dei abutitur, secundum illud *(Rom.* II, 4): an divitias bonitatis eius contemnis?»[4].

70. Sub hoc ergo respectu, etiam potentiae mere sensitivae, imo vegetativae, cadunt sub consideratione Theologiae moralis, prout earum actus et obiecta aliqualiter possunt influere, saltem per viam obiecti, in actum voluntatis. Unde et theologus considerare debet qualitates ciborum et potuum eorumque influxum in vitam vegetativam hominis, quae

[1] II-II, qq. 166-167.
[2] II-II, 25.
[3] *Sap.,* II, 8.
[4] III, 3, 8 ad i.

redundantiam quandam habere potest in vitam sensitivam, et consequenter, in vitam rationalem.

71. Pariter, sub consideratione Theologiae moralis cadit et angelus et diabolus, prout fovet ad serviendum Deo aut tentât ad peccadum. Deus etiam cadit sub consideratione eius secundum quod movere potest voluntatem quoad specificationem et exercitium actus per gratiam et inspirationen suam.

72. Itaque ex parte obiecti materialis remoti eadem est materia theologiae Moralis et theologiae Dogmaticae, scilicet omne omnino ens; at *differt Theologia moralis a morali Philosophia etiam in hoc sensu,* quia supernaturalia non cadunt sub Philosophia morali sicut nec sub ratione et voluntate naturali, at naturalia cadunt etiam sub Theologia morali. Est ergo theologia Moralis immensae amplitudinis obiectivae, magis quam ipsa Metaphysica vel Logica, quae tamen dicuntur et sunt scientiae *communes,* sed intra ordinem naturalem tantum; nam *usus* earum in ordine supernatural! pertinet proprie ad sacram Theologiam.

B. *De obiecto formali «quod» theologiae moralis*

73. Obiectum *formale quod* theologiae moralis est *ratio formalis quam* directe considerat in suo obiecto mere materiali; est enim universaliter obiectum formale *quod* scientiae ratio rei objectae *ut res est,* et *quam* primo et directe scientia considerat in obiecto pure materiali. Hoc autem est moralitas formalis supernaturalis, hoc est, divina seu stricte theologica; vel etiam Deus ut, sub propria ratione deitatis [1] est proprium obiectum et finis actuum humanorum supernaturalium, nempe primum et proprium principium formale totius ordinis moralis supernaturalis.

74. Nam Theologia moralis, *ut moralis,* habet pro obiecto formali *quod* moralitatem; ut *theologia,* habet Deum sub

[1] *Divinitas* significatur in Deo ut habens se ad Deum per modum causae *formalis» (De Verit.,* 23, 1 ad 3).

ratione deitatis ut rationem formalem *quam* considerat primo et per se in obiecto materiali. Et quia supernaturale intrinsecum seu formale dicitur essentialiter per ordinem ad ipsam deitatem ut deitas est, merito dictum est quod obiectum formale *quod* Theologiae moralis est moralitas supernatural intrinseca seu formalis, quae est moralitas ordinis essentialiter divini et solum cognoscibilis per revelationem. Idem ergo sunt moralitas supematuralis, moralitas divina et moralitas theologica.

75. Sed haec indigent uberiore explicatione, ne appareant ut pura circumloquutio eiusdem quod explicandum erat.

Ergo moralitas est ordo seu relatio vel proportio conformitatis aut difformitatis, commensurationis aut incommensurationis, coadaptationis aut inadaptationis actus humani cum beatitudine, quae est proprius et ultimus finis totius humanae vitae; nam «bonum et malum [seu bonitas et malitia, quae sunt propriae species seu modi essentiales moralitatis] dicuntur per comparationen ad finem» proprium hominis agentis, qui est beatitudo \ Sane, beatitudo seu finis ultimus totius humanae vitae habet rationem essentialem boni, hoc est, boni per essentiam seu optimi; actus vero humani solum habent rationem boni per participationem 1, cum essentialiter habeant rationem medii ad talem finem. Ideo igitur tota bonitas vel malitia eorum consistit in ordine seu relatione vel proportione conformitatis aut difformitatis, commensurationis aut incommensurationis, coadaptationis vel inadaptationis ad ultimum finem totius humanae vitae, qui est beatitudo.

76. Quod si haec beatitudo sit naturalis, nempe Deus ut est auctor et finis naturae, ordo iste constituit moralitatem naturalem seu philosophicam; sin auten beatitudo haec sit supematuralis, id est Deus ut Deus est seu ut est auctor et finis gratiae, talis ordo constituit formaliter moralitatem supematuralem seu theologicam. Unde S. Thomas conceptis verbis ait quod bonum in actibus humanis consistit in quo-

l *De Potentia,* 3, 6 ad 12.
« **I-II,** 18, i.

dam *ordine* et malum in quadam *deordinatione* \ et universi-taliter asserit quod «*ordo* actionum voluntariarum [hoc est, humanarum] pertinet [formaliter] ad considerationem mora-lis philosophiae», et consequenter, moralis theologiae; ordo quidem, «ad invicem», sed maxime «ordo ad finem» ultimum totius humanae vitae2, ita quod «subiectum moralis Philo-sophiae est operatio humana *ordinata* in finem» ultimum naturalem; et similiter subiectum Theologiae moralis est operatio humanae *ordinata* in ultimum finem supernatura-lem, qui est aeterna beatitudo 3.

77. At haec moralitas, sicut et voluntarietas actus hu-mani, non stat in aliquo indivisibili, sed latitudinem magnam habet, et dicitur de diversis actibus diversimode, hoc est, secundum prius et posterius seu analogice; nam bonitas et malitia, sicut veritas et falsitas, et entitas et nihilum, analo-gica sunt. Primo ergo et principaliter moralitas et volunta-rietas dicuntur de actibus formaliter seu intrinsece voluntariis, qui scilicet voluntarii sunt et quoad exercitium et quoad specificationem, quibus ideo convenit moralitas formalis seu intrinseca, et isti sunt actus interiores seu eliciti voluntatis, maxime actus voluntatis circa ipsum finem directe; secunda-rio vero et per participationem dicuntur de actibus volunta-riis quoad exercitium tantum et non quoad specificationem, ut sunt actus imperati a voluntate et eliciti ab aliis potentiis, quibus convenit voluntarietas et moralitas virtualis tantum. Inter quos tamen est differentia; nam quaedam potentiae, ut ratio et appetitus sensitivus, imperantur *politice* seu libere, et ideo actus earum participant moralitatem virtualiter in-trinsece; aliae vero, ut sensus externi et membra corporis, imperantur *despotice,* atque ideo earum actus solum partici-pant moralitatem virtualiter extrincese seu mere denomina-tive 4.

IMI, 125, i.

2 *In I Ethicor.,* lect. 1, n.° 2.

Ibid., n.° 3.

MI 20, 3 c. et ad 3; 74> 2 ad 3·

78. Est ergo haec forma moralitatis analoga analogia attributionis, intrinseca quidem quantum ad supremum analogarum, cuius est constitutiva in esse suo formali; sed, quantum ad cetera analogata inferiora, quandoque intrinseca, quandoque mere extrinseca et denominativa.

Simpliciter igitur et absolute et formaliter loquendo, moralitas est ordo supremi analogati, hoc est, actus interioris eliciti ipsius voluntatis circa finem totius humanae vitae; huic enim actui convenit ordo seu commensuratio directa et prima ad beatitudinem seu ultimum finem, per modum cuiusdam adaequationis, sicut iudicio primo seu immediato convenit formaliter et primo veritas, quia ei primo et maxime convenit adaequatio rei et intellectus.

79. Et quidem in ordine naturali vel philosophico haec ordinatio seu proportio actus humani cum fine ultimo dicitur *honestas.* xActus ergo maxime commensuratus fini ultimo, sicut est dilectio efficax Dei super omnia ut est auctor naturae, est actus maxime honestus; et ideo *honestatem* eius seu *moralitatem* primo et per se considerat Philosophia moralis, quasi *explicitam* reddens honestatem appetitus naturalis beatitudinis.

80. Sed actus mere honestus non est proportionatus fini ultimo supematurali; atque ideo neque ex se efficaciter ordinatus.

Ideo ergo moralitas intrinsece supematuralis est quae constituit formaliter actum humanum proportionatum seu commensurarum beatitudini supematurali, quae quidem proportio est *ratio actus salutaris,* hoc est, ducens ad salutem aeternam, quae est aeterna beatitudo.

81. Actus tamen salutaris non stat in indivisibili, sed magis et minus suscipit. Nam alius est actus intrinsece quidem supematuralis, et imperfecte salutaris, utpote informis, et consequenter non condignus gloriae adipiscendae, ut est actus fidei et spei in peccatore, qui tantum potest de *congruo* appellare salutem primam (gratiam) et secundam (gloriam), et ideo vocari solet actus *mere salutaris,*[1] — alius vero est actus perfecte salutaris et *condignus* beatitudinis adipiscendae, qui vocatur *actus meritorius* de condigno vitae aeternae. Ratio

ergo actus meritori est forma propria et prima moralitatis intrinsece supematuralis.

82. Iam vero meritum convenit primo et per se actibus elicitis caritatis, secundario vero et per participationem intrinsecam actibus aliarum virtutum supematuralium secundum quod imperantur et formantur a caritate; et inter actus elicitos a caritate, maxime convenit ratio meriti actibus eius circa principale obiectum, quod est Deus ipse sub ratione propria deitatis, secundum quam est nostra beatitudo supernaturalis obiectiva et, postmodum actibus circa obiecta secundaria, quae sumus nos et proximus. Moralitas ergo supernaturalis seu divina, quam per se primo considerat Theologia moralis, est moralitas actus eliciti caritatis circa ipsum Deum, quia hic actus est formaliter et maxime ordinatus, proportionatus, commensuratus seu adaequatus ipsi Deo ut Deus est[1].

83. Et vere ipsa deitas includitur formaliter in ipso actu elicito caritatis erga Deum, tum quia est proprium et formale eius obiectum, utpote virtus formaliter theologica; tum quia caritas est essentialiter amicitia cum ipso Deo, atque ideo formaliter communicat cum propria vita Dei et omnia omnino ad Deum refert ut ad proprium finem *cuius gratia* et *cui,* hoc est, sicut ad proprium et principale subiectum, sub quo, secundario, ponitur ipse diligens caritative. Et hac de causa caritati convenit ordinare totam humanam activitatem ad vitam aeternam, sicut supremo duci et reginae totius vitae supematuralis, quia proprius actus eius est principium primum immanens totius ordinationis supematuralis in Deum[2]. Unde et caritas est forma et vita omnium virtutum et actuum earum, quia eos efficaciter commensurat et introducit in vitam aeternam; et hic modus seu formatio caritatis est ultima forma et perfectio moralis ceterorum actuum honestorum et mere salutarium. Propter quod haec formatio seu ordinatio ceterarum virtutum a caritate constituit eas formaliter in genere moris stricte theologici[3], quia

1 [Cf. *De rationibus fidei,* c. 5.]
1 I-II, 114, 4; II-II, 26, i.
5 *De Veritate,* 14, 6 ad 1.

theologus formaliter considerat virtutes et actus earum ut sunt *meritorii* vitae aeternae, utpote media adaequata et proportionata fini E

Et ideo S. Augustinus profundissime scribit: «hic [in praecepto caritatis] Ethica [continetur], quoniam vita bona et honesta non aliunde formatur quam cum ea quae diligenda sunt, quemadmodum diligenda sunt, diliguntur, hoc est, Deus et proximus»[1]. Quibus ex amussim respondent haec verba S. Thomae: «*caritas* autem, qua nos Deum diligimus, dicitur *in cordibus nostris diffusa,* idest *quia ad omnes mores et actus animae perficiendos se extendit;* nam, ut dicitur I Cor. 13, 4-7, caritas patiens est, benigna est, et cetera»[3]. Ac Benedictus XV ait quod omnis vis Christianae vitae in caritate consistit, utpote Christianae vitae ratio ac forma [4].

84. Dicendum est ergo quod *actus elicitus caritatis circa ipsum Deum,* qui est primus et principalis actus eius, *est proprium et primum subiecttnn moralitatis intrinsecae supematuralis,* cui primo et per se convenit moralitas formalis supernaturalis. In quo sensu convenit Theologiae morali id quod Durandus dicebat de theologia ut sic, quam putabat mere practicam seu affectivam vel moralem, scilicet quod proprium subiectum eius est «actus meritorius vel actus [perfecte] salutaris seu ordinabilis ad beatitudinem» supematuralem [°]. Vere ergo dictum est quod obiectum formale *quod* theologiae moralis est moralitas supernaturalis formalis seu caritativa; vel etiam ipsa deitas prout est formaliter attingibilis operatione morali meritoria; aut etiam Deus sub ratione deitatis prout formaliter cadit sub actu caritatis ut beatitudo supernaturalis obiectiva.

85. Ex quo apparet *idem* esse *obiectum formale «quod» theologiae Moralis et theologiae Asceticae et theologiae Mysticae,* quia idem specie est actus moralis seu salutaris, hoc est, actus caritatis erga Deum, quem primo considerat theologia Moralis et Ascetica et Mystica; et solum differunt modaliter seu accidentaliter, quatenus a theologia Morali simpliciter dicta consideratur hic actus caritatis in toto suo processu, nempe ut incipiens, ut proficiens et ut perfecta, licet specialiter soleat casuistica insistere in caritate incipiente utpote tractans de licito et illicito, idest de compatibili vel incompatibili cum caritate incipiente; — Ascetica vero specialiter considerat caritatem proficientem, et Mystica caritatem perfectam;—non tamen exclusive. Unde et ipse S. Doctor scribit: «activi a contemplativis distinguuntur, quanvis et contemplativi *aliquid* agunt et activi *aliquid* contemplantur *aliquando»* E

Errant ergo qui inter theologiam Moralem et Asceticam et Mysticam *ut scientias* statuere conantur differentiam essentialem ex parte obiecti primarii, sicut erraret qui specifice distinguiret Psychologiam pueritiae, adolescentiae et virilitatis eiusdem hominis.

C. *De obiecto formali «quo» theologiae moralis*

86. Obiectum formale *quo* theologiae moralis est *ratio* rei obiectae considerationi eius *ut obiecta* est, et appellatur principium cognoscendi vel etiam medium aut modus attingendi theologiae propriam materiam moralem et moralitatem supematuralem. Haec autem ratio est revelatio divina obiectiva mediata seu virtualis, hoc est, medium deducendi con-

1 *De Verit.,* 14, 6 ad 5; a. 5, in fine corp.

Epistola 137 ad Volusianum, cap. 5, n.° 17. ML. 33, 524.

3 *In Epist. ad Rom.,* 5, 5, lect. 1, ed. Marietti, p. 68 b.

4 Encyclica *Pacem,* die 23 maii 1920. A. A. S., 1920, p. 210.

Durandus, *In I Sent.,* prol., q. 5, Lugduni, 1533, fol. 6, coi. 4 et fol. 7, coi. i. Qua etiam ratione Godefridus de Fontibus (f c. 1306), ad questionem «utrum ponens *Deum dilectum* esse subiectum Theologiae in hoc dicatur ponere illam dilectionem esse subiectum·, respondet: «si dicatur Deus sic esse subiectum in Theologia, *ista erit scientia practica et quasi moralis,* non speculativa·. *(Quodlib. XI,* q. 1, ed. J. Hoffmans, *Les Philosophes Belges,* t. V, p. 2 circa finem, Louvain, 1932.)

Quam quidem positionem licet ipse non teneat, docet tamen recte quod *'moralta* considerantur a theologo in quantum per ea potest quis contemplationem beatam *per modum meriti·, (Quodlib. XIII*

1 S. THOMAS, *Scriptum super IV Sententiarum,* d. 21 1, a 2. qla. 2 c.

clusiones implicitas in explicite revelatis per veram demonstrationem seu discursum secundum causalitatem. Haec enim cognitio per studium habetur seu adquiritur ex principiis immediate revelatis, adhibito instrumentaliter lumine rationis naturalis 1. Nam, ut profunde ait Caietanus, «deitati respondet una tantum ratio adaequata obiecti ut obiectum est, et haec est *lumen divinum*»2, quia deitas nonnisi a Deo naturaliter cognosci potest.

87. Propter quod S. Thomas ait quod virtutes meritoriae possunt dupliciter considerari: uno modo, ut sunt a nobis *cognoscibiles,* et sic earum *forma* est fides theologica, quia nonnisi per fidem sunt nobis in hac vita cognoscibiles, — et si loquamur de cognitione *scientifica,* earum forma est Theologia sacra, quae est Theologia moralis; alio modo, ut, *operativae meritorum,* et tunc earum forma est *caritas* 3. Sunt ergo fides et Theologia moralis forma totius materiae moralis per modum luminis seu in esse cognoscibili consideratae.

88. Alibi etiam docet quod Theologia moralis pertinet ad rationem *superiorem* secundum quod inhaeret rationibus divinis *consulendis,* quae sunt regula temporalium per nos disponendorum et agendorum; dum, e contra, moralis Philosophia pertinet ad rationem *inferiorem,* prout inhaeret temporalibus seu creatis rationibus quibus agenda regulat. Quae quidem, licet quandoque versentur circa eandem materiam regulandam, medio tamen diverso fit, nempe medio *divino* vel medio *humano.* Distinguuntur siquidem maxime istae rationes «secundum *media* unde ratiocinatio sumitur. Ratio enim inferior consiliatur ad electionem tendens *ex rationibus rerum temporalium,* ut quod aliquid est superfluum vel diminutum, utile vel honestum, et sic de aliis conditionibus, quas *moralis philosophus* pertractat; superior vero consilium sumit *ex rationibus aeternis vel divinis,* ut quia est contra

Summa theol., I, 1, 6 ad 3.
In I, i, 3, n.° 9.

3 *De Cantate,* 3 ad 11. Cf. J. M. Ramirez, *De spei christianae fideique divinae mutua dependentia,* pp. 68-71. Friburgi Helvetiorum, 1940.

praeceptum Dei vel eius offensionem parit vel aliquid huiusmodi» \ quas considerat *theologus moralis.*

Et si quidem deliberatio rationis sumitur ex aliquibus rationibus temporalibus, puta quod aliquid sit utile vel inutile, decens vel indecens *secundum opinionem hominum,* dicetur esse peccatum in ratione *inferiori;* si vero deliberatio fiat per *rationes aeternas,* puta quia est concordans vel discordans a *praecepto divino,* dicetur esse peccatum in ratione *superiori*^. Haec enim distinguuntur secundum medium regulandi, scilicet ex ratione divina, quae nobis innotescit per revelationem, et ex ratione humana 3.

Exempli gratia, «synderesis hanc proponit: omne malum est vitandum; ratio superior hanc assumit: adulterium est malum, *quia lege Dei prohibitum;* ratio inferior assumeret illam, quia est ei [rationi] malum, quia iniustum sive inhonestum» 4.

89. ExpEcans autem rationem peccati seu mali moralis scribit: «ad rationem peccati duo concurrunt, scilicet actus et ipse defectus, ex quo ratio mali incidit. Defectus autem ille qui causât rationem mali in peccato, ut dictum est, est *defectus rectitudinis* in actu per quem *dirigebatur in finem.* Finis autem rationalis naturae *ultimus,* quem *praecipue theologis* considerat, est ipsa beatitudo aeterna, ad quem finem *lex divina* nos dirigit sicut instruens et iustitia sicut in illum inclinans»5. Et hoc ideo, quia «a *theologis* consideratur peccatum *praecipue* secundum quod est offensa *contra Deum;* a *philosopho* autem *morali* secundum quod *contrariatur rationi;* et ideo Augustinus [utpote theologus] convenientius definit peccatum ex hoc quod est *contra legem aeternam* [quae est ratio Dei], quam ex hoc quod est *contra rationem* [humanam], — praecipue cum per legem *aeternam* regulemur *in multis* quae *excedunt* rationem humanam, sicut *in his quae*

1 S. Thomas, *Scriptum super II Sententiarum,* d. 24, 2, 2.
1 *De Malo, η,* 5.
' *Ibid.,* ad ii.
' *II Sentent.,* d. 24, 2. 4. Vide *De Vent.,* i6, 1 ad 9.
* *II Sent.,* d. 35, a. 2.

Hominis*

stint fidei» 1, hoc est, in *supernaturalibus,* quae sunt *propria materia* rationis superioris et legis aeternae et consequenter Theologiae moralis: dum e contra naturalia vel temporalia, quae sunt materia propria rationis inferioris et Philosophiae moralis, sunt solum materia indirecta et appropriata seu *per accidens* rationis superioris et Theologiae moralis. Unde idem S. Doctor ait: «ratio superior habet actum circa aliquam materiam directe [et per sej, scilicet circa rationes *aeternas,* et circa aliquam materiam indirecte [et per accidens], scilicet circa rationes *temporales,* de quibus *indicat secundum rationes aeternas»*

90. Constat ergo quod proprium obiectum formale *quo* theologiae moralis est divina revelatio mediata seu virtualis, hoc est, idem omnino ac obiectum formale *quo* Theologiae Dogmaticae et Theologiae Asceticae et Mysticae prout sunt *scientiae,* id est vera *Theologia.* Unde Theologia viatorum est *una scientia specie atoma;* sed toto genere differt a Philosophia, eademque proportione differt Theologia moralis a Philosophia morali 3.

91. Attamen, ex parte istius obiecti formalis *«quo» differt essentialiter Theologia moralis a synderesi, sapientia et prudentia infusis.* Nam synderesis supernaturalis, quae est ipsa fides theologica quatenus practica, et similiter donum sapientiae et prudentia infusa, iudicant de moralitate supernatural! actuum humanorum ex lumine divino *immediato* et quidem per modum *inclinationis seu instinctus;* dum e contra Theologia moralis iudicat de eadem materia ex lumine divino *mediato* seu *virtuali* et quidem per modum *cognitionis* speculativae

1 *Summa theol.,* I-II, 71, 6 ad 5.

2 *De Verit.,* 15, 5.

3 I i, i ad 3. Differentiam inter Philosophiam Moralem et Theologiam item Moralem perspicue ostendit Robertus Kilwardby, O. P. (f 1279), hisce verbis: «differt etiam ab Ethica [Theologia] quia illa agit de moribus *consuetudine acquisitis* et virtutibus; haec de illis quae *a solo Deo dantur:* illa ad pacem *terrenae* civitatis omnia ordinat in hac vita; haec ad *coelestem* in futura: illa *exteriores* mores componit et ordinat; haec *interiores:* illa secundum *hominum* doctrinam; haec secundum *divinam* (De natura Theologiae,* 6, pp. 48, 20-26, ed. F. Stegmüller, Münster i. West., 1935).

quoad modum cognoscendi *; unde et illae non sunt discursive, dum Theologia moralis est essentialiter discursiva.

92. Itaque, ex omnibus hucusque dictis, *definitio essentialis Theologiae Moralis* potest hoc modo formulari: *scientia ordinis actuum humanorum in beatitudinem supernaturalem ex revelatione virtuali procedens.*

93. In qua quidem formula exprimitur genus proximum et differentia ultima Theologiae Moralis.

Genus proximum indicatur cum dicitur *scientia,* quae est habitus discursivus seu conclusionum, non principiorum; in quo differt a fide et a dono sapientiae et scientiae et consilii et a prudentia infusa, quae non sunt habitus discursivi. Et est scientia *simpliciter practica,* hoc est, quoad obiectum et finem, licet sit speculativa *secundum quid.* Quod optime expressit Capreolus his verbis: «scientia moralis est speculativa quoad modum, sed quoad finem est practica: procedit enim modo speculativo definiendo, dividendo, universalia praedicata considerando, — sed finis eius est non solum ut sciamus, sed ut boni efficiamur, et ideo est simpliciter practica» 2.

94. *Ultima vero differentia* indicatur ex propio obiecto eius; *materiali* quidem, cum dicitur: *Actuum humanorum,* nam actus humani sunt propria materia moralis considerationis;—*formali quod,* cum additur: *ordinis* actuum humanorum *in beatitudinem supernaturalem,* ubi indicatur *moralitas divina vel supernaturalis,* quia *moralitas* est *ordo* actus humani in finem ultimum totius humanae vitae, et moralitas *supernaiuralis* est ordo eius in finem ultimum supernaturalem, qui est beatitudo aeterna obiectiva ut connotât formalem, nempe est Deus ipse sub ratione deitatis ut connotât primum principium moralitatis supernaturalis; — denique, formali *quo,* cum subiungitur: *ex divina revelatione virtuali procedens,* ubi indicatur *modus seu medium cognitionis* eius, quod est propria forma obiecti ipsius in esse obiecti seu scibilis theologici.

1 Capreolus, *Defensiones... in I Sent.,* d. 35, q- 2, a. 2, ad 1 tertiae seriei obiectionum Aureoli contra primam conclusionem, ed. Paban-Pègues, Turonibus, 1900, t. I, pp. 402-403.

95. Sicut ergo Theologia Dogmatica inhaeret rationibus divinis supernaturalibus *conspiciendis* ad credendum et sciendum, ita Theologia Aloralis inhaeret eisdem rationibus *consulendis* ad amandum Deum et agendum secundum ipsum. Propter quod, sicut Theologia Dogmatica appellatur *scientia fidei,* hoc est, credendorum, ita Theologia Moralis vocari potest *scientia caritatis,* hoc est, agendorum, quorum forma moralis seu meritoria est caritas. Unde Augustinus profunde scribit: «non autem praecipit Scriptura nisi *caritatem,* nec culpat nisi cupiditatem, et *eo modo informat mores hominum»* [1]. Et S. Thomas: «theologus [moralis]—inquit—considerat actus humanos secundum quod sunt *meritorii vel demeritorii»* de condigno vitae aeternae, hoc est merito supernatural!, quod per se primo correspondent **caritati**— seu *coram Deo,* quatenus Deus est ultimus finis *stipernaturalis* hominis s.

lure igitur Leo XIII docet: «lesu Christi regnum *a divina caritate vim et formam sternit; diligere sancte atque ordine, eius est fundamentum et summa» 4.*

96. *Hanc notionem realem et essentialem theologiae Moralis S. Thomas docuit pluribus formulis,* quarum praecipuas indicare iuvat.

Prima formula est quod Theologia Moralis est scientia practica «de actibus humanis, de quibus agit secundum quod per eos *ordinatur* homo ad perfectam Dei cognitionem, in qua aeterna beatitudo consistit»5; «theologus [moralis] considerat actus humanos secundum quod per eos homo ad beatitudinem [supematuralem] *ordinatur»*6. Hoc autem idem est ac dicere quod Theologia Moralis est scientia practica ordinationis actuum humanorum in Deum ut Deus est, nempe ut est obiectum beatitudinis supernaturalis: est ergo scientia moralitatis supernaturalis seu divinae humanorum actuum; seu scientia de homine secundum quod per actus suos supernaturales ordinatur in Deum, vel prout est voluntarie agens propter finem ultimum supematuralem

97. *Secunda formula* est quod Theologia Moralis agit de Deo secundum quod «*specialiter* est finis rationalis creaturae» [1]. Quae quidem formula est convertibilis cum praecedenti, quia idem est dicere quod homo habet Deum ut Deus est veluti finem ultimum supematuralem, et dicere quod Deus, ut Deus, est *specialiter,* hoc est, secundum propriam *speciem* vel naturam Dei, finis ultimus creaturae rationalis, quae homo est.

Deus quidem est ultimus finis omnium creaturarum, non tamen secundum rationem *propriam et quasi specificam* Dei, sed secundum rationem *communem* boni seu esse, quod convenit *Primae Causae* omnium rerum [3],[4] sed creaturae rationalis seu hominis est finis ultimus sub ratione *propria et specifica Dei,* secundum quam est obiectum formale beatitudinis supernaturalis, qua cognoscitur et amatur prout in se est. Unde ipse S. Doctor ait: «homo et aliae rationales creaturae consequuntur ultimum finem cognoscendo et amando Deum [secundum propriam rationem deitatis]; quod non competit aliis creaturis, quae adipiscuntur ultimum finem in quantum *participant aliquam similitudinem* Dei, secundum quod *sunt* vel *vivunt* vel *cognoscunt»*4. Itaque «intellectuales creaturae aliquo *specialiori* modo ad ipsum Deum] pertingunt, scilicet per propriam operationem intelligendo ipsum» et «ad ipsam substantiam eius» pertingendo 5.

Merito ergo loannes a S. Thoma sensum huius formulae S. Thomae reddidit dicens quod Deus «ut beatitudo finalizans» secundum propriam rationem deitatis, est propria

III De Doctrina Christiana, cap. 10, n.° 15. ML. 34, 72.

[2] I-II, 7, 2; 114, 4.

[3] I-II, 21, 4.

Encyclica *Tametsi futura prospicientibus,* die 1 novembris 1900, ed. cit., L VI, p. 156. [Cf. *Vitas fratrum,* II, p., c 26 l

[5] I, i, 4-

[e] 1-11,7,2.

[1] Vide *In I Ethic.,* lect. i, n.° 3.

[1] 1,2, prol.

[1] I,44, 4> I-H, i, 8.

[4] MI,i,8.
III Contra Gentiles, cap. 25. [Cf. etiam *II Sent.,* 1, 2. c. in fine].

materia theologiae moralis, idest «ut assequibilis et fruibilis per actus intellectus et voluntatis» creaturae rationalis '.

98. *Tertia formula* est quod Theologia Moralis importat «considerationem *ultimi finis* humanae vitae et *virtutum* ac *vitiorum)*-. In qua exprimitur directe propria materia seu obiectum scientiae moralis theologicae. Nam totus ordo moralis supematuralis reducitur ad finem ultimum totius humanae vitae et ad viam qua pervenitur ad illum [viam virtutum] vel ab eo receditur [viam vitiorum] 2. Terminus ergo et via sunt quasi partes intégrales totius considerationis theologiae moralis.

99. *Quarta formida,* magis perfecta et accurata, est quod Theologia Moralis agit «de *motu* rationalis creaturae in Deum4, hoc est, de reditu creaturae rationalis in ipsum Deum prout Deus est; qui quidem reditus fit per actus humanos supernaturales et maxime per actus meritorios de condigno vitae aeternae, qui sunt actus caritatis 5.

too. Revera, ut vidimus, moralitas est passio quaedam seu proprietas actus seu motus, non essentiae vel substantiae; et quidem motus non cuiuscumque agentis, sed agentis per liberum arbitrium, quod maxime convenit homini seu creaturae rationali et inde creaturae intellectuali, quae est angelus viator. Ideo ergo profundissime et exactissime *materia propria* theologiae moralis assignata est cum dicitur: «*de motu* creaturae rationalis». —*Forma* vero huius motus seu actus voluntarii, quae est eius moralitas supematuralis vel divina, indicatur cum additur: «in Deum», sicut in ultimum finem supernaturalem. Ubi optime significatur *ordo* causalitatis *finalis* supematuralis, qui est ordo moralis: in *Deum;* per contrapositionem ad ordinem causalitatis *efficientis:* a *Deo,* qui non est ordo moralis, sed dogmaticus, et potius

1 Joannes a S. Thoma, *Isagoge ad D. Thomae theologiam,* ed. Solesmensis, 1931, *· L P- 146.
2 *Summa theol.,* III, prol.
3 Vide I-II, 1, prol., et 6, prol.
* I, q. 2, prol.
5 Cf. *Scriptum in III Seni.,* dist. 1, divisio textus, ed. Moos, n.° 7.

BBMPI

habet rationem simplicis *effectus* quam motus, quia creatio non est motus.

101. Motus igitur creaturae rationalis in Deum ut Deus est, est motus *conversionis* in Deum ut est nostra beatitudo obiectiva supematuralis, in quo tota bonitas supematuralis actionis nostrae consistit, secundum illud Augustini: «tota eius [hominis] actio bona est *converti* ad eum a quo factus est, et ab eo iustus, pius, sapiens, beatusque semper fieri»1.

102. Haec autem conversio seu iste motus in Deum maxime consistit *in actu caritatis*, quia, ut S. Augustinus pulcherrime dicit, quando nobis praecipitur: «*accedite* ad eum» (*Psalm.* 35, 5), «*animo* dictum est, *non vehiculo, affectibus* dictum est, *non pedibus*»2. Itaque, ad Deum accedimus «fide sectando, corde inhiando, *caritate currendo*. Pedes tui, *caritas* tua est. Duos pedes habeto, noli esse claudus. Qui sunt duo pedes? Duo praecepta dilectionis, Dei et proximi. Istis pedibus curre ad Deum, accede ad illum»3.

Quibus ex amussim respondent haec verba S. Thomae: «vita aeterna in Dei fruitione consistit; *motus* autem humanae mentis ad fruitionem divini boni est *proprius actus caritatis*, per quem omnes actus aliarum virtutum *ordinantur* in hunc finem, secundum quod aliae virtutes *imperantur* [= moventur] a caritate»4.

103. Optime igitur et formalissime dictum est: *de motu*, potius quam: *de actu*, quia *actus* proprie dicitur de motibus intellectus et aliarum facultatum cognoscitivarum, sed *motus* formalissime dicitur de actu facultatis appetitivae [= appetitio, impetus] et maxime de ipso actu voluntatis. Cum ergo actus caritatis sit maximus actus voluntatis et maxime voluntarius 5 et maxime ordinatus et proportionatus Deo ut ultimo

1 *De Genesi ad literam,* lib. VIII, cap. 12, n.° 25. ML. 34 382.

2 *Enarratio in Psalmum 144,* n.° 3. ML. 37, 1871.

3 *Enarratio in Psalmum 33,* serm. *2,* n.° 10. ML. 36, 315. [Cf. *Serm.,* 11,0. IJ; *Enar. in Ps. 5g,* II, n.° 1]

4 I-II, 114, 4, Cf. 109, 3 ad 1; I, 62, 2 ad 3.

5 IMI, 23, 2. [Cf. *De rationibus Jidei,* cap. *v, III Sent.,* 23, 2, 2, qla. 2, «.· 149; *In ad Rom.,* c. 4, lect. 1; *Injoannem,* c. 6, lect. 3, II-II, 2, 2; S. Augustinus, *In In. tract.* 29]

fini supernaturali, iure totus motus creaturae rationalis in Deum et consequenter tota moralitas supernaturalis continetur in actu caritatis erga Deum. Unde et per caritatem maxime erat definienda Theologia Moralis.

104. *Quinta formula* est quod theologia moralis agit *de homine viatore secundum quod est imago Dei*1. Quae quidem formula videtur esse perfectissima et profundissima omnium.

105. Ut ergo eius vis plenius appareat, notandum est quod imago Dei in homine potest esse duplex: *prima, quasi ontologica* seu *in essendo,* quae consistit in propria eius *natura intellectuali;* nam Deus, utpote vivens, est quasi in specie viventis intellectualis, cum sit formaliter intelligens, et ideo, ex hoc ipso quod homo secundum animam eius est intellectualis naturae, est *quasi in specie Dei* et imago eius, docente S. Thoma: *«essentia* animae pertinet ad imaginem, prout repraesentat divinam *essentiam* secundum ea quae sunt propria *intellectualis naturae»x; — secunda,* quasi *psychologica* seu in *operando,* quae consistit in operando ad similitudinem Dei operantis operatione propria et quasi specifica. Non enim solum dicitur imago Dei quando aliquid *fit* et *est* ad similitudinem specificam Dei, sed etiam quando *operatur* ad eius specificam similitudinem x.

106. Utraque insuper imago potest esse duplex: una, *naturalis* seu *creationis;* alia, *supernaturalis,* quae quidem, si sit inchoata et adhuc imperfecta, dicitur *imago gratiae* seu simplicis *recreationis;* si vero sit perfecta et consummata, dicitur, *imago gloriae* vel *similitudinis 1.*

107. *Imago ontologica seu entitativa* non cadit directe sub consideratione theologiae Moralis, sed Dogmaticae, cum sit operatum solius Dei et ex se non sit immediate operativa; at imago *operativa* vel psychologica directe cadit sub morali consideratione, quae est de motu creaturae rationalis. Non

1 I-II prol.

2 I, 93, 9 ad 2. Vide etiam ibid. 2, et 18, 3; ***II Sent.,*** d. 16, I, 1, 2.

3 Vide *Scriptum super **III** Sent.,* d. 27, z, 4, qla. 3 ad i, ed. Moos, n.° 177; *De Caritate,* 3 ad 6.

4 L 93, 4-

tamen proprie loquendo imago supernaturalis gloriae, quia non habet rationem moius, sed puri *termini. Solum ergo profit cadit sub morali consideratione imago operativa viae,* et quidem imago supernaturalis seu recreationis *directe* et *per se,* dum imago naturalis seu creationis solum cadit sub consideratione theologica morali *indirecte et quasi per accidens.*

108. Revera, quando Deus dixit: «faciamus hominem ad *imaginen* et *similitudinem* nostram», hanc imaginem explicat per similitudinem *dominii* et libertatis *utendi* viventibus inferioribus et ceteris creaturis corporalibus, nam subdit Scriptura: «et *praesit* piscibus maris et volatilibus coeli et bestiis universaeque terrae, omnique reptili quod movetur in terra» *(Gen.* I, 26); —hoc est, per imaginem *dynamicam* seu *operativam.*

Et ideo hanc rationem dominii seu potestatis et libertatis operandi, quam homo habet, posuit S. Thomas *ut formale* imaginis considerandae a theologo morali. Sicut enim Deus ex eo quod operatur ad extra *per intellectum et voluntatem* et non per modum naturae, cum pleno dominio et libertate operandi condidit res, — ita etiam homo, eo ipso quod est *intellectualis naturae,* operatur propter finem totius humanae vitae per intellectum et voluntatem suam et non per modum necessarium naturae, hoc est, cum pleno dominio et libertate operandi vel non operandi hoc vel illud, sic vel aliter. Est ergo propria materia theologiae Moralis imago dynamica seu operativa Dei in homine viatore; et ideo theologia Moralis non agit de homine secundum essentiam suam, neque etiam directe de anima secundum eius essentiam aut potentias mere apprehensivas seu cognoscitivas et earum habitus et actus, sed proprie de actibus et habitibus appetitivae panis, maxime de actibus et habitibus appetitus superioris, qui est voluntas per quam homo directe et immediate est dominus suorum actuum et liber in operando2; quod S. Doctor expressit, dicens: «restat ut consideremus *de eius* [Dei] *imagine,* idest de homine, *secundum* quod et ipse [sicut Deus] est suorum

I, 84, prol.
I-II, i, 1; I, 18, 3.

F

operum principium, *quasi liberum arbitrium habens et suorum operum potestatem*[1].

Et hoc ipsum conceptis verbis indicaverat S. Ioannes Damascenus, ad quem appellat S. Doctor; nam scribit: «quod enim dicitur: *ad imaginem,* hoc vis intelligendi arbitrique *libertas* significatur; quod autem: *ad similitudinem,* virtutis [== potentiae seu dominii], quantum fieri potest, expressa similitudo notatur»[2].

109. Et quia imago Dei primo et principaliter consistit in actibus supematuralibus circa ipsum Deum, hoc est, in actibus virtutum theologicarum, maxime caritatis, — et nonnisi secundario et ex consequenti in potentiis et in habitibus seu virtutibus, «prout scilicet in eis actus virtualiter exsistunt» [3], —consequenter theologia Moralis per se primo considerat, uti propriam materiam, actum caritatis erga ipsum Deum.

no. Verum quidem est quod actus beatifici exprimunt imaginem operativam perfectissimam Dei operantis ad intra operatione personali, quia eam exprimunt et quantum ad proprium obiectum (Trinitatem clare et intuitive visam et summe amatam) et quantum ad modum operandi, scilicet maxime voluntarie, at non libere [4]; — sed isti actus sunt *ultra morales,* cum sint terminus ultimus totius moralis activitatis, et pertinentes ad purum *frui,* non ad *uti;* et ad *puram contemplationem,* non ad *actionem.* Remanent ergo actus supematurales viae, praesertim actus theologici circa ipsum Deum, qui ex una parte exprimunt Deum ipsum ex parte obiecti et ex alia modum liberum operandi, qui est ad extra; nisi enim essent circa ipsum Deum, non exprimerent formaliter Deum ipsum, atque ideo non essent imago Dei: — nisi autem essent plene voluntarii et liberi, non essent morales. Utroque igitur modo imitantur Deum operantem: *objective,* Deum operantem ad intra; *modaliter,* Deum operantem ad extra. *Modaliter* solum, possunt ipsum imitari actus morales naturales; *obiective* tantum, actus supernaturales beatifici; sed *complete et adaequate,* actus supernaturales viae, maxime actus virtutum theologicarum [4].

1 I-II, prol. Vide I-II, 3, 5 ad 1.

2 S. Joannes Damascenus, *De Fide Orthodoxa,* lib. II, cap. 12. MG. 94, 920.

3 I, 93, 7 et 8.

4 I, 41» I"H> 4> 4·

m. Et hoc erat quod S. Doctor intendebat significare in prologo totius theologiae Moralis. Unde Conradus Koellin exacte perspexit sensum S. Thomae, quem reddit his verbis: «quia in homine consideratur imago Dei imperfecta, quam in sui creatione accepit, — consideratur quoque imago perfectior atque perfectissima, videlicet recreationis et glorificationis: — et de prima quidem imagine in I P. satis tractatum est, —ideo, ut Doctor Sanctus innueret de qua imagine hominis consequenter tractaturus esset, subiunxit: «secundum quod et ipse suorum operum est principium», et quod sit illud, exprimit subdens: «quasi liberum arbitrium habens et suorum operum potestatem». — Nec enim de quibuscumque operibus hic agitur, sed *de operibus virtutum infusarum, quae imaginem recreationis efficiunt atque ad imaginem glorificationis perducunt.* — Esto enim in hac parte Summae de tirtutibus acquisitis quandoque mentionem habeat, non tamen ibi sistit, sed in famulatum divinarum virtutum adducit» [2].

Et ita imaginem creationis considerat ut elevatam et ordinatam ad imaginem recreationis, cuius moralitas consistit essentialiter in ordine ad imaginem glorificationis adipiscendam.

1 [Cf. *Missale Rom.,* Dom. IV post. Pascha, secreta].

! Conradus Koellin, *Comment in I-II,* prol. Venetiis, 1589, p. 1, coi. i. Quo etiam in sensu Gonzâlez de Albelda rectissime dixit: «aliter agit de virtutibus moralibus philosophus moralis et aliter theologus. Nam philosophus moralis agit de illis ut habent pro regula rectam rationem naturalem et quatenus disponunt ad finem [ultimum] naturalem; at vero theologus agit de illis per ordinem ad regulam supernaturalem et prout ex directione fidei et caritatis disponunt in ordine ad finem [ultimum] supernaturalem; ergo alia ratione ad theologum pertinent» *(In I P. Summae thcol.* q. 1, a. 3, disp. III, n.° 51, p. 32. Compluti, 1621). [Cf. etiam S. Albertum Magnum, in *Epist. 9. Dionysii,* § 10, dub. ad 4, t. 14, p. 1004; *Summa theol.,* I. P., tract, i, memb. 3, t. 31, p. 18 b.]

112. Iam vero exemplar respectu exemplati seu imaginis eius exercet triplex genus causalitatis, scilicet efficientis, finalis et formalis. Idea enim practica seu exemplar est principium actionis et imago efficienter debet procedere ab exemplari x, quasi ab eo expressa; similiter habet rationem finis, quia tota eius perfectio consistit in accessu ad exemplar imitandum[1], «sicut si dicamus quod Hercules est finis imaginis, quae fit ad eum representandum» 3; sed maxime habet rationem formae, non quidem informantis seu intrinsecae, sed regulantis et terminantis, cum essentialiter sit «forma secundum quam aliquid formatur»4. Unde et reducitur ad genus causae formalis potius quam ad genus causae efficientis vel finalis 5.

113. Cum ergo consideratio moralis theologica reducatur ad considerationem hominis prout est imago supernaturalis recreationis Dei, et haec ratio imaginis per se primo respiciat causalitatem exemplarem Dei, hoc est, formalem regulativam et terminativam; formalis vero causa directe respiciar essentiam vel formam exemplaris, — consequens est quod Deus secundum propriam rationem deitatis sit ratio formalis *quam* per se primo theologia Moralis considerat. Ideo igitur propria materia theologiae Moralis tota involvitur et penetratur deitate sub triplici genere causae efficientis primae, finalis ultimae et exemplaris. Et cum maxime resolvatur in exemplarem, non exit formaliter limites causalitatis formalis seu ipsius deitatis secundum se. Quod quidem triplex genus causae iterum maxime relucet in actu principali *caritatis,* quo Deum propter seipsum diligimus6. Ideo profunde

I» 93, I.

2 *De Vent.,* 3, 1.

3 I, 103, 2 ad 2.
De Verit., 3, I.

i Vide Jo.annem A S. Thoma, *Cursus Philosophicus, Philosophia Naturalis,* I P., q. 11, a. 3 ad 3. ed. Reiser, t. II, pp. 245-247; *Cursus Theologicus, In I,* q. 15, disp, i, nis. 17-28, una cum S. Thoma in *Script, super III Sent.,* d. 27, 2, 4, qla. 3 ad 4, ed. cit., n.° 183.

6 II-II, 27, 3. Vide eüam *I Sent.,* d. 48, 1, 2; *De Verit.,* 23, 7; I-II, 19, 10, ubi haec habet, «est et alius modus *conformitatis* secundum rationem causae *formalis,* ut scilicet homo velit aliquid *ex caritate,* sicut Deus vult; — et ista

Augustinus dixit quod «non per corporalem altitudinem, sed per spiritalem, hoc est, incorporalem *similitudinem,* ad Deum debemus ascendere» \ et illuc pervenientes «ex ipso et per ipsum et in ipso beati» erimus2.

Et hoc idem, ad rem quod attinet, videtur tradidisse thomista optimus, Herveus Natalis, hisce verbis: «practicum morale, prout pertinet ad theologiam, habet considerari secundum attributionem ad obiectum speculabile [theologicum, quod est Deus sub ratione deitatis]. Et ex hoc sequitur ulterius quod ad unam scientiam pertinet speculabile et practicum morale speculabile theologiae, quia una est ratio considerandi alterum, scilicet speculabile est ratio considerandi practicum. *In parte autem theologiae, quae est practica,* quae considerat actum virtuosum ut est ad honorem Dei..., *potissimum est dilectio Dei,* non qua diligitur ut commodum nostrum sed *qua diligitur secundum se amore amicitae»,* quae caritas est3.

114. Quae quidem profunda notio theologiae Moralis non solum est S. Augustini et S. Thomae, sed *etiam ipsius Sacrae Scripturae.*

Nam tota moralitas supernaturalis, iuxta Sacram Scripturam, reducitur ad *imitationem Dei et Christi eius, maxime per opera caritatis;* quod est reducere moralitatem Christianam ad imaginem operativam Dei in caritate. Sic enim docebat Iesus: «ego autem dico vobis, *diligite* inimicos vestros, *benefacite* his qui oderunt vos et *orate* pro persequentibus et calumniantibus vos, *ut sitis filii Patris vestri qui in coelis est,* qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt [tantum], quam mercedem habebitis?; nonne et

etiam conformitas reducitur ad conformitatem *formalem,* quae attenditur ex ordine ad *ultimum finem,* quod est *proprium obiectum caritaris».*

' *De Civitate Dei.* lib. IX, cap. 18. ML, 41, 272.

l *De Trinitate,* lib. VI, cap. 5, n.° 7. ML. 42, 928.

' Herveus Natalis, O. P., *Defensa doctrinae S. Thomae,* a. 37. E. Krebs in *Théologie und Wissenchaft nach lehre der Honchscholastik,* p. no. Münster in Westf, 1 a 12.

ethnici hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis?; nonne et ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti *sicut et Pater coelestis perfectus est» (Mt.* V, 44-48).

Et in fine vitae suae rogabat Patrem non solum pro discipulis praesentibus, sed etiam pro omnibus futuris «qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, *sicut* tu Pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint...; ut sint unum, *sicut* et nos unum sumus... et sint consummati in unum...; ut *dilectio,* qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis» *(Ioann.* XVII, 20-26). Haec enim *unitas* est effectus formalis caritatis.

Similiter et Apostolus: «estote autem — inquit — invicem benigni, misericordes, donantes invicem *sicut et Deus in Christo* donavit vobis; estote ergo *imitatores Dei, sicut filii carissimi,* et *ambulate in dilectione,* sicut et *Christus dilexit* nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis... *Ut filii lucis ambulate; fructus* enim lucis est in omni *bonitate* et *iustitia* et *veritate» (Ephes.* rv, 32; V, 1-2, 8-9).

115. Quia ergo non solum nominamur, sed et vere sumus *filii Dei* (I *Ioann.* III, 1) et «ad filium pertinet patrem imitari» 1 «cum *bonorum* filiorum sit *imitari* patres»2, eo quod filius naturaliter est *imago* patris sui 3, tota moralitas nostra supematuralis vel theologica *fundamentaliter* consistit in filiatione nostra divina supematurali, quae consistit in gratia sanctificante et est imago supematuralis *entitativa* Dei ut Deus est, sed *formaliter* sita est in imitatione caritatis Dei, hoc est, in imagine *operativa* supematurali, prout maxime relucet *in actu cantatis erga Deum, qui est proprius actus filii Dei.* Ut ergo filii Dei, debemus diligere Deum, et imitari Deum diligendo proximum, sicut et ipse Deus proximum nostrum et nos dihgit. Et ideo S. Thomas profunde scribit: «inter alia vero, *praecipue,* qui se *Dei filium* recognoscit,

1 S. Thomas, *Ad Ephes.,* cap. V, lect. t, ed. Marietti, p. 61 b
2 S. Thomas, *I Cor,* cap. V, lect. 4, ed. cit., p. 262 b
3 I, 35j 2 ad 3; 93, 1 ad 2.

debet in caritate Dominum imitari, secundum illud *Eph.* 5, i: imitatores Dei estote sicut filii carissimi, et ambulate *in dilectione.* Dei autem dilectio non privata est sed communis ad omnes: diligit enim omnia quae sunt, ut dicitur *Sap,* 11, 3; et specialiter homines, secundum illud *(Deut,* 33, 3): dilexit populos»Itaque debemus ambulare in dilectione ut filii lucis, et agere ut Deus, cum simus veri dii, utpote veri filii Dei, secundum illud; «ego dixi: dii estis et*filii* excelsi omnes» *(Psal.* 81, 6). Si ergo dii, ut dii et ut Deus agere debemus; <Deus autem caritas est» (I *Ioan.* IV, 8); igitur omnia in caritate agere debemus (I *Cor.* XVI, 14), et super omnia caritatem habere et exercere, quae est vinculum perfectionis *(Colos.* III, 14).

116. Unde et Christus lesus, qui est Verbum incarnatum, et imago consubstantialis Dei Patris *(Heb.* I, 3) — qui et praedestinavit nos conformes fieri imaginis Filii sui, uptote filios adoptivos Dei et fratres Christi *(Rom.* VIII, 29) — est exemplar vivum et concretum et visibile nobis imitandum, secundum illud ipsius Christi: *«discite a me,* quia mitis sum et humilis corde» *(Math.* XI, 29); nobis enim reliquit *exemplum, ut sequamur vestigia eius* (I *Pet.,* II, 21). Propter quod Paulus frequenter inculcat fidelibus: «imitatores mei stote, *sicut et ego Christi»* (I *Cor.* IV, 16; XI, 1); «primus homo de terra, terrenus; secundus homo de coelo, coelestis [=Christus]: qualis terrenus, tales et terreni; et qualis coelestis, tales et coelestes; igitur, sicut portavimus, imaginem terreni, *portemus et imaginem coelestis»* (I *Cor.* XV, 47-49); «exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis et induentes novum eum, qui renovatur in agnitionem *secundum imaginem eius, qui creavit illum» (Coloss.* III, 9-10), in eandem *imaginem transformati* a claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu (II *Cor.* III, 18). Et Christus Dominus sollemniter

l *Comp, theol.,* II P., cap. 5, ed. Vives, t. 27, p. 117 b. Et alio in loco: •debent filii imitatores parentum exsistere. Unde qui patrem Deum confitetur debet conari ut Dei imitator exsistat, vitando scilicet illa quae Deo dissimilem reddunt et his insistendo quae nos Deo assimilant; unde dicitur Jer. III, 19: Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis» *(Cornp. theol.,* II P., cap. 4, in fine).

dixit: «ego sum via et veritas et vita; nemo venit ad Patrem nisi per me» f*Ioan.* XIV, 6). «Sic ergo Christus seipsum designant viam [secundum quod homo], et coniunctam termino [secundum quod Deus], quia ipse est terminus habens in se quidquid desiderari potest, scilicet exsistens veritas et vita»1. «Ac per hoc et ipse per seipsum et ad ipsum et ad Patrem, et nos per ipsum et ad ipsum et ad Patrem»2. «Fons Christianae vitae est Christus» 3, qui direxit nos doctrina et exemplo, quia «coepit lesus facere et docere» *(Act, i,* i) 4. Quo in sensu «liber vitae dicitur ipse Christus, quia in eo sicut in exemplari possumus adspicere qualiter sit vivendum ut perveniamus ad vitam aeternam» *(De Verit.* 7, i). Unde Pius XI, «nemini, inquit, licet beatitatem sempiternam tuto adipisci, nisi semetipsum abneget, tollat crucem suam et sequatur Christum, immo etiam *nisi Christi imaginem in se ipse referat atque exprimat* °. Itaque, de novo involvimur et immergimur Deo in consideratione proprii obiecti theologiae Moralis.

117. Et *sub Christo imitari debemus Apostolos et Sanctos, in quantum et ipsi Christum imitabantur* 6. Unde S. Ambrosius merito scribit: *«sanctorum vita ceteris norma vivendi est,* ideoque digestam accipimus seriem Scripturarum ut, dum Abraham, Isaac et lacob ceterosque iustos legendo cognoscimus, velut quendam nobis innocentiae tramitem eorum virtute reseratum enitentibus vestigiis persequamur» 7. Horum enim gesta «introducuntur» in theologiam *«in exemplum vitae** moralis instituendae8; et ideo «ex vita sanctorum quodam-

S. Thomas, *in h. I.,* ed. cit., lect. *2,* p. 379 b.

S. Augustinus, *in h. I.,* tract, 69, n.° 2. ML. 35, 1816.

3 S. Thomas, *Scriptum super IV Sententiarum,* d. 8, I, i, qla. I ad I.

S. Thomas, ***III*** *Sent.* d. 13, 2, i c., n.° 75.

5 Epistola *Magna equidem,* ad Card. O. Giorgi, die 2 augusti 1924. A. A. S., 1924, p. 362. [Cf. *Breviar. O. P.,* in festo SS. Nominis, hymn. ad Matutin. in fine; et S. Augustinum, Sermo 13.]

6 S. Thomas, ***I*** *Cor.,* cap. V, lect. 3, ed. cit., p. 262 b.

7 S. Ambrosius. *De Joseph,* 1,1-4, ed. C. Schenke, C. S. E. L., t. XXII, p. 79. Vindobonae, 1897.

8 I, i, 2 ad 2. [Cf. *in Ioan,* 13, lect. 3, n.° 3; *De perfectione vitae spir.,* cap. 17]·

modo inducitur nobis necessitas ad imitandum» *(In Heb.* cap. 12, lect. I, ed. cit., p. 429 a), secundum illud: verba movent, *exempla trahunt.*

118. Quin etiam et *mores supernaturales efficiuntur realiter divini.* Nam mores Christi lesu realiter erant divini, quia mores proprie consistunt in actibus, actus autem sunt suppositorum et suppositum Christi est divinum, nempe persona Verbi. Moralitas ergo Christi est quasi moralitas divina incarnata, cum consistat formaliter in actibus eius theandricis; et maxime in actibus caritatis: — nam ipse non habebat fidem neque spem, at supereminentem caritatem habebat, et tota eius vita, ab incarnatione usque ad mortem, est vita et exercitium caritatis1.

119. Et quia nos sumus incorporati ad Christum per gratiam, utpote membra sub capite, unam personam mysticam cum ipso constituimus et consequenter unam vitam et unam moralitatem, secundum illud: «vivo ergo, iam non ego, vivit vero in me Christus» *(Gal.* II, 20). Sumus ergo regenerati in Christo et cum ipso quasi congeniti veluti fratres sub Primogenito *(Rom.* VIII, 29), et ideo continuo debemus crescere in illo per omnia et in omnibus *(Eph.* IV, 15) in augmentum Dei *(Coloss.* II, 19), coagentes et compatientes cum Christo *(Rom.* VIII, 17) et adimplentes ea quae desunt passionis Christi *(Coloss.* I, 24) ut et cum Christo conresuscitemus *(Coloss.* III, 1); et sic quaerentes et sapientes quae sursum sunt, non quae super terram *(Coloss.* III, 1-2), vitam habeamus moralem absconditam cum Christo in Deo *(Ibid.* v. 3), usque dum finaliter cum Christo conglorificemur *(Rom.* VIII, 17). Vere igitur moralitas Christiana vel supernamralis est moralitas divina, atque ideo moralitas formaliter theologica.

Quae omnia includuntur in profunda formula S. Thomae qua, initio totius moralis considerationis, asserit hominem, secundum quod est imago Dei, esse proprium obiectum theologiae moralis.

1 [Cf. *De rationibus fidei, c.* 6].

Art. 2.—De propria ethodo theologiae oralis

120. Scientia est essentialiter habitus intellectualis, hoc est, qualitas quaedam intellectus possibilis cognoscitiva conclusionum ex principiis per demonstrationem. Unde media essentialiter consistit inter intellectum possibilem, quem informat, et obiectum scibile quod demonstrat, et ad utrumque extremum relationem dicit. Quia ergo propria *methodus* est *modiis* proprius, et modus afficit rem cuius est eique conformari debet, propria methodus scientiae debet esse proporcionata seu adaptata ipsi scientiae, et consequenter tum obiecto de quo est scientia, tum subiecto in quo est aut debet esse.

Quapropter S. Doctor egregie scribit: «modus, quo aliqua discutiuntur, debet congruere et *rebus et nobis:* nisi enim *rebus* congrueret, intelligi non possent; nisi congrueret *nobis,* nos capere non possemus» [1]. Methodus ergo propria theologiae Moralis debet esse adaptata tum obiecto proprio eius, tum proprio ipsius subiecto; et ideo determinari debet sive ex parte sui vel obiecti, sive ex parte theologi vel subiecti.

DE PROPRIA METHODO THEOLOGIAE MORALIS EX PARTE SUI VEL OBIECTI

Relatio, quam scientia dicit ad proprium obiectum, est prior et intimior quam relatio quam dicit ad proprium subiectum in quo est, quia prima est relatio formalis, dum altera est quasi materialis; nam relatio specificatur a termino, et obiectum respectu scientiae habet rationem formae vel actus, dum subiectum habet rationem quasi materiae *in qua* vel etiam potentiae. Maxime ergo determinanda est propria[1]

1 *In Boetium de Trinitate,* cap. 2, exposit. textus.

methodus ex parte sui vel obiecti — quae semper et ubique manet et omnino per se se habet — , dum subiectum mutari aut variari potest secundum naturam vel statum suum, cum alia sit scientia Dei, alia scientia angeli, alia scientia hominis, et quiden alia scientia animae coniunctae corpori seu viae et alia scientia animae separatae seu termini, quantum est ex parte subiecti; unde consideratio ex parte subiecti potius se habet quasi per accidens.

122. Iam vero ex parte obiecti propria methodus debet assignari secundum triplicem considerationem: primo, ex parte obiecti formalis *quo* et *quod;* secundo, ex parte obiecti materialis seu propriae materiae circa quam versatur; tertio, ex parte propriae *finis operis,* qui sequitur ex utroque obiecto, scilicet formali et materiali, licet principaliter ex parte obiecti formalis.

A. *Ex parte obiecti formalis «quo» et «quod»*

123. Obiectum formale *quod* theologiae Moralis idem est atque obiectum formale *quod* theologiae Dogmaticae atque etiam virtutum theologicarum, nempe ipsa deitas, quae maxime est obiectum caritatis. Est ergo obiectum pure divinum et supernaturale, hoc est, mysterium absconditum a saeculis in Deo, atque idcirco, nisi Deo ipso dicente et revelante supernaturaliter, innotescere non potest, quia «humanae mentis intelligentiam omnino superat» [1] immo et «suapte natura omnem intellectum creatum» et creabilem [2] excedit. Itaque modus seu via unica cognoscendi hoc obiectum est via divinae revelationis clarae vel obscurae vel abstrahentis a clara et obscura [3]. Nam «deitati respondet una tantum ratio formalis adaequata obiecti ut obiectum est, et haec est lumen divinum» [4], quia quae sunt Dei nemo novit ex

Concilium Vaticanum, Denz. n.° 1786.
Ibid., n.° 1796.
Vide Caietanum, I, 1, *2,* n.° 13; 3, n.° 9.
Cœtanüs, *ibid.,* a. 3, n.° 9.

propriis nisi Spiritus Dei, et quaecumque creatura debet videre lumen divinum intelligibile in ipso lumine divino (I *Cor.* II, ii; *Psalm.* 35, 10).

124. Sed istud divinum lumen potest dupliciter considerari: uno modo, *active* seu prout se tenet ex parte ipsius Dei illuminantis, et tunc est ipsum lumen increatum et per se subsistens; alio modo, *passive* seu ex parte intellectus creati iluminati, et sic est lumen creatum et participatum, lam vero constat haec duo lumina in infinitum differre inter se. Ideo ergo hoc quod dico, *divinum lumen,* veluti rationem formalem deitatis *ut obiecta* est, non importat unam rationem formalem unicam specie atoma, sed unam genere vel potius analogia tantum, et ideo nata est terminare plures habitus specie, immo et genere diversos.

125. Si ergo sumatur hoc lumen *active,* tunc dividitur in lumen evidens et in lumen inevidens. Lumen istud *ut evidens,* est obiectum formale *quo* scientiae *beatificae,* quia ipsa deitas clare visa erit quasi species intelligibilis illius visionis; sed *ut inevidens,* hoc est, non visum, est obiectum formale *quo fidei* theologicae. Hac igitur de causa nihil creati vel humani intrat rationem formalem *qua* visionis beatificae et fidei theologicae, sed haec ratio est quid pure divinum et increatum.

126. Si vero sumatur *passive* hoc lumen, subdividitur in lumen immediatum seu formaliter supernaturale, et in lumen mediatum seu virtuale, quod est radicaliter supernaturale et formaliter naturale. Lumen hoc *immediatum* seu *formaliter* supernaturale et directe infusum, aut est essentialiter *inevidens* et *speculativum,* et tunc est obiectum formale *quo prophetiae;* — aut est essentialiter *affectivum* et *experimentale* et de se abstrahens ab evidenti et inevidenti, licet magis accedens ad evidentiam, et hoc modo est obiectum formale *quo donorum Spiritus Sancti intellectualium.* Unde et isti habitus vel dispositiones sunt quid essentialiter supernaturale et per se infusum. — Lumen vero *mediatum* seu *virtuale,* hoc est, radicaliter supernaturale et formaliter naturale, est proprie loquendo lumen theologicum seu obiectum formale *quo Theologiae sacrae,* tam Dogmaticae quam Moralis.

127. Hoc autem lumen seu medium neque est pure divinum ut medium visionis beatificae et fidei theologicae, neque pure humanum, ut medium theodiceae vel alterius scientiae humanae, sed simul habet aliquid divini et aliquid humani; — similiter, neque est pure supernaturale, ut lumen propheticum et lumen mysticum, neque pure naturale, ut lumen philosophicum, sed ex utroque simul aliquid participat, absque compositione formali tamen, quia secus non terminaret unam specie qualitatem seu unum specie habitum. Medium ergo theologicum non est medium scientiae per modum abstractionis, ut medium philosophicum, sed per modum illuminationis seu revelationis ex ipso Deo, non tamen immediatae, ut in lumine prophetico vel mystico, sed mediatae.

Cum enim Theologia sacra, ut scientia, sit essentialiter discursiva, medium eius proprium est proprium *medium demonstrationis theologicae.* Haec autem demonstratio procedit ex duabus praemissis, quarum una, scilicet maior, est immediata et formaliter revelata, hoc est, a Deo ipso accepta per fidem; alia vero, nempe minor, sumitur ex ratione naturali, scilicet ex philosophia. Terminus medius, qui continetur et in maiori et in minori, resultat ex confluentia utriusque propositionis et luminis proprii utriusque, quanvis diversimode, quia lumen derivatum ex maiori se habet per modum causae principalis, dum lumen ex minore derivatum se habet per modum causae instrumentalis elevatae et applicatae a maiori, et sic unam causam constituunt conclusionis deducendae. Istud ergo medium theologicum essentialiter discursivum, quod venit ex *naturali* perceptione identitatis realis termini medii in maiori et in minori, et constituit *inventionem medii theologici,* est quid formaliter naturale, sed radicaliter supernaturale, quia terminus medius ut est in uno extremo, nempe in maiori, solum cognosci potest per fidem b

128.Tota ergo methodus theologiae Moralis ex parte objecti formalis *quo* reducitur ad viam seu methodum *inventions medii syllogismi demonstrativi theologici.*

1 [Cf. *In Bôet. de Trinitate,* expos, prologi.]

Atqui via inventionis medii, prout est terminus *maioris,* est via fidei theologicae, cum tota propositio maior non habeatur nisi per fidem. Fides autem ut obiectum continetur in Sacra Scriptura et in Traditione et in doctrina Ecclesiae. Ergo inventio medii theologici, quatenus se habet ex parte maioris, quaerenda est in Scriptura Sacra et in Traditione et in doctrina Ecclesiae, hoc est, in Auctoritate seu verbo Dei, quod in hoc triplici fonte continetur.

129. At rursus, via inventionis medii, prout est terminus *minoris,* est via rationis naturalis, quia tota minor, ut enuntiatio et non ut assumptio, est rationis naturalis seu philosophicae 1. Inventio igitur medii theologici ex hac parte quaerenda est in ratione naturali seu in scientiis philosophicis, hoc est, rationalibus.

130. Duae ergo sunt viae confluentes ad hoc medium inveniendum, nempe via auctoritatis divinae seu fidei, et via rationis naturalis seu scientiae, maxime tamen via fidei, quia medium maxime continetur et exhibetur a *maiori.* Unde S. Doctor profunde dixit quod «argumentari ex auctoritate [divina] est maxime proprium huius doctrinae» vel scientiae, et quod ratione humana seu scientia naturali utendum est ad manifestandum aliqualiter ea quae traduntur in hac doctrina2.

1 Norunt omnes quod *signum* orale judicii appellatur extra syllogismum *enuntiatio,* in syllogismo autem *propositio, assumptio* vel *conclusio,* prout agitur de maiori, minori vel conclusione, secundum illud S. Augustini: •*proponunt* graeci: si dii tales colendi sunt, profecto etiam tales homines honorandi; *assumunt* romani: sed nullo modo tales homines honorandi sunt *Concludunt* christiani: nullo modo igitur dii tales colendi sunt» *(De Civitate Dei,* lib. II, cap. 13. ML. 41, 58). Et eodem modo S. Thomas loquitur, ut videre est in *II Sent.,* dist. 24,2,4; *De Verit.,* 16, 2 ad i. Sumpsit autem S. Augustinus hanc terminologiam ex Tullio Cicerone in sua *Inventione Rhetorica,* lib. I, cap. 34-37, ed. cit., t. I, pp. 38-41: «si summopere sapientia petenda est, summopere stultitia vitanda est; summo autem opere sapientiae petenda est: summo igitur opere stultitia vitanda est. Hic et *assumptio et propositio* perspicua est: quare neutra quoque indiget approbatione» (cap. 37, P- 41).

2 I, i, 8 ad 2.

131. Haec tamen inventio medii formaliter loquendo non fit a fide neque a ratione, sed *ab ipso habitu theologiae,* cum formale obiectum *quo* alicuius potentiae vel habitus non attingatur formaliter nisi a propria potentia vel habitu, quibus specificationem dat. Theologus tamen in hoc medio inveniendo se habere debet ut discipulus fidei et ut magister rationis naturalis, quia revera in theologia fides se habet ut magistra, dum ratio naturalis se habet ut ministra fides ut domina, ratio naturalis ut ancilla.

B. *Ex parte obiecti materialis*

132. Id quod scitur seu concluditur in aliqua scientia est obiectum materiale seu terminativum eius et, ut scitum seu conclusum, est proprius effectus medii demonstrationis. Quia ergo inter propriam causam et proprium effectum dari debet proportio, medium demonstrationis seu via ad conclusionem debet esse proportionata seu adaptata materiae demonstrandae.

Quod quidem S. Thomas limpide expressit his verbis: ♦modus manifestandi veritatem in qualibet scientia debet esse conveniens ei quod subiicitur sicut materia in illa scientia» 2. Sicut enim modus operandi artificis adaptatur materiae circa quam operatur — quia aliter operatur circa terram, aliter circa ferrum, aliter circa lapidem—, ita etiam modus sciendi seu demonstrandi debet variari et adaptari secundum diversitatem materiae demonstrandae vel sciendae: aliter ergo procedere debet in materia necessaria, aliter in materia contingenti.

133. Iam vero in Theologia sacra medium demonstrationis prout exhibetur a *maiori* de fide semper uniformiter se habet, quia eadem infallibilitate et veritate gaudent omnes veritates a Deo revelatae ut revelatae sunt3; sed prout exhi-

1 I, i, 5 ad 2.

1 *In I Ethic.,* lect, 3, n.° 32.

betur a *minori* rationis naturalis, magnam varietatem habet secundum diversas rationes scibilitatis naturalis, iuxta illud S. Thomae: «ad conferendum de his quae sunt fidei, *possumus uti quacumque veritate cuiuscumque scientiae** Haec enim *minor,* ut valeat assumi a theologo ad demonstrationem theologicam perficiendam, debet esse absolute et secundum se vera, ut possit, hanc veritatem propriam exercendo, instrumentaliter exercere veritatem propriam principalis propositionis, nempe fidei, ad conclusionem theologicam causandam. Ideo ergo hoc medium, secundum quod porrigitur a *minori,* debet esse proprotionatum ex una parte materiae naturali unde sumitur et ex alia veritati supematurali *maioris* de fide, a qua indicatur et applicatur ad sciendum theologice. Unde *minores* theologicae ex hac parte materiali tantam varietatem suscipiunt sicut scientiae philosophicae eas praebentes.

134. Propria autem et immediata materia circa quam versatur theologia Moralis, per contrapositionem a propria materia theologiae Dogmaticae, est materia essentialiter contingens, hoc est, actus humani liberi. *Minor* ergo theologiae moralis debet esse conformis et adaptata huic materiae, quae partim est materia philosophiae moralis et partim psychologiae.

135. Et ideo, sicut theologia Dogmatica maxime debet uti Physica et Logica et praesertim Metaphysica, ita theologia xMoralis maxime uti debet Ethica et Psychologia. Conclusiones enim et veritates stabilitae a philosophia morali, cum versentur circa actus humanos naturales, immediate assumuntur a theologia morali ut possint ministrare medium demonstrationis theologicae sub dominio et magisterio *maioris* de fide. Theologia enim moralis non destruit moralem philosophiam, sed potius eam perficit et elevat eaque utitur ut ministra ad proprium obiectum et finem theologiae, secundum illud: gratia naturam non destruit, sed perficit et elevat, ea utendo ad finem proprium gratiae 2. Propter

S. Thomas, *in epist. ad Galatas,* cap. 3, lect. 6, ed. Marietti, p. 559. (Cf. *in Bdet. de Trinitate, 2,* 3. ad. 7.]

2 I, I. 8 ad 2.

quod Bânez profunde scribit: «sicut gratia dicitur perficere naturam, non solum in seipsa, sed etiam elevans illam ad aliquid altius et divinius; — ita sacra theologia, quando convenit cum aliqua scientia in obiecto materiali, non solum perficit illam scientiam intra suos limites et in seipsa, sed etiam elevat obiectum illius ad suam rationem formalem eminentiorem: — v. gr., metaphysicus considerat de Deo, de illius unitate, immaterialitate, aeternitate et omnipotentia; sed haec omnia attributa theologus profundius attingit et distinctius cognoscit, ut videre est apud Dionysium in tractatibus de divinis nominibus, de mystica theologia et de coelesti hierarchia, ubi eadem quae alias metaphysici contemplantur, multo divinius ipse distinguit. Ad hunc itaque modum sacra theologia, cum sit practica saltem eminenter, considerat omnia quae philosophus moralis altius et divinius quam ille» [1].

136. Ultra haec tamen, directius considerat actus humanos entitative supematurales, qui tamen, quantum ad eorum structuram psychologicam, proportionantur actibus naturalibus correspondentibus; et ideo theologus moralis debet sumere hanc materiam moralem prout elevatam et purificatam analogia formaliter theologica.

137. Sed praeterea theologus moralis maxime debet uti Psychologie: remote quidem Psychologia naturali cui Ethica proprie loquendo subalternatur eique praebet medium *propter quid* conclusionum suarum [2]; proxime vero Psychologia supernatural], quae medium *propter quid* praebet conclusionum theologiae Moralis. Ita enim se habet Psychologia

1 D. BAnez, O. P., *Decisiones de iustitia et ture,* prologus Auctoris. Venetiis, 1595, p. 1, col. 2, in fine.

5 Hanc subalternationem Ethicae ad Psychologiam sat clare docet S. Thomas in *I De Anima,* lect, 1, n.° 7; *I Ethic.,* lect. 18, n.° 227-228, una cum *in Bitt. De Trinitate,* q. 5, art. 1, ad 5; sed expresse eam tradunt Joan, a S. Thoma, *Logica,* II P., q. 27, art, 1, resp. ad lam. difficultatem, edit, cit., t. I, pp. 826-827; Salmanticenses, *Curs, theol.,* Tract, de Virtutibus, arb. praen.°32, ed. cit., t. VI, p. 434; Goudin, *Philos, thorn., Physica,* q. praeamb., td. Matriti, 1796, t. II, p. 3. Videsis *La Cienda Tomista,* t. XXIX (1924), p. 51, in nota.

supernaturalis ad theologiam Moralem, sicut Psychologia naturalis ad Moralem philosophiam.

138. Et haec Psychologia supernaturalis multo altior et profundior est quam Psychologia naturalis. Nam Psychologia rationalis considerat animam humanam *ut animam* et secundum faciem eius *inferiorem,* et sic praebet medium *propter quid* rationi practicae *inferiori* ad quam pertinet Ethica, ut supra dictum est; — Psychologia theologica vel supernaturalis considerat animam humanam *ut spiritum* et secundum faciem eius *superiorem* ac potentiam obedientialem, prout scilicet est imago Dei et cum angelis communicat in ratione profunda *creaturae* intellectualis, et consequenter exhibet medium *propter quid* rationi practicae superiori, ad quam spectat theologia Moralis, ut proprias conclusiones eruat. Haec autem Psychologia theologica non cadit sub experientia scientifica, sed solum sub experientia mystica et sub theologia Dogmatica, quae directe considerat imaginem entitativam Dei in homine et in angelo. Est ergo Psychologia ultra-metaphysica, dum e contra Psychologia, quae medium demonstrationis *propter quid* praebet Ethicae, est infra-metaphysica [1].

139. Et hac de causa theologia Moralis multo certior est, etiam ex parte *minoris,* quam philosophia Moralis, propter maiorem elevationem minoris assumptae, et propter analogicam depurationem conclusionum ethicarum, quibus utitur; nam veritates naturales ethicae non sumuntur univoce in medio theologico, sed analogice. Unde et theologia Moralis in omni sua demonstratione semper utitur medio analogo philosophiae iMoralis et Psychologiae naturalis, eo fere modo quo theologia Dogmatica utitur medio analogo scien-

[1] Norunt omnes quod, secundum modum dividendi scientias speculativas per gradus abstractionis, tractatus de anima rationali quatenus est forma corporis, pertinet as primum gradum abstractionis, ideoque ad Physicam; quatenus vero est spiritus et separabilis a corpore, limites attingit Metaphysicae (S. Thomas, II Phys., lect, 4, n.° 10; Caietanus, in L de Anima, sine numeratione, fol., Florentiae, 1509 (in nova editione I. COQUEille, O. P., Romae, 1938, pp. 49-58); BAnez, in I, q. 76, art. 1, dub. 3, edit. Venetiis, 1591, coi. 571-582; et alii plures politiores peripatetici.

liarum speculativarum. Et inde est quod theologia Moralis nullo modo subalternatur Ethicae neque Psychologiae rationali, sed solum theologiae Dogmaticae ratione propriae materiae.

C. *Ex parte finis*

140. Theologia moralis est scientia practica seu normativa ex duplici capite: primo, ex parte propriae materiae vel obiecti, quod est a nobis operabile, nempe actus humani; secundo, ex parte finis *intermedii,* qui est operatio recta; nam finis *immediatus* theologiae moralis est scire, eo ipso quod est scientia, — et similiter finis *ultimus* est contemplari, nempe essentiam Dei intuitive videre E Non est ergo proxime seu immediate practica sicut synderesis et prudentia, neque etiam est remote operativa seu normativa tantum, ut potest esse quaecumque scientia speculativa, v. gr.: Metaphysica, vel Psychologia2; sed medio modo se habens inter scientiam pure speculativam et cognitionem pure praeficam, quatenus materiam operabilem considerat universaliter et speculative, et ideo ex parte finis est mediate operativa tantum, nempe mediante alio habitu intellectuali.

141. Et quidem est operativa non respectu factibilium, sicut ars, sed respectu agibilium, et ideo appellatur scientia *activa* seu moralis «qua instruimur ad recte exercendum operationes, quae *actiones* dicuntur» 3.

Quatenus ergo scientia, non considerat singularia ut singularia sunt —hoc enim est proprium prudentiae—, sed sub quadam ratione universali, in qua tamen dantur gradus, quia magis universale est genus quam species atoma.

142. Itaque theologia Moralis media essentialiter cadit inter synderesim supematuralem, quae est fides ut practica est, et prudentiam infusam, atque ideo conclusiones universales eruit ex principiis syndereseos, quae simul principia

De Verit., 14, 4·
S. Thomas, *In XI Metaph.,* lect, 7, n.° 2253.

sunt prudentiae infusae vel saltem acquisitae ut elevandae et illustrandae per altiora principia quam conclusiones philosophiae iMoralis.

143. Et ratione huius finis intermedii seu mediati dicitur quod «finis huius scientiae [Ethicae, et consequenter Theologiae moralis] non est sola cognitio..., sed finis huius scientiae est actus humanus, sicut et omnium scientiarum praeficarum» \ Quod perspicue tradit S. Thomas scribens: «scientia moralis, quanvis sit propter operationem, tamen illa operatio non est actus scientiae, sed *actus virtutis»1,* hoc est, actus prudentiae et aliarum virtutum moralium 3.

144. Ex hac ergo parte theologia iMoralis, utpote scientia, procedit modo inverso ac prudentia; nam ut scientia procedit et analytice et synthetice: analytice quidem, procedendo a composito ad simplex et a materia ad formam, hoc est, a singularibus et effectibus ad aniversalia et causas; synthetice etiam seu modo compositive, descendendo a magis universalibus ad minus universalia; et, ut patet ex dictis, est analytica ut ascendit a minori rationis, synthetica vero ut descendit a maiori de fide: — at prudentia est mere synthetica seu compositiva, quia applicat scientiam universalem ad opus, quod est semper in singularibus. In quo sensu scribit S. Thomas quod «necessarium est in qualibet operativa scientia [= cognitione immediate operativa] ut procedatur modo compositivo; e converso autem in scientia speculativa necesse est ut procedatur modo resolutorio, resolvendo composita in principia simplicia» 4.

145. Itaque scientia Moralis tum ratione materiae propriae tum ratione finis intermedii debet singularia humana considerare, ut possit consummari et perfici prudentia, nam

1 *In I Ethic.,* lect, 3, n.° 40.—Vide ***II*** *Ethic.*, lect. 2, n.° 256; lect, 9, n.° 351; lect. ii, n.° 369.

2 *In Boetium De Trinitate,* q. 5, a. i ad 3.

3 Vide S. Albertum Magnum, *Summa theol.,* tract. 1, q. 6, ad obi., et Capreolum, *Defensiones... in I Sent.,* prol., q. 2, ad 7 contra sextam conclusionem, ed. Paban-Pègues, t. I, pp. 31-32.

4 *In I Ethicor.,* lect. 3, n.° 35. Vide etiam ***III*** *Ethic.,* lect. 8, ŋ.® 476;

pro cognitione pure metaphysica seu speculativa parum iuvat. Et hac de causa S. Doctor scribit quod «omnis operativa scientia in particulari consideratione perficitur» 1, «sermones enim morales universales sunt minus utiles, eo quod actiones in particularibus sunt»2, et quod «de operabilibus perfecta scientia non habetur nisi sciantur in quantum operabilia sunt»3, considerando scilicet ipsum operabile et rationes operandi et causas operis 4. Et sic «omnis operativa scientia tanto perfectior est quanto magis particularia considerat, in quibus est actus» 5.

146. Unde theologia Moralis debet ex una parte consulere fidem, quae docet rationes aeternas, et ex altera experientiam, quae de singularibus est, et quidem experientiam supematuralem sanctorum qui in Scriptura et in historia ecclesiae nobis proponuntur imitandi, secundum illud S. Thomae: «singularia traduntur in Sacra doctrina, non quia de eis principaliter tractetur, sed introducuntur... in exemplum vitae, sicut in scientiis moralibus» 6, nam «canones vitae Christianae debent sumi ex Scriptura Sacra, quando agitur de vita animae et de eius salute» 7. Ideo ergo theologus moralis debet bene cognoscere hagiographiam.

147. Apparet igitur quod theologia Moralis debet esse simul speculativa et practica, hoc est, *casuistica,* magis tamen speculativa quam casuistica, quae potius spectat ad virtutem prudentiae Christianae. Qua de causa systemata moralia, quae dicuntur, minus utilia sunt, quia de singularibus ut singularia sunt non datur scientia, sed virtus. Et huius signum est quod nullus theologorum hucusque suo systemate potuit convenienter solvere omnes casus conscientiae.

1 I-II, 6, prol.

2 II-II, prol.

3 1,14, 16 ad arg. *Sed contra.*

4 *De Verit.,* 14, 4.

5 1,22, 3 ad i.

6 I, i, 2 ad 3.

7 Franciscus de Vitoria. *Comment. in* ***II-II,*** q. 100, a. 1, n.° 5, p. 100, ed. Beltrân de Heredia, O. P. Salmanticae, 1934· *Biblioteca de Teologos manoles,* vol. VI.

S. Thonias ipse docet quod, quando proceditur ad instructionem morum, «modus debet esse praeceptivus, sicut in lege; comminatorius et promissivus, sicut in prophetis; et narrativus exemplorum, ut in historialibus» h

§ II

DE PROPRIA METHODO THEOLOGIAE MORALIS EX PARTE SUBIECTI SEU THEOLOGI

148. Subiectum theologiae Moralis nostrae est homo viator. Quaerere autem propriam methodum seu modum procedendi theologiae Moralis ex parte subiecti, est investigare modum quo se gerere debet theologus moralis cum sua scientia. Et quia theologus moralis potest esse theologus in actu et ideo docens, et theologus in potentia atque idcirco addiscens, consequenter determinandae sunt conditiones quas debet habere theologus moralis tum in docendo tum in addiscendo moralem theologiam.

A. *Ex parte docentis*

149. Ex parte docentis *duae* conditiones fundamentales requiruntur: *prima,* quod ipse perfecte calleat theologiam Moralem, quia nemo dat quod non habet, et signum scientiae perfecte acquisitae et possessae est posse docere[1]; *secunda,* quod modo convenienti eam tradat [3].

150. a) *prima* ergo *conditio* est quod docens theologiam moralem *habeat plenitudinem cognitionis divinorum,* hoc est, principiorum et conclusionum theologiae Moralis et modi deducendi et probandi conclusiones ex principiis.

1 *Scriptum super I Sentent.,* prol., a. 5.
2 *Comment. in I Metaph.,* lect. 2, nis. 39 et 48.
3 I-II,111,4.

Cap. II,— De ipsa «introductione» in theologiam moralem

151. *Principia* autem huius scientiae sunt *veritates fidei*, et ideo theologus debet maximam habere fidem, hoc est, non solum implicitam, sed etiam explicitam *; et, cum fides sit ex auditu per verbum Christi, maximam habere debet docilitatem erga Deum loquentem per Scripturas et traditionem et ecclesiam. Nec sufficit ad hoc solus intellectus, sed omnino requiritur affectus, quia nemo credit nisi volens et nemo vult nisi ei datum sit velle per gratiam Dei. Requiritur ergo omnino spiritus fidei, qui est simul intellectivus et affectivus.

Unde S. Thomas profunde scribit: «hoc habet Sacrae Scripturae doctrina, quod in ipsa non tantum traduntur *speculanda,* sicut in Geometria, sed etiam *approbanda* per affectum; unde *Mt.* V, 19; qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno coelorum. — In aliis ergo scientiis sufficit quod homo sit perfectus secundum intellectum; in ista vero *requiritur quod sit perfectus secundum intellectum u affectum.* Loquenda sunt igitur alta mysteria perfectis: sapientiam loquimur inter perfectos. Unusquisque enim, secundum quod est dispositus, sic iudicat; sicut iratus aliter indicat durante passione et aliter ipsa cessante, et ideo dicit Philosophus quod unusquisque qualis est talis finis sibi videtur. — Et quia quae in Sacra Scriptura traduntur pertinent ad *affectum* et non tantum ad *intellectum,* ideo oportet esse *perfectum in utroque»*1. Et ideo «modus accipiendi ipsa principia debet esse revelativus ex parte infundentis, ut- in usionibus Prophetarum, et *orativus ex parte recipientis,* ut patet in Psalmis»3.

152. *Conclusiones* autem sunt *veritates theologicae* circa norman et directionem humanorum actuum in finem ultimum supernaturalem, quae ex rationibus aeternis consultis et naturalibus purificatis et elevatis deducuntur.

153. Et quidem, licet deductio haec fieri possit et debeat per studium ut, ope *minorum* rationis naturalis, pate-

1 [Cf. *De Vent.* 11, 2.]
! *Ad Hebraeos,* cap. V, lect. 2, ed. cit., p. 384 b. [Cf. *In Mtt.* 7, 26, p. 115.]
' *Scriptum super I Sent.,* prol., a. 5. [Cf. *in de div. nominibus,* c. 3, p. I, p. 421; c. 2, lec. 4, p. 410·]

fiat veritas implicite contenta in *maiori* de fide seu in rationibus aeternis, completius tamen et perfectius fit si et discursu naturali et instinctu Spiritus Sancti istae veritates detegantur et capiantur, hoc est, quando in idem obiectum materiale capiendum confluunt lux supernaturalis doni sapientiae et lux naturalis sapientiae acquisitae, quae est sacra theologia \ Quod si conclusiones ethicae Philosophiae moralis non plene et perfecte capiuntur solo discursu speculativo, sed requiritur insuper instinctus practicus virtutis moralis, a fortiori hoc valet circa conclusiones Theologicas morales.

Unde et S. Doctor conceptis verbis docet quod ad donum sapientae pertinet *«dirigere actus humanus secundum rationes divinas;* — nec tamen in actibus humanis ex directione sapientiae provenit amaritudo aut labor, sed potius amaritudo propter sapientiam vertitur in dulcedinem et labor in requiem» 2. Quo in sensu Bânez scribit: «ceteris paribus, *doctior erit in theologia qui caritatem habuerit quam qui non habuerit,* quia sine caritate non sunt coniuncta huiusmodi dona Spiritus Sancti cum fide, quae illuminat mentem et intellectum dat parvulis; unde *videmus egregios theologos non mediocri sanctitate fiasse praeditos» 3.*

154. Et hoc est quod docet Pius X ex Anselmo, quod scilicet theologus debet «semper eandem fidem indubitanter tenendo, *amando et secundum illam vivendo,* humiliter quantum potest, quaerere rationem quomodo sit: si potest intelligere, Deo gratias agat; si non potest, non immitat cornua ad ventilandum, sed submittat caput ad venerandum»4. Debet igitur sedulo, pie et sobrie quaerere aliquam intelligentiam mysteriorum Dei, Deo ipso dante et adiuvante, ut tradit Concilium Vaticanum 5.

155. Quapropter, sicut Christus lesus coepit facere et

1 I, i, 6 ad 3.

1 II-II, 45, 3 ad 3.

1 BAnez, *In I,* q. 1, a. 4, ad 2 confirmationem 21 arg., ed. Salmanticae, 1585, coi. 62-63.

1 DENZ., *Enchir.,* n.° 2120.

1 DENZ., *Enchiridion...,* n.° 1796.

docere *(Act.* I, i), ita etiam theologus moralis debet prius facere seu vivere secundum doctrinam moralem quam docere ipsam, secundum illud S. Thomae: «prius vita quam doctrina, vita enim ducit ad scientiam veritatis» \ et sic magnus vocabitur in regno coelorum *(Mtt.* V, 19); nam doctrina sacra est doctrina *vitae,* quae ideo prius debet esse viva in docente ut ex vita vitam docendo generet in addiscente.

Unde Pius XI: «quis, inquit, Christo lesu similitudine proprior, quam qui doctrinam de fide et moribus divinitus ad nos allatam *in sucum et sanguinem converterit»?2.*

Et alibi: «intimam, ait, Dei notitiam sola scientiae perveâigatione nullus asseqitur, *nisi etiam cum Deo coniunctissime vivat»3.*

156. β) *Secunda conditio* est quod has veritates iam contemplatas et vivas, aliis *tradat per doctrinam modo convenienti propositam.* Quod quidem exigit ex una parte quod adaptetur conditioni addiscentium, at ex alia debet esse conformis ipsi veritati divinae quae docetur.

157. Ergo *relate ad addiscentes* debet esse simul sensibilis et intelligibilis, ut ex sensibilibus manuducatur discipulus ad intelligibilia.

Sensibilis quidem seu graphica, ut aiunt, proponendo exempla sensibilia, similitudines vel analogias, oppositiones vel contrarietates et alia huiusmodi, et effectus earum 4; quo in sensu docet S. Thomas quod magister debet, «abundare exemplis et cognitione effectuum, per quos interdum oportet manifestare causas»5.

Simul tamen et maxime debet esse *intelligibilis,* hoc est, ordinata et ostendens ordinem obiectivum conclusionum inter se et cum principiis, quod est proprie loquendo *demonstrare,* et hoc modo ille qui docet demonstrando «auditorem

1 *In Mtt.,* cap. V, n.° 4 in fine, ed. cit., p. 81 a.

2 Epistola Apostolica *Unigenitus Dei Filius,* die 19 Martii 1924· A. A. S., 1924, p. 139·

' Encyclica *Studiorum ducem,* dic 29 inuii 1923· A. A. S., 1923j P- 3r5-

1 1,117, i.

1 I-II, in, i.

scientem facit» secus «non facit in eo scientiam, sed forte opinionem vel fidem»[1] in verbis magistri.

158. At ex alia parte modus docendi debet esse *omnino conformis cum veritate quae docetur*, non eam diminuendo vel deturpando. Quia ergo veritates theologicae sunt altissimae et difficillimae et omnem sensum naturalem transcendentes, non debent trahi ad inferiora, sed per inferiora debet fieri gressus ad superiora, transcendendo omnia sensibilia et naturalia. «Uti ergo possumus in divinis sensu et imaginatione [et ratione naturali], sicut *principiis* nostrae considerationis [instrumentaliter tantum], *sed non sicut terminis,* ut scilicet talia iudicemus esse divina qualia sunt quae sensus et imaginatio [et ratio naturalis] apprenhedit»[3], sed haec omnia debemus omnino transcendere. Itaque docens theologiam plus conari debet ad elevandum discipulos usque ad Deum quam ad naturalizandum Deum usque ad ipsos.

159. Postremo, quantum ad *formulas dogmaticas et theologicas,* debet quoad fieri potest, adhibere eas quibus utuntur Scriptura et Ecclesia, et vitare profanas vocum novitates, secundum illud Ioannis a S. Thoma: «non est levius, sed prae omnibus ponderosius in materiis theologicis fundamentum alicuius sententiae, quae se conformat modo loquendi Patrum»[4].

B. *Ex parte addiscentis*

160. Addiscens theologiam moralem debet esse donatus magno spiritu fidei et pietatis, quo principia theologiae accipiuntur; nam principia scientiae non docentur, sed per se nota supponuntur vel accepta divinitus per revelationem.

1 1,117,1-

2 *De Verit.,* q. **u,** a. i.

5 *In Boetium De Irinitate,* q. 6, a. 2. [Cf. *In librum Dionysii de divinis nominibus,* cap. 1, lect. 3; et cap. *η,* lect. 1.]

4 *Cursus Theologicus, in I P.,* disp. 9, a. 3, n.° 13, ed. Solesmensis, L II. p. 69 a. Paris. 1934. [Cf. S. Thomam, *De divinis nom.,* c. 2, lect. 1; ***II*** *Sent.,* d. 42. 2, 2, qla. 3, ad. 1; *De Verit* 3, 3; De Pol 9, 9. ad 7].

Ideo ergo discipulus debet habere circa haec principia eundem spiritum ac magister. Unde Pius XI: «iuvenibus..., ait, ne in amplo humanarum divinarumque rerum campo frusta versentur, *spiritus fidei est in primis alendus* qui, si quidem debilitetur, iam ii nequent veluti obtusa oculorum acie, in supernaturalia vera introspicere» h

Et alibi: «huiusmodi scientia eo perfectior in quopiam sit oportet, *quo is fidei documenta melius calleat simulque pleniorem aptioremque philosophandi facultatem habuerit»* 2.

Quo fiet, sicut optime animadvertit Suarez: «ut et pietas a veritate fulciri, et veritas possit pietatis dulcedine utilius investigari, Est enim sine veritate pietas imbecilla, et sine pietate veritas sterilis et ieiuna»[3].

Addiscuntur autem proprie loquendo conclusiones per demonstrationem. Ideo ergo conditiones addiscentis reducuntur ad duas fundamentales, quarum prima est respectu modi seu methodi, alia respectu materiae addiscendae.

161. a) Ergo, quantum ad *modum addiscendi,* necesse est quod habeat spiritum *docilitatis seu disciplinabilitatis,* ita scilicet quod tantum certitudinis et evidentiae quaerat in Theologia morali quantum in ea dari potest, nec plus nec minus. Ut enim egregie docet S. Doctor, «auditor bene disciplinatus non debet maiorem certitudinem requirere nec minori esse contentus quam sit conveniens rei de qua agitur; propinquum enim peccatum esse videtur, si aliquis acceptet aliquem mathematicum persuassionibus rhetoricis utentem, et si expetat a rhetorico demonstrationes certas, qualis debet proferre mathematicus. Utrumque enim contingit ex hoc quod non consideratur modus conveniens materiae; nam Mathematica est circa materiam, in qua invenitur omnimoda certitudo; Rhetorica autem negotiatur circa materiam civilem, in qua multiplex variatio accidit»[4].

1 Littera Apostolica, *Unigenitus Dei Filius,* die 19 martii 1924, A. A. S., 1924, p. 145.

2 Encyclica *Studiorum ducem,* die 29 iunii 1923. A. A. S., 1923, P· 3χ7·

' Suarez, *in **III** P. [De Mysteriis vitae Christi],* ad Lectorem, p. VI, «i· dt, t. 19.

4 *In **I** Ethic.,* lect. 3, n.° 36.

162. Itaque non debet quaerere a Theologia morali certitudinem et evidentiam naturalem seu philosophicam, neque etiam eundem modum procedendi ac in Philosophia morali, a qua toto genere differt, ut ex dictis patet; sed debet quaerere evidentiam et certitudinem theologicam, non tamen eodem omnino modo sicut in Dogmatica, quae maxime versatur circa materiam necessariam et aeternam, sed sicut in materia contingenti supematurali. Maior ergo *certitudo* quam in Philosophia morali, sed minor *evidentia consequentis,* cum maiori *evidentia consequentiae.*

163. β) Quantum vero ad *materiam circa quam* immediate versantur demonstrationes et conclusiones theologicae morales, debet addiscens esse expertus experientia propria seu personali vel saltem instructus experientia aliena per cognitionem historiae humanorum actuum. «Nullus enim potest bene iudicare nisi ea quae novit; omnis autem auditor oportet quod bene iudicet de his quae audit, ut scilicet dicta recipiat, non autem ea quae *male* dicuntur; ergo oportet quod nullus sit auditor conveniens nisi habeat aliquam notitiam eorum quae debet audire» K

164. Materia autem moralis, cum sit actus humanus qui singularis est et circa singularia versatur, non est cognoscibilis a priori, sed a posteriori per experientiam, quae singularium est. Ideo ergo addiscens Theologiae moralis debet esse expertus in actibus humanis naturalibus et maxime supematuralibus, tum per se, tum saltem per alios ex historia sacra et ex hagiographia. Unde S. Thomas docet quod ille, «qui vult esse sufficiens auditor scientiae noralis», debet esse «manuductus et exercitatus in consuetudinibus humanae vitae, id est, de bonis exterioribus et iustis, idest de operibus virtutum et universaliter de *omnibus civilibus,* sicut sunt leges et ordines Politicarum et si qua alia sunt huiusmodi»2.

165. Debet ergo candidatus Theologiae moralis bene cognoscere ius civile et praesertim ius canonicum, quibus plures actiones immediate regulantur quae de se indifferentes erant. Unde Melchior Canus optime ait «canonici iuris cognitionem theologo esse pernecessariam» utpote sine qua «non habebit theologiae officinam satis instructam» et multa nimis ei deerunt ad usus theologiae necessarios x.

166. Insuper et historiam sacram et hagiographiam, quia, ut ait Tullius, historia est «testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, *magistra vitae»2.* Nam «Sacrae Scripturae non solum praecepta Dei continent, sed etiam *vitam moresque iustorum ut,* si forte ocultum est quemadmodum accipiendum sit quod praecipitur, *in factis iustorum intelligatur»3.*

Art. 3.— De divisione theologiae moralis

167. Divisio Theologiae moralis sumenda est ex propria natura, hoc est, ex proprio eius obiecto, quia natura et species scientiae tota sumitur ex obiecto ipsius. Non tamen ex obiecto formali *quo,* quia hoc est unum et unicum ideoque indivisible, sed ex obiecto terminativo seu materiali, quod multiplex esse potest.

168. Hoc autem obiectum est duplex, nempe obiectum principale seu formale *quod,* quod est per se primo terminativum et per se secundo motivum, et obiectum secundarium seu mere terminativum, quod est obiectum mere materiale. Et quidem primo considerandum est obiectum formale *quod* et deinde obiectum materiale, quia hoc non est scibile formaliter nisi per illud.

169. Atqui obiectum terminativum Theologiae moralis est ordo moralis supematuralis, hoc est, actuum humanorum supernaturalium in Deum sub ratione propria deitatis; in quo quidem ordine Deus ipse se habet ut finis ultimus

In I Ethic., lect. 3, n.° 38.
In I Ethicor., lect. 4, n.° 53.

1 Melchior Canus, *De Locis theologocis,* lib. VIII, cap. 6, nis. 1 et 2, ticit., t. II, pp. no-Hl. [Cf. I. A. Zeiger, S. I., *De mutua inter Theol. mralem et Ius Canonicam habitudine* («Periodica de re morali, can., liturgica*, Si (i942)j 333-345)·]
' *De Oratore,* lib. II, cap. 9, ed. cit., t. I, p. 311-312.
1 S. Augustinus, *De Mendacio,* cap. 15, n.° 26. ML. 40, 506.

et proprius, dum actus humani se habet ut media ad finem; finis autem in operabilibus se habet ad media sicut in speculabilibus se habent principia propria ad conclusiones; imo in operabilibus finis est principium non solum actionis, sed etiam ratiocinationis, quia a fine incipimus ratiocinari de his quae sunt ad finem, dum in speculabilibus seu demonstrativis non attenditur principium actus, sed ratiocinationis tantum, quia in eis non sunt actiones, sed solum demonstrationes et ideo finis se habet ut formale *quod* relate ad media quae sunt obiectum mere materiale [1]. Ergo tota Theologia moralis dividenda est in duos tractatus principales, nempe in tractatum de fine ultimo supematurali et in tractatum de mediis ad ipsum, quae sunt actus humani supematurales vel salutares.

170. Et quidem primo loco agendum est de fine ultimo, tum quia habet rationem principii relate ad actus humanos, qui rationem habent conclusionis; tum quia finis respectu mediorum habet rationem formae seu rationis formalis, nam «*ratio* eorum quae sunt ad finem, a fine sumitur»[3], et prius considerari debet forma quam materia; tum denique, quia in processu proprio theologico prius considerandum est de Deo et postea de aliis praeter Deum [4]. Deus autem ipse habet rationem finis ultimi totius humanae vitae supematuralis.

Et ita revera processit S. Doctor in sua parte morali Summae Theologicae, ubi de fine ultimo loquitur per quinque priores quaestiones [5], et de mediis ad ipsum seu de actibus humanis per sequentes quaestiones usque ad finem [6].

171. Sed rursus Theologia moralis, ut ex dictis patet, est scientia mediate practica, quae idcirco, quatenus *scientia,*

1 *In II Physicor.,* lect. 16, n.° 5.
Scnptum super I Sent., d. 45, a. 2 ad 1.—«Finis comparatur ad id quod ordinatur ad finem *sicut forma ad materiam** (I-II, 4. 4).—Vide etiam I-II, 12, 4.
3 *In II Physicor.,* lect, 4, n.° 7.
4 *II Contra Gentiles,* cap. 4.
5 I-II,ï-5-
6 I-II, 6-114 et tota II-II.

debet propriam materiam considerare in universali; sed quatenus *mediate practica,* eandem considerare debet in particulari, non quidem particularitate mere individual!, quia hoc expectat ad virtutem prudentiae, sed particularitate specifica, hoc est, descendendo usque ad species atomas proprii obiecti. Consequenter tum finem ultimum seu obiectum primarium, tum actus humanos debet dupliciter considerare: uno modo, in universali seu generaliter; alio modo, in speciali seu quantum ad propriam speciem atomam.

172. Et vere hoc modo utramque materiam consideravit S. Doctor. Nam finem ultimum dupliciter considerat: primo, in universali seu in abstracto, sub ratione universali finis ultimi communis omni creaturae *; secundo, in speciali seu in concreto, sub speciali ratione beatitudinis supernaturalis, secundum quam Deus est proprius finis creaturae rationalis[2].

Similiter, media seu actus humanos bifarie considerat: primo, in genere seu universali[3]; secundo, in particulari, hoc est, secundum species atomas seu specialissimas eorum[4].

173. Et in utroque tractatu prius considerat obiectum suum in universali quam in speciali, duplici de causa: prima, ex nostro connaturali modo intelligendi, quo procedimus a potentia ad actum seu ab imperfecto ad perfectum, hoc est, a cognitione confusa ad cognitionem distinctam; cognitio autem rerum in universali se habet ad earum cognitionem in speciali sicut cognitio confusa et adhuc potentialis ad cognitionem distinctam et actualem seu explicitant [5]; secunda, ad vitandas repetitiones inutiles et frequentes, quae fastidium et confusionem generant in animis auditorum [6],

1 I-II, i.
I-II, 2-5.
I-II, 6-114.
II-II, per totum.
In I Physicor., lect. 1, nis. 5-11.
Summa theol., prolog.

nam oporteret quod «in singulis id quod est commune repeteretur» x.

174. Quae cum ita sint, apparet S. Doctorem iura omnium simul ac perfecte salvare: Theologiae *ut sic,* incipiendo *a Deo;* Theologiae *ut nostrae,* secundum quod adhuc *viatores* sumus, procedendo *ab universalibus ad minus universalia;* Theologiae *ut moralis, descendendo ad specialia;* Theologiae *ut suscipiendae ex parte addiscentium, vitando* frequentes et inutiles *repetitiones.*

l *In De Generatione et Corruptione,* **prooem, n.°** *2; In* ***I*** *De anima* **lect. i, n.° 1; II-II, prolog.**

PROLEGOMENUM SECUNDUM

INTRODUCTIO SPECIALIS IN TRACTA-TUM DE HOMINIS BEATITUDINE

175. Acturi ergo de hominis beatutidine, utile videtur quaedam breviter praelibare de momento, de difficultate ac de divisione considerationis huius. Ut enim scite animad-vertit, S. Thomas, «qui facit prooemium, *tria* intendit: /mo, ut auditorem reddat benevolum; *secundo,* ut reddat docilem; *tertio,* ut reddat attentum. Benevolum quidem reddit, ostendendo utilitatem scientiae; docilem, praemit-tendo ordinem et distinctionem tractatus; attentum, attes-tando dificultatem tractatus» \

l Comment, in I De Anima **[reportatio Reginald! de Piperno], lecU b n.°** *2,* **ed. Pirotta, O. P. Taurini, 1925.**

CAPUT PRIMUM

MOMENTUM TRACTATUS DE HOMINIS BEATITUDINE

176. Quanti sit momenti tractatus de hominis beatitudine in re cum philosophica tum theologica ita omnibus perspicuum est, ut pluribus efferri non egeat. Nonnulla tamen innuere non pigebit.

Art. i.— Momentum eius in re philosophica

177. *In disciplinis quidem philosophicis;* nam, ut eleganter scribit Ludovicus Granatensis, «philosophi olim, qui se humanae vitae magistros profitebantur, nulla in re maiori studio elaboraverunt quam ut intelligerent qua in re felicitas et ultimus finis, hoc est, summum hominis bonum situm esset; intelligebant enim, ignorato fine, nihil in vita constitui recte posse; eo autem explorato, facile esse homini actiones suas omnes ad eum finem, tanquam ad scopum, dirigere» \

178. Sane, *beatitudo est anima totius Philosophiae simulae fastigium totius speculationis rationalis et supremum prindpiitm totius ordinis moralis naturalis.*

179. *Est motivum supremum philosophandi,* quia beatitudo consistit in possessione veritatis universalis, cuius cognitio

1 Ludovicus Granatensis, O. P., *Candido Lectori,* in editione *Compendii Spintualis Doctrinae* Bartholomaei de Martyribus. Parisiis, 1601. Idem docet in opere celeberrimo *Introducciôn del Simbolo de la Fe,* I. P., cap. 1, ed. J. Cuervo, O. P., t. V, p. 23. Madrid, I9°8.

est finis totius philosophiae \ sicut est finis intellectus humani, qui eam appetit «sicut materia formam»[1].

180. Et vere, ut S. Augustinus ait, «ipsum nomen philosophiae si consideretur, rem magnam totoque animo appetendam significat, siquidem philosophia est amor studiumque sapientiae»[3]: sapientia autem «mihi videtur esse rerum humanarum divinarumque, *quae ad vitam beatam pertineant,* non scientia solum, sed etiam *diligens inquisitio»*[4], qua «ardenter et instanter», «totis animae viribus» eam diligamus et perquiramus [5]; hoc enim significat *studium,* scilicet «animi assidua et vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio»[6]. Est ergo béatitude «philosophiae portus»[7], quo omnes recte philosophantes appellere nituntur, et «propter quam omnium philosophorum invigilasse ac laborasse videtur industria»[8]; «quandoquidem nulla est homini causa philosophandi nisi ut beatus sit»[9]. Unde et eloquenter concludit: «communiter omnes philosophi studendo, quaerendo, disputando, vivendo appetiverunt apprehendere vitam beatam: haec una fuit causa philosophandi»[10].[11] Quod si quis beatitudinem non quaereret, eo ipso a philosophia excidit: «quamobrem, quae nullum boni finem sectatur, nulla philosophiae secta dicenda est» u. lure igitur Tullius, a quo S. Augustinus tam vehementer concitatus est ad philosophandum, scribit: «omnis summa philosophiae ad beate vivendum refertur, idque unum expetentes homines se ad hoc studium contulerunt»[12].

1 *In II De Coelo et Mundo,* lect. 18, n.° 4 in fine.
2 *In I Metaph.,* lect. 1, nis. 2-4.
3 *De Moribus Ecclesiae Catholicae,* lib. I, cap.. 21, n.° 38. ML. 32, 1327.
* *Contra Academicos,* lib. I, cap. 8, n.° 23. ML. 32, 917.
5 *De Trinitate,* lib. IX, cap. 12, n.° 18. ML. 42, col. 972; *De maribus Ecclesiae Catholicae,* lib. I, cap. 17, n.° 31. ML. 32, 1324.
8 Tullius Cicero, *De Inventione Rhetorica,* lib. I, cap. 25, ed. 1.1, p. 28.
7 S. Augustinus, *De beata vita,* n.° 1. ML. 32, 958.
8 *De Civitate Dei,* lib. VIII, cap. 3. ML. 41, 226.
9 *Ibid.,* lib. XIX, cap. 1, n.° 3. ML. 41, 623.
10 *Sermo 1*50, cap. 3, n.° 4. ML. 38, 809.
11 *De Civitate Dei,* lib. XIX, cap. 1, n.° 3. ML. 41, 623.
12 *De Finibus,* lib. II, cap. 27, ed. cit., t. II, p. 163'

Quam doctrinam S. Thomas conceptis verbis approbat suamque facit \ Quin etiam vel ipse Kant exoptat ut haec idea Philosophiae conservetur[2].

181. Est etiam *culmen totius speculationis et actionis philosophicae.* Nam «cum studium sapientiae in actione et contemplatione versetur, unde una pars eius activa, altera contemplativa dici potest, quarum activa ad agendam vitam, id est, ad mores instituendos pertinet, contemplativa autem ad conspiciendas naturae causas et sincerissimam veritatem» [3], in utraque parte quaestio de beatitudine primatum tenet. Equidem philosophiae «duplex quaestio est: una de anima, altera de Deo; prima efficit ut nosmetipsos noverimus, altera ut originem nostram; illa nobis dulcior, ista carior; illa nos dignos beata vita, beatos haec facit; prima est illa discentibus, ista iam doctis»[4].

In his duabus quaestionibus tota philosophia consistit: «Deum et animam scire cupio. Nihil plus? — Nihil omnino» [5]: — «noverim me, noverim te» [6].

182. Et sane, cum beatitudo sit ultimus finis, eius consideratio est terminus ultimus speculationis philosophicae. Si enim finis est causa causarum, ultimus finis est suprema ratio causalis quarumcumque causarum; et ideo consideratio ultimi finis est maxime propria Sapientiae seu Primae Philosophiae [7]. Et cum Deus sit non solum Prima Causa efficiens omnium rerum, verum et praecipue ultimus finis totius universi, tota philosophia speculativa ordinatur ad cognitionem Dei sicut ad finem, quae ideo est supremum fastigium speculationis naturalis[8]. Et ratione huius ordinationis ad

1 *In Boetium De Trinitate,* q. 5, a. 1 ad 4.
2 *Kritik der praktischen Vernunf,* versio hispana E. Minana et M. Morente, I P., lib. II, cap. 1, p. 200. Madrid. 1913.
2 S. Augustinus, *De Civitate Dei,* lib. VIII, cap. 4. ML. 41, 228.
4 S. Augustinus, *De Ordine,* lib. II, cap. 18, n.° 47. ML. 32, 1017.
* S. Augustinus, *Soliloq.,* lib I, cap. 2, n.° 7. ML. 32, 872.
* *Ibid.,* lib. II, cap. 1, n.° 1. ML. 32, 885.
' *I Contra Gentiles,* cap. 1; *XI Metaph.,* lect. 1, n.° 2156; *XII Metaph.,* lect. 12, nis. 2629-2630: *I Ethicor.,* lect. 2, n.° 31; II-II, 47i 2 corP·
8 *Scriptum super I Sent.,* prolog., a. I.; *I Contra Gentiles,* cap. 4; *In Bcitium De Trinitate,* q. 3, a. 1.

naturalem beatitudinem, singulae scientiae speculativae sunt totidem participationes — pro modo et gradu attingendi veritatem — perfectae beatitudinis L Itaque speculatio philosophica non est perfecta et consummata in suo genere, usque dum resolvatur in cognitionem obiecti beatificantis. Unde illud poetae: «felix qui potuit rerum cognoscere causas»[1].

183. Quod autem ultimus finis humanae vitae *sit supremum principium et norma totius ordinis moralis,* ex supra dictis patet [3]. Et quia «principium videtur esse plusquam dimidium totius»[4], ideoque «multum auxilium confert ad totam vitam humanam»[5], «maxime oportet ipsum bene determinare» [6]; panus enim error in optimo principio magnus et pessimus in fine [7]. Quod si nonnullis aliquando profuit errare in via pedum, nulli tamen unquam profuit errare in via morum, ut lepide aeque ac profunde dicit S. Augustinus [8].

Ergo «cuilibet in beatitudinem tendenti necessarium est cognoscere in quibus beatitudinem quaerere debeat et qualiter» [9]. Haec est summa quaestio totius philosophiae et totius humanae vitae: «in genere humanorum actuum *causa altissima* est finis communis toti humanae vitae»[10].

1 I-II, *3,* 6.

2 Virgilius, *Georg.,* lib. II, v. 490, ed. H. Goelzer, Collect. G. Budé, p. 86. Paris, 1925. Vide S. Augustinum, *Enchiridion,* cap. 16, n.° 6. ML. 40, 239.

3 Unde Leo XIII docet: «de officiis loquimur, quae *a naturali honestate* ducuntur.—Mundi enim opifex idemque providus gubernator Deus; lex aeterna naturalem ordinem conservari iubens, perturbari vetans; *ultimus* hominum *finis* multo excelsior rebus humanis extra haec humana hospitia constitutus, *hi fontes,* haec *principia sunt totius iustitiae et honestatis** (Encycl. *Humanum genus,* die 20 aprilis 1884. *Acta Leonis XIII,* edit La Bonne Presse JParis, s. a., t. I, p. 256).

4 *In I Ethicor.,* lect. 11, n.° 138.

5 *Ibid.,* lect 2, n.° 23.

8 *Ibid.,* lect. 12, n.° 139.

7 *In I De Coelo et Mundo,* lect. 9, n.° 4; II-II, 47, 1 ad 3; *De ente et essentia.,* prolog., ed. L. Baur, p. 11, Münster in Westf., 1926.

8 *Enchiridion,* cap. 17, n.° 5, ML. 40, 239.

9 *In Boetium De Trinitate,* q. 3, a. 1 ad 1.

184. Quod vel ipsi philosophi gentiles eloquenter tradiderunt: «Facit igitur Lucius noster *prudenter* —ait Tullius— qui audire de summo bono *potissimum* velit. Hoc enim *constituto in philosophia, constituta sunt omnia.* Nam ceteris in rebus sive praetermissum sive ignoratum est quidpiam, non plus in commodi est quam quanti earum rerum est in quibus neglectum est aliquid: *summum autem bonum si ignoretur, vivendi rationem ignorari necesse est. Ex quo tantus error consequitur ut, quern in portum se recipiant, scire non possint.*

Cognitis autem rerum *finibus,* cum intelligitur quid sit et bonorum extremum et malorum, inventa est vitae *via* conformatioque vitiorum» L «Nam *omnis ratio vitae* definitione summi boni continetur», de qua qui errant, de omni ratione vitae errant[2].

Sicut ergo «nemo, quanvis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam constet quid velit pingere», et qui sagittam vult mittere scire debet quid petat ille, et ignoranti quem portum petat nullus suus ventus est, ita nemo disponet singula nisi cui iam vitae suae summa proposita est[3]. «Decernatur itque et *quo* tendamus et *qua»,* et primo quidem «quid sit quod appetamus, *tunc* circumspiciendum *qua* contendere illo celerrime possimus»[4]; ita ut «quotiens quid fugiendum sit aut quid petendum voles scire, ad summum bonum et propositum totius vitae tuae respice: illi enim consentire debet quidquid agimus»[5].

185. Iure igitur cum Tullio concludere possumus «duo esse haec *maxima* in philosophia, indicium *veri* et finem *bonorum;* nec sapientem posse esse qui aut cognoscendi *initium* ignoret aut *extremum* expetendi ut, aut *unde* proficiscatur aut *quo* perveniendum sit, nesciat: haec autem habere dubia his ita confidere ut moveri non possint, abhorrere a sapientia plurimum»[6].

Tullius Cicero, *De Finibus,* lib. V, cap. 6, ed. cit., t. II, p. 251.
Tullius Cicero, *II Academicorum,* cap. 43, ed. cit., t. II, p. 71.
Seneca, *Epist. 71,* nis. 2-4, ed. Teubner, Lipsiae, 1872, t. III, p. 163.
Seneca, *De Vita beata,* cap. 1, nis. 1-2, ed. cit., t. I, p. 140.
Seneca, *Epist. 71,* n.° 2, ed. cit., t. III, p. 163.
Tullius Cicero, *II Academicorum,* cap. 9, ed. cit., t. II, p. 21.

Art. 2.— Momentu huius tractatus in re theologica

186. Sed momentum tractatus de hominis beatitudine *principaliter apparet in disciplinis theologicis.*

Est enim *beatitudo supematuralis propria ratio essendi totius Theologiae sacrae, apex et consummatio totius scientiae theologicae ac primum principium totius ordinis moralis supernaturalis.*

187. *Est motivum et ratio prima essendi totius Theologiae,* quia tota Theologia sacra pendet ex revelatione supernatural! sicut ex proprio principio \ lam vero ratio seu causa adaequata cur supematuralis revelatio sit nobis simpliciter et absolute necessaria, est *«quia* Deus ex infinita bonitate sua, ordinavit hominem ad *finem supernaturalem,* ad participanda scilicet bona divina, quae humanae mentis intelligentiam omnino superant, si quidem oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus iis qui diligunt illum»2. Finem enim oportet esse praecognitum hominibus qui suas intentiones et actiones debent ordinare in finem; qui tamen, utpote simpliciter supernaturalis, cognosci non potest nisi Deo revelante3. Quia ergo Deus destinavit hominem ad beatitudinem supernaturalem, cognitionem supernaturalem eius dedit ei per revelationem, quazm *fide* suscipimus 4, *quae radix est totius scientiae Theologcae.*

188. Est *ultima consummatio et resolutio totius Theologiae: tum* quia beatitudo supematuralis consistit in visione faciali et intuitiva divinae essentiae seu deitatis, quae est obiectum formale *quod* Theologiae, et omnis scientia consummatur in visione quidditativa proprii obiccti; — *tum* etiam quia Theo-

1 Gregorius IX, Epist. *Ab Aegyptiis,* ad theologos parisienses, Denz., nis. 442-443; Conc. Vaticanum, Denz., n.° 2120; Pius X, Encycl. *Communium rerum,* dic. 2i aprilis 1909, Denz., n.° 2120; S. Thomas, *Summa theol.,* I> i, 7·

3 Concilium Vaticanum, Denz., n.° 1786.

3 I, q. i, a. 1; Conc. Vaticanum, Denz., n.° 1795.

4 Concilium Vaticanum, Denz., n.° 1789.

logia nostra est scientia subalternata scientiae Dei et beatorum, quae essentialiter est scientia beatifica, et ultima perfectio scientiae subaltcrnatae consistit in resolutione eius in scientiam subalternantem evidenter perspectam et non solum creditam \ ut possit habere *statum* scientiae2. Et hac de causa omnis cognitio supematuralis viae, sive per fidem theologicam, sive per dona Spiritus Sancti, sive per scientiam theologicam stricte dictam, dicitur inchoatio quaedam, praelibatio vel anticipatio vitae aeternae in nobis, quae est beatitudo supematuralis, ad quam tota Theologia ordinatur 3.

Sicut ergo caritas, cum sit essentialiter amicitia quaedam ad Deum, quae postulat praesentiam amici, erit in statu suo connatural! in patria; — ita etiam Theologia sacra, cum sit essentialiter scientia, quae evidentiam exigit, solum erit in suo statu connatural! et perfecto quando in visionem facialem Dei transformabitur, evacuata obscuritate fidei.

189. Quin immo et in Theologia nostra viatorum, ex consideratione ultimi finis supematuralis magna pars intelligentiae et explicationis dogmatum trahitur, quae maxime pendet «e mysteriorum ipsorum *nexu* inter se et *cum fine heminis ultimo»4.*

Revera, omnia opera Dei ad extra, cum naturalia tum supematuralia, ordinantur ad beatitudinem supernaturalem .reaturis rationalibus conferendam. Et sic, ex fine ultimo supernatural! intelligentur et explicantur opera creationis et elevationis et redemptionis et iustificationis, quae natura sua ordinantur ad opus glorificationis; eoque ipso explicatur etiam providentia et gubernatio divina supematuralis, quae -St ratio transmissionis creaturae rationalis eiusque exeeutio

1 Cf. I, q. i, a. 2.

' Caietanus, *In II-II,* 1, 5, n.° 2.

' I, I, 4; I-II, 69, 2; II-II, 4, i, Unde et in Universitate Salmanticcnsi, 5uPta portam Aulae Theologiae habetur sequens inscriptio: «Theologiae -aerae qua, rerum divinarum cognitione hominum mentes imbutae, terrena spiciant, coelum votis petant, *beatamque iam nunc incipiant vivere vitam.*»

* Concilium Vaticanum, Denz., n.° 1796.

in finem vitae aeternae 1. Unde et Concilium Tridentinum docet quod causa finalis iustificationis est «gloria Dei et Christi ac vita aeterna» seu beatitudo a. Haec autem omnia maiorem partem continent Theologiae sacrae.

190. Est etiam beatitudo supernaturalis *supremum principium et prima regula totius ordinis moralis supernaturalis.* Ut enim eleganter et profunde docet Leo XIII, «*Deum spectare atque ad ipsum contendere, suprema lex est vitae hominum* qui, ad imaginem conditi similitudinemque divinam, natura ipsa ad auctorem suum potiundum vehementer incitantur» 3. «Atque hanc omnino esse humanae constitutionem vitae, *hanc legem supremam, huc* tanquam ad finem omnia referenda: ut a Deo profecti, *ad Deum aliquando revertamur.* Ex hoc initio et fundamento recreata revixit conscientia dignitatis humanae, sensum fraternae omnium necessitudinis excepere pectora: tum officia et iura, id quod erat consequens, partim ad perfectionem adducta, partim ex integro constita simulque tales excitatae passim virtutes, quales ne suspicari quidem ulla veterum philosophia potuisset. Quamobrem consilia, actio vitae, mores, in alium abiere cursum: cumque Redemptoris late fluxisset cognitio, atque in intimas civitatum venas virtus eius, expultrix ignorantiae ac vitiorum veterum promanasset, tum ea est conversio rerum consecuta quae, Christiana gentium humanitate parta, faciem orbis terrarum funditus commutavit» 4.

Et Pius XI magnis laudibus S. Augustinum extollit eo quod vehementer elaboravit «ut mortales omnes perdiscerent persuasumque haberent quis esset idemque *supremus sibi praestitutus finis* quaeque unice ad veri nominis beatitudinem sibi via muniretur». Adductoque effato celeberrimo: fecisti

1 1,23, i-
2 Denz., n.° 799.
3 Encyclica *Sapientiae Christianae,* die 10 ianuarii 1890. *Acta Leonis XIII,* ed. dt., t. II, p. 262.
Encyclica *Tametsi futura prospicientibus,* die 1 novembres 1900. *Acta,* ed. dt., t. VI. p. 152.

nos, Domine ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in tc, subiungit «haec verba *totius summam sapientiae complectere»* \ Unde et alibi concludit: «quaelibet *doctrina* atque *institutio,* perinde ut *omnis* hominum *actio, ex ultimo fine necessario pendet»*2.

1 Encyclica *Ad salutem humani generis,* die 20 aprilis 1930. A. A. S., 1930, p. 207-208.
I Encyclica *Divina illius Magistri,* die 31 decembri 1929. A. A. S., 1930, p. 54.

CAPUT SECUNDUM

DIFFICULTAS TRACTATUS DE HOMINIS BEATITUDINE

191 Sed *haec quaestio tam difficilis est quam momentosa.* Xam determinato de vera hominis beatitudine naturali, supponit praeviam eamque certam et probatam cognitionem exsistentiae Dei personalis ab homine et mundo distincti eiusque providentiae super omnes res actionesque humanas, ac insuper spiritualitatis ac immortalitatis animae nostrae eiusque originis a Deo per creationem; tunc enim solum scire possumus nostram beatitudinem naturalem in solo Deo naturaliter cognito et amato consistere, et quidem post hanc vitam mortalem.

At haec omnia, historia philosophiae teste, nullus philosophorum perfecte cognovit, cum tamen, ut ex supra dictis patet, toto suo conatu in hanc quaestionem solvendam incubuerint; quia et ea multa, quae praerequiruntur cognoscenda, *non est facile scire* \ imo et quaedam impossibile est scire, nam «felicitas alterius vitae —etiam naturalis— *omnem investigationem rationis excedit*» 2. «Et hoc etiam —addit S. Doctor— aperte ostenditur ex ipsis philosophis, qui per viam rationis finem humanae vitae quaerentes et modum perveniendi in ipsam non invenientes, in errores multiplices et turpissimos inciderunt, adeo sibi invicem dissentientes ut

1 S. Thomas, *In Boetium De Trinitate,* q. 3, a. 1 ad 3.
1 *In I Ethicor.,* lect. 9, n.° 113.

vix duorum aut trium esset de his per omnia communis una sententia» *.

Quod singillatim ostendit in III Contra Gentiles, cap, 23-48; et post hanc longissimam discussionem, concludit: «in quo satis apparet *quantam angustiam* patiebantur hinc inde eorum praeclara ingenia. A quibus *angustiis* liberabimur si ponamus..., hominem ad veram felicitatem post hanc vitam pervenire posse, anima hominis immortali exsistente»[1]

192. Et inde *moralis necessitas revelationis harum veritatum naturalium* 3;* «ut ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint»; eo vel magis quod, de facto, homo evectus est ad ordinem supernaturalem et destinatus ad supernaturalem beatitudinem. Quo in sensu Auctor opusculi, *Expositio in Symbolum Apostolorum,* quod inter opuscula S. Thomae circumferri solet, plastice ait quod «*nullus philosophorum ante adventum Christi cum toto conatu suo* potuit tantum scire de Deo et de necessariis ad vitam aeternam, *quantum post adventum Christi scit una vetula per*

193. Et *multo maior est difficultas relate ad beatitudinem supernaturalem,* quam «oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit» *(I Cor.,* II, 9), atque ideo nonnisi revelata divinitus innotescere nobis potest. Imo, cum sit mysterium supematurale in Deo absconditum, suapte natura intellectum creatum sic excedit, ut etiam revelatione tradita et fide suscepta, ipsius tamen fidei velamine contecta et quadam quasi caligine obvoluta manet, quandiu in hac vita peregrinamur a Domino 5.

194. Soli ergo beati adaequate sciunt quid est beatitudo supernaturalis; at viatores theologi magna cum difficultate et

1 *In Boetium De Trinitate,* q. 3, a. 1 ad 3.

/// *Contra Gentiles,* cap. 48.—Videatur etiam Encyclica *Aeterni Patris,* die 4 augusti 1879. *Acta Leonis XIII,* ed, cit. L I, pp. 54-56.

3 Concilium Vaticanum, Denz., n.° 1786.

1 Opusculum *Expositio tn Symbolum Apostolorum,* cap. 1, ed. Vives. L XVII, p. 203.

5 Concilium Vaticanum, Denz., n.° 1796.

arduitate possunt aliqualem eius notitiam internam sibi procurare, et, cum aliis explicare pertentant, quasi balbutientes potius quam expedite loquentes, mysterium hoc altissimum reserant]; est enim beatitudo supernaturalis «vita sub Deo, vita cum Deo, vita de Deo, vita ipse Deus» clare et intuitive visus2, omnem naturalem psychologiam, etiam angelicam, transcendens, quam non licet homini loqui 3.

2 S. Gregorius Magnus, *Moral.,* lib. V, cap. 36, n.° 66. ML. 75, 715. S. Augustinus, *Sermo 297,* cap. 5, n.° 8. ML. 38 1363. *II Cor.,* XII, 4.

KHMI

CAPUT TERTIUM

DIVISIO TRACTATUS DE HOMINIS BEATITUDINE

195. Primo intuitu videretur quod hic tractatus esset dividendus secundum divisionem *propriae eius materiae,* hoc est, humanae beatitudinis. Dividitur autem humana beatitudo primo et per se, et quidem divisione formaliter theologica, in beatitudinem naturalem et beatitudinem supematuralem; nam solus theologus, ut talis, cognoscit exsistentiam beatitudinis supematuralis. Consequenter tractatus de hominis beatitudine divideretur per se in tractatum de beatitudine naturali et de beatitudine supematurali eius.

196. Et primo quidem deberet considerari beatitudo supematuralis, quae est propria et exclusiva theologi; ac dein beatitudo naturalis, qualis conveniret homini in statu naturae purae, ubi cum philosopho aliqualiter coincideret, eum tamen complendo et perficiendo ex alto divinae revelationis, eo vel magis quod philosophi deficientes inventi sunt in hac consideratione, ut paulo supra dictum est; et sic esset extensio quaedam Theologiae ad materiam difficilem philosophicam, connexam tamen cum propria materia theologica, ut eam perpoliret et iudicaret lumine suo altiori et profundiori.

197. Et hoc modo videntur concepisse rem quidam theologi, v. gr. Petrus de Godoy, qui totam materiam de hominis beatitudine dividit in duos tractatus, in quorum primo

agit de baetitudine supernatural!, et in secundo de naturali beatitudine hominis x.

198. Sed S. Thomas, qui huius distinctionis saepe meminit 1, noluit separatim agere in theologia Sacra de beatitudine hominis naturali et supernatural!, sed *de una beatitudine supernaturali tantum,* ad quam omnes homines de facto destinati sunt, eo ipso quod tota humanitas evecta est ad ordinem supernaturalem. Noluit ergo agere de beatitudine possibili et hypothetica, quae conveniret homini si conditus et relictus esset in puris naturalibus, sed de beatitudine *reali,* secundum *actualem* ordinem divinae providentiae.

Aliunde beatitudo naturalis, de qua loquuti sunt philosophi, qui ignorabant *realem* statum humanae naturae, nempe realem statum naturae *lapsae* et naturae *elevatae* et *reparatae,* non erat ex professo consideranda a theologo, cuius non est difficultates mere philosophicas solvere, sed potius notandae erant eorum angustiae et difficultates —quae revera debentur statui naturae lapsae—, ut melius suaderet exsistentiam ordinis supernaturalis et veritatem doctrinae catholicae de unica beatitudine vera et perfecta, quae est supernaturalis beatitudo.

199. Qua in re S. Thomas, pro more suo, apprime distinguens ordinem naturalem et ordinem supernaturalem, utrumque tamen amico foedere consociavit et veluti compenetravit, utens veritate philosophica partiali de beatitudine naturali eamque complens et elevans, ad maiorem illustrationem beatitudinis theologicae vel supernaturalis, quam directe intendebat explicare. Et sic, dum formaliter solvit problema de beatitudine supernaturali, eminenter solutas relinquit philosophorum et totius humanitatis anxietates et angustias. Simul ergo utrumque problema solvit, quod in re intimo nexu coniunctum est.

1 Petrus de Godoy, O. P., *Disputationes theologiae in I-II D. Thomae.* Venetiis, 1696.

2 Verbi gratia, *De Verit.,* q. 14, a. 2; q. 27, a. 2; I, q. 23, a. i; q. 62, a. i et, 4; I-II, q. 3. a. 2, ad 4 et 6; q. 109, a. 5, et alibi passim.

200. Sicut in tractatu de Deo uno simul iungit quae sola ratio naturalis de Deo scire potest cum his quae sola revelatione innotescunt —ne tractatus mancus esset, simulque ut vitarentur repetitiones inutiles—; et in aliis tractatibus, v. gr. de creatione et de gubernatione, de actibus humanis et de virtutibus, de lege et gratia, ubi de eius necessitate ad actus mere honestos et ad actus salutares simul tractat, utrosque tamen accurate distinguens, quia revera in praesenti oeconomia divinae providentiae una eademque est gratia sanans et gratia elevans. Et sicut est gratia, ita quoque est gloria seu beatitudo supernaturalis, quae simul eademque re est elevans hominem ad vitam aeternam et sanans ad omni imperfectione beatitudinis naturalis quam philosophi adumbrarunt.

201. Una igitur cum sit beatitudo vera et perfecta, quam theologus considerat, *divisio tractatus sumi debet non ex materia, sed ex modo eandem rem considerandi,* qui quidem debet esse conformis scientiae consideranti, hoc est, theologiae Morali.

Cum ergo theologia Moralis, prout a mere Dogmatica seu speculativa distinguitur, eandem rem considerare debeat et in genere et in specie, ratione dicta in *Introductione generali ad Moralem theologiam* (nn. 171-174), consequens est ut tractatum de beatitudine supernaturali hominis dupliciter consideret: primo, in genere seu in abstracto, prout rationem habet finis ultimi (q. 1); secundo, in specie seu in concreto, prout formalem et propriam rationem induit beatitudinis (q. 2-5).

202. Quantum vero ad hanc secundam considerationem, notant Salmanticenses 1 post Conradum Koellin 2, beatitudinem formaliter esse «actum secundum; medium proinde inter potentiam et obiectum; et quia ordine doctrinae et cognitionis obiectum praecedit actum et actus potentiam..., ideo D. Thomas de his tribus, scilicet de beatitudinis obiec-

1 *In I-II,* q. 2, prolog., ed. cit., t. V, p. 189 b.

1 *In h. I.,* cd. cit., p. 19 a.

to, de eius essentia una cum comitantibus et sequentibus, et de potentia sive facultate perveniendi ad illam, per quatuor sequentes quaestiones disseruit», hoc modo: de obiecto beatitudinis seu de beatitudine obiectiva (q. 2); de actu beatifico seu de beatitudine formali, tum primario seu principaliter (q. 3), tum secundario et quasi instrumentaliter (q. 4); et de potentia seu quasi facultate beatitudinem adipiscendi (q. 5).

203. Quae quidem, licet verisimilia sint et proportionata modo tractandi de virtutibus, v. gr.: de fide (II-II, 1-7), cui succedit visio beatifica, pace tantorum virorum crederim *hanc non esse germanam interpretationem textus S. Thomae.*

Primo quidem, quia actus beatificus non est nudae potentiae, sed potentiae ditatae habitu; habitus autem in ordine supematurali se habet loco potentiae, cum ab eo sit totum posse agendi supematuraliter, tum quoad substantiam operis, tum quoad modum agendi virtuosum, cui naturalis potentia subordinatur, ut in tractatu de habitibus uberius ostendetur: deberet ergo potius de habitu quam de potentia tractari, hoc est, de lumine gloriae, quod est habitus elicitivus actus beatifici, ut parallelismus cum tractatu de fide, cui succedit visio, esset completus.

Secundo, quia de potentia, cui inseritur habitus beatificus, non agit in quaestione quinta, sed in tertia. Quod si in quaestione quinta loquitur de assequibilitate beatitudinis, quasi de *possibilitate* adeptionis eius, haec tamen possibilitas non est potentia cui proprie coordinantur actus et obiectum, sicut est potentia animae.

204. *Aliter ergo dicendum est* quod S. Thomas in hoc tractatu de hominis beatitudine in concreto imitatus est modum agendi Aristotelis circa beatitudinem naturalem, quantum parallelismus theologicus beatitudinis supematuralis cum beatitudine naturali permittebat.

Quaesivit autem Aristoteles duo circa beatitudinem naturalem: primo, *naturam* seu *definitionem* eius, tum ex parte obiecti tum ex parte subiecti[1]; secundo, *causam efficientem*

assecutionis eiusl, ut ipsemet S. Doctor indicat, exponendo Aristotelem2.

Et similiter S. Thomas in hoc tractatu agit, primo, de *essentia vel natura* beatitudinis, tum ex parte obiecti (q. 2), tum ex parte subiecti (q. 3-4); ac dein de eius propria causa *efficienti* (q. 5) —vel meritoria—, nam meritum reducitur ad causam efficientem 3.

205. Patet autem diligenter consideranti et conferenti has tres quaestiones de essentia humanae beatitudinis (qq. 2-4), S. Doctorem agere in quaestione quarta de his omnibus quae quomodolibet concurrunt ad perfectam hominis beatitudinem, non solum ex parte subiecti (Cf. aa. 1-6) verum etiam ex parte obiecti (Cf. 11. 7-8); dum e contra, in secunda et tertia, unice loqui de primo et summo ad eam concurrente, aut ex parte solius obiecti (q. 2), aut ex parte unius subiecti (q. 3).

Quod quidem est aequivalenter distinguere essentiam metaphysicam et essentiam physicam nostrae beatitudinis; ita sane, ut dicere possimus S. Thomam agere in quaestionibus secunda et tertia de essentia metaphysica beatitudinis cum obiectivae seu materialis (q. 2) tum subiectivae seu formalis (q. 3); in quarta vero de utriusque beatitudinis essentia physica.

Quae omnia, claritatis gratia, sequenti possunt exhiberi tabella:

1 *Ibid.,* cap. 9.
2 *In I Ethicor.,* lect. 4, n.° 43; lect. 14, n.° 165.
3 *De Verit.,* 29, 6.

in genere seu in abstracto, sub communi ratione *ultimi finis* totius humanae vitae (q. i).

II) *in specie* seu in concreto, sub propria ratione *beatitiidinis:* de eius.. *assequibilitate* beatitudinis *integratis,* scilicet obiectivae et formalis (q. 5).

A) natura vel *essentia*
- *a)* presse seu *metaphysica* ...
  - i) ex parte *obiecti* — de essentia metaphysica beatitudinis *obiectivae* seu *materialis*
  - 2) ex parte *subiectl* de essentia metaphysica beatitudinis *obiectivae* seu *formalis* (q. 3.)
- *b)* large dicta seu *physica* = de essentia *physica* beatitudinis *integratis* seu obiectivo - subiectivae (q. 4.)

B) *causa* quasi *efficienti* vel *meritoria* = de

PROLEGOMENUM TERTIUM

BIBLIOGRAPHIA TRACTATUS DE HOMINIS BEATITUDINE[*]

206. Litteratura, quam vocant, tractatus de beatitudine est immensa. Nostrum non est in praesenti exarare opus bibliographicum completum de hac re, sed ea tantum indicare opera quae ipsi propriis oculis perspeximus et comperuimus cuiusdam fore utilitatis tironibus volentibus serio incumbere studio huius tractatus [2].

Speciali cura operam dedimus bibliographiae Commentatorum istius tractatus prout habetur in Summa theologica; hoc enim postulat propria indoles *expositionis commentariae,* quam suscepimus: quaedam tamen adiecimus ex Philosophis et ex Patribus Ecclesiae, secundum quod expedire novimus ad melius cognoscendos et illustrandos fontes doctrinae S. Thomae.

§ I

PHILOSOPHI

Abad, Luis. *Sentido psicolôgico de la feticidad, y otros ensayos.* Madrid, 1934.

Academicorum philosophorum *index Herculanensis,* ed. S. Mekler. Berolini, 1902.

Acciaioli, Donatus (1429-1476). *Aristotelis ad Nicoma-*

[a] Indicantur solum opera edita.

[1] [Cf. Caietanum, In Porphy, p. 66 ad. 1.]

chum de moribus libri decem, ex optima versione loannis Argyropyli Byzantini, cum commentariis. Matriti, 1772.

Afzelius. *Dissertatio summi boni notitiam exponens.* Holmiae, 1838.

Aguirre, Iosephus Saenz de, O. S. B. (1630-1699). *Philosophia moralis ab Aristotele tradita decem libris ethicorum ad Nicomachum...,* nunc perpetuo commentario litterali et scholastico plenissime illustrata. Salmanticae, 1675.

— *De Virtutibus et Vitiis disputationes ethicae,* in quibus accurate disseritur quidquid fere spectat ad philosophiam moralem ab Aristotele traditam decem libris Ethicorum ad Nicomachum. Salmanticae, 1677.

Albertus Magnus, S. O. P. (1193-1280). *Ethicorum libri decem,* ed. Borgnet, Opera Omnia, t. VII. Paris, 1891.

— *De intellectu et intelligibili,* ed. cit., t. IX, pp. 477-525.

Alfarabi (c. 870-950). *De intellectu et intellecto,* ed. Et. Gilson, apud. *Archives d'histoire doctrinale et littéraire du moyen-âge,* t. IV (1930). pp. 108-126. [Cf. *ibid.,* pp. 151-158. L. Massignon: *Notes sur le texte original arabe du De Intellectu d'Alfarabi.}*

— *Catâlogo de las ciendas,* ed. y trad, castellana por A. Gonzalez Palencia, cap. 5, pp. 112-113; 167-168, Madrid, 1932.

— *Liber exerdtationis ad viam felidtatis,* ed. H. Salman, O. P., apud *Recherches de Théologie andenne et médiévale,* 12 (1940), pp. 33-48.

Algazel (1058-11 ii). *Metaphysica,* II P., tract. 4, cap. 5, et tract. 5, caps. 1-3. pp. 172-186. Edit. J. T. Muckle, C. S. B. Toronto, 1933.

— *Jctisad* o *El justo medio de la creenda,* trad. AsÎN Palacios, I. P., prop. 9, pp. 110-126; II P., trat. 1, prop. 7, pp. 193-194. Madrid, 1929.

Al-Kindi (t c. 873). *Liber de quinque essentiis,* ed. Albinus Nagy, apud *Beiträge zur Geschichte der Philosophiae des Mittelalters,* Bd. II, Heft. 5. Münster in Westf., 1897.

Allora Colonna. *La conquête de la vérité en ce qui concerne les problèmes de la destinée et de la douleur humaine.* Paris, 1926.

Amarelli, Gregorius. *Epicureismus confutatus.* Neapolii, 1771.

Antipater Tarsensis (c. 150 a. Ch.). *Moralia,* apud *Stoicorum veterum fragmenta,* ed. J. Arnim, Lipsiae, 1921, vol. HI, nn. 51-67, pp. 251-258.

Architas Tarentinus (c. 430 a. Ch.). *Fragmenta moralia,* apud *Fragmenta philosophorum graecorum,* ed. Mullach. Paris, 1860-1881, t. I, pp. 533-564.

Arintero, Ioan. G., O. P. (1860-1928). *La Providenda y la Evolution. 2* vol. Valladolid, 1904.

Aristoteles (384-322 a. Ch.). *Ethica Nicomachea,* lib. I, II et X, ed. F. Susemihl et O. Apelt. Leipzig, 1912.

— *De arte Rhetorica,* lib. I, cap. 5, ed. A. Roemer. Leipzig, 1914.

Arleth, E. Bios τέλειο *m der Aristot. Ethik.,* apud *Archiv für Geschichte d. Philosophie,* t. II (1889), pp. 13-21.

Arnim, Hans von. *Arius Didymus, Abriss der peripatetische Ethik.* Wien, 1926.

— *Nochmals die Aristotelischen Ethiken (Gegen W. Jaeger zur Abuehr).* Wien, 1929.

— *Die Entstehung des Gotteslehre des Aristoteles.* Wien, 1931.

Arnou, R., S. I. *Autour d'Avicenne.* Gregorianum, t. 10 (1029), pp. 125-147.

— *Le desir de Dieu dans la Philosophie de Plotin.* Paris, 1021.

Asin palacios, Miguel. *El filosofo zaragozano Avempace.* Revista de Aragon, 1901.

— *Dante y el Islam.* Madrid, 1927.

— *El Islam cristianizado.* Madrid, 1931.

— *La espiritualidad de Algazely su sentido cristiano,* 4 vol. Madrid, 1934-1941.

— *Vidas de santones andaluces.* Madrid, 1933.

Aspasius (c. i 30-150). *In Ethica Nicomachea quae supersunt commentaria,* ed. G. Heylbut, apud *Commentaria in Aristotelem graeca,* vol. XIX, I. Berolini, 1889.

—*Aristotelis Stagiritae Moralia Nicomanchia, cum Eustrain,* Aspasii, Michaelis Ephesini *nonnullorumque aliorum*

graecorum explanationibus, nuper a loannc Bernardo Feliciano latinitate donata et cum antiquo codice collactione suae integritati restituta. Paris, 1543.

Aureum Pythagoreorum *carmen,* apud *Fragmenta phil. graecorum,* ed. cit., t. I, pp. 193-199; *cum Hieroclis commentariis,* ibid., pp. 416-484.

Averroes (1126-1198). *Aristotelis Stagiritae Ethicorum libri decem cum Averrois Cordubensis exactissimis commentariis.* Lugduni, 1542.

— *Opiisculo de la union del entendimiento con el hombre,* trad. N. Morata, O. S. A. El Escorial, 1923. [Vide *La Ciudad de Dios, t.* 134 (1923), pp. 137'147; 202-303.]

— *Libellus seu Epistola Averrois de connexione intellectus abstracti cum homine,* Calo Calonymos Hebraeo Neopolitano Medico interprete. Opera, ed. Venetiis, 1560, t. X, fol. 358 V.-360 r.

— *Tractatus de animae beatitudine.* Opera, ibid., fol. 353 r.-357 v.

Avicebron (1020-1070). *Fons vitae,* ex arabico in latinum translatus ab loanne hispano et Dominico Gundissalino, ed. Cl. Baeumker, apud *Beitrage zicr Geschichte der Philosophie des Mittelalters.* Bd. I, Heft. 2-4. Münster in Westf., 1892-1895.

Avicenna (980-1037). *Metaphysica,* tract. VIII, cap. 67; tract. IX, cap. 1-4, fol. 99 V.-105 r. Venetiis, 1508.

— *De intelligentiis,* ed. cit., fol. 64 V.-67 v.

— *Compendium Metaphysices,* ed. et trad. N. Carame, lib. II, tract. I, cap. 1, pp. 226-242. Romae, 1926.

— *De Anima,* P. V. caps. 5-6, fol. 25 r.-26 v. Venetiis, 1508.

Bayô, E. *Els escolastics i la Teodicea d'Alfarabi.* Criterium 4 (1928), pp. 292-298.

Bannes, J. *Platon.* Berlin, 1935.

Berriozabal, Juan Manuel. *La fehcidad del pensamientcr.* Madrid, 1866.

Biehl, W. *Aristotelis de beatitudine humana doctrina.* Marburgi, 1858.

Bignone, E. *Introduzione a «Le Trachinie*.* Nuove ricerche sulla formazione filosofica di Epicuro. I. *Epicuro e «VEudemoi e il «Protrettico* di Aristotile.* Lectiones cpicureae. Attena e Roma. Nuova Serie, t. 13 (1932), PP- 143-179. Serie III, 1 (1933), PP· 13-62; 110-113.

— *Studi critici sui testo di Epicuro.* Studi italiani di filologia classica, N. S., t. 10 (1933), pp. 71-118.

Blasius a Conceptione, C. D. (1603-1694). *Philosophia Moralis in tres libros divisa,* Parisiis, 1647.

Blum, P. *Wie beurteilt Aristoteles im I. B. der Nikom. Ethik die Piatos ideenlehre.* Berlin, 1859.

Boethius, Anicius Manlius Severinus (480-c. 526). *Consolationis philosophiae libri quinque,* ed. Weinberger, apud *Corpus Scriptorum ecclesiasticorum latinorum,* vol. 67. Vindobonae, 1934.

Boetius de Dacia (saec. xm). *De summo bono sive de vita philosophi,* ed. M. Grabmann, apud *Archives d'histoire doctrinale et littéraire du moyen âge,* t. 6 (1931), pp. 287-317.

Borne, Etienne. *Du bonheur et de la beatitude,* apud *Revue de Philosophie,* t. 35 (1945), PP· 436-450.

Brehier, E. *Chrysippe,* Collect. *Les grandes philosophes.* Paris, 1910.

Brochard, *V. Les sceptiques grecs2.* Paris, 1923.

Brôcker, Walter. *Aristoteles.* Frankfurt, 1935.

Buridanus, J. (1300-1358)· *Quaestiones in decem libros ethicorum Aristotelis.* Paris, 1500.

Burleus Gualterus (1275-1343). *Expositio super libros ethicorum Aristotelis.* Venetiis, 1500.

Burnet, J. *The Ethica of Aristotle.* London, 1900.

Camerarius, Joachim, Palepergensis (1500-1574). *Ethitorum Aristotelis Nicom. explicatio accuratissima.* Francofurû, 1578.

Cano, Ioannes (f 1705). *Commentaria et Tractatus in X libros Ethicorum Aristotelis.* 4 vol. in folio. Salmanticae, 1680-1682. *De beatitudine loquitur,* in t. I, lib. I, pp. 1-780.

CARRA DE Vaux. *Avicenne,* Collect. *Les grandes philosophes.* Paris, 1900.

— *Gazali,* ibid. Paris, 1902.

— *Les Penseurs de l'Islam,* 5 vol. Paris, 1921-1926.

— *La Philosophie illuminative d'après Suhratcardi,* apud *Journal Asiatique,* 1902.

Cathrein, V., S. I. (t 1931)· *Moralphilosophie,* t. I, pp. 103-153. Freiburg in Br., 1911.

— *De naturali hominis beatitudine,* apud *Gregorianum,* t. XI (1930), pp. 398-409·

Celaya, Ioannes de (j· 1558). *Aurea expositio... in decem libros Ethicorum Aristotelis, Argyropilo Byzantino traductore, cum quaestionibus atque dubiis varias difficultates morales et theologicas enodantibus.* Parisiis, 1523.

Cicero, Marcus Tullius (106-43 a. Ch.). *De finibus bonorum et malorum libri quinque,* ed. Olivet, Genevae, 1753, Opera, t. II, pp. 100-284.

— *De officiis libri tres,* t. III, pp. 252-417.

— *Tuscullanarum quaestionum libri quinque,* t. II, pp. 285-494.

— *Academicorum libri duo,* t. II, pp. I-99-

— *De legibus libri tres,* t. III, pp. 149-251.

— *Paradoxa,* t. III, pp. 492-515.

— *De Philosophia seu Hortensius.* Fragmenta, t. III, pp· 570-578.

Cleantes Asius (c. 330-230 a. Ch.). *De fine bonorum,* apud *Stoicorum veterum fragmenta,* ed. cit., t. I, nn. 552-556,

Colle, G. *Les quatre premiers livres de la Morale à Nicomaque,* apud *Annales de l'institut Supérieur de Philosophie de Louvain,* t. IV (1920), pp. 179-218.

Complutenses, O. C. *De Anima,* disp. 23, quaest. 2, pp. 291-293. Lugduni, 1651.

Conchis, Guilelmus de (f c. 1150). *Moralium dogma philosophorum,* ed. J. Hohnberg. Upsala, 1929.

Conlmbricenses, S. I. *In libros Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum aliquot Conimbricensis Cursus disputationes.* Venetiis, 1606.

— *Un brano inedito della (Philosophia* di Guglielmo di*

Conches, per Carmelo Occtaviano. Collect. Testi filosofici inediti e rari. Napoli, 1935.

Corbin, H. *Un traité persan inédit de Sohrawardi d'Alep* (f 1191), apud *Recherches philosophiques* 1832-1933, pp. 371-•P3.

CORNILLIER, P. *La survivance de Vâme et son évolution après le mort.* Paris, 1926.

Crito (vel Damippus) Pythagoricus (c. ioo a Ch.-ioo). *De prudentia et felicitate,* apud *Fragmenta philosophorum graecorum,* ed. cit., t. II, pp. 22-26.

Chrysippus (281-277 ! 208-204 a. Ch.). *De fine bonorum,* apud *Stoicorum veterum fragmenta,* ed. cit., t. III, nn. 2-67, pp. 3-16.

— *De sapiente et insipiente,* ibid, nn. 544-547, pp. 146-171.

Demetrius Phalereus (c. 35o-3°7 æ Ch.). *Septem sapienlum Apophthegmata,* apud *Fragmenta philosophorum graecorum,* ed. cit., t. I. pp. 212-236.

Democritus (c. 470, 475-380 a. Ch.). *Fragmenta moralia,* ibid., 1.1, pp. 340-356.

Desserres de la Tour. *Du bonheur.* Paris, 1767.

Didymus Pythagoricus (c. ioo a. Ch.). *De Philosophorum tectis,* ibis., t. II, pp. 53-101.

Dîna, A. F. *La destinée, la mort et ses hypothèses.* Paris, 1927.

Diogenes Babylonius (c. 240-150 a. Ch.). *Moralia,* apud *Stoicorum veterum fragmenta,* ed. cit., t. III, nn. 38-53, pp. 218-221.

Diogenes Laertius (c. 200). *De clarorum philosophorum citis, dogmatibus et apophthegmatibus,* ed. G. Gobet. Paris, 1862.

Dionysius Cartusianus (j· 1471). *Enarrationes seu commentaria in quinque libros B. Severini Boethii philosophi et martyris de consolatione philosophiae.* Opera, t. XXVI. Tornaci, 1906.

Dittrich, O. *Geschichte der Ethik.* Leipzig, 1926.

Dyroff, A. *Die Ethik der Allen Stoa.* Berlin, 1897.

Elbe, L. *La vie future devant la sagesse antique et la science moderne.* Paris, 1926.

Elter, E., S. I. *De naturali hominis beatitudine ad mentem scholae antiquioris,* apud *Gregorianum,* t. IX (1928), pp. 269-306.

Epicurus (342-371 a. Ch.). *Extant remains.* Gr. and Engl. w. erit, apparatus and notes by C. Bailey. Oxford, 1926.

— *Epikurs Lehre,* edit. A. von Gleichen-Rusowurm. Jena, 1909.

— *Epicurus et Epicurei.* Scripta in Herculanensibus papyris servata. Edidit, annotationibus et indicibus instruxit et tabulis exornavit Achiles Bogliano. Berolini, 1928.

—*Epicurus.* Ein neur Brief Epikurus, wiederhergestellt und erklart von Christian Jensen. Mit. 22. Alb in text. Berlin, 1933.

Eudemus Rhodius (c. 320 a. Ch.). *Etica,* ed. F. Susc-mihl. Leipzig, 1884.

Euriphamus Pythangoeus. *De vita,* apud *Fragmenta philosophorum graecorum,* ed. cit., t. II, pp. 15-16.

Eustratii (1050-1120) et Michaelis et Anonyma in *Ethica Nicomachea commentaria.* Ed. G. Heylbut, apud *Commentaria in Aristotelem gracea,* vol. XX. Berlin, 1892.

Festugiere, A. J., O. P. *Aristote. Le plaisir* (Eth. Nie., VII, 11-14; X, 1-3). Introduction, traduction et notes. Paris, 1936.

— *Contemplation et vie contemplative selon Platon,* Paris, 1936.

Fox Morcillo, Sebastianus (1528-c. 1556). *Compendium Ethices Philosophiae ex Platone, Aristotele aliisque aucthoribus collectum.* Basileae, 1554.

Franceschini, E. Il *(Liber philosophorum moralium antiquorum».* Testo critico. Atti del Reale Instituto Veneto di Scienze. Lettere ed. Arti. 91, II (1931-1932), pp. 393-597.

Fronteau. *Summa Philosophiae Cosmae Alammani,* S. L, t. III, *Ethica,* ed. Ehrle. Paris, 1894.

Gianini, Thomas, *De mentis humanae statu post hominis obitum.* Patavii, 1614.

Giphanus, Obertus (1534-1604). *Commentarii in decem libros Ethicorum ad Nicomachum.* Francofurti, 1608.

Goedeckemeyer, A. *Aristoteles praktische Philosophie. Ethik und Politik.* Leipzig, 1923.

Gonzalez [Gundissalinus], Dominicus (f c. 1151). *De divisione philosophiae,* ed. L. Baur, apud *Beitrage zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters.* Bd. IV, Heft 2-3. Münster, 1903, pp. 5-6; 11-12; 15-18.

— *De processione mundi,* ed. G. Bülow, ibid., db. XXIV, hf. 3. Münster, 1925.

Gonzalez Palencia, Angel. *Historia de la Espana musulniana.* Barcelona, 1929.

— *Historia de la Literatura arâbigoespanola.* Barcelona, 1928.

Gonzalez, Zephyrinus, O. P. (1831-1894). *Estudios sobre laFilosofia de Santo Tomas,* t. III, lib. VI, cap. 1-4, pp. 327-384. Manila, 1864.

Granada, Ludovicus de, O. P. (1504-1588). *Collectanae philosophiae moralis in tres tomos distributa.* Ulissipone, 1571.

Grandt, A. *The Ethics of Aristotle, illustrated with Essays and Notes,* ed. 4, 2 vol. London, 1885.

Guyau, I.-M. *La morale d'Epicure et ses rapports avec les doctrines contemporaines,* ed. 7, Coll. *Les grandes philosophes.* Paris, 1927.

Hampke, H. *De eudaemonia, Aristotelis moralis disciplinae principio.* Brandenburg, 1858.

Hamui, R., O. F. M. *La filosofia di Alfarabi.* Rivista di ôlosofia neoscolastica, t. 20 (1928), pp. 54-88.

Hannequin. *Morale à Nicomaque dixième livre.* Texte grec avec des notes. Paris, 1893.

Heinze, M. *Stoicorum Ethica ad origines suas relata.* Xumburgi, 1862.

HELIODORUS. *In Ethica Nicomachea paraphrasis,* ed. G. Heylbut, *Commentaria in Aristotelem graeca,* vol. XIX, 2. Berlin, 1889.

&

— *Idem opus,* sub nomine Andronici Rhodii, apud *Fragmenta philosophorum graecorum,* ed. cit., t. III, pp. 303-369.

Hipparchus Pythagoreus (f c. 514 a. Ch.). *De Animi tranquilitate,* apud *Fragmenta philosophorum graecorum,* ed. dt., t. II, pp. 17-18.

Hippodamus Thurius (c. 500 a. Ch.). *De felicitate fragmenta,* ibid., t. II, pp. 9-14.

Huber, S. *Die Glückseiligkeitslehre des Aristoteles und hl. Thomas von Aquino,* ein historischkritischer Vergleich. Freising, 1893.

Immisch, Otto. *Der Epilog der Nikomachischen Ethik.* Rheinisches Museum fur Philologie. N. F., t. 84 (1935), pp. 54-61.

Jaeger, Werner. *Der Groszgesinnte. Aus der Nikomachischen Ethik des Aristoteles iibersetzt.* Die Antike, t. 7 (1931), pp. 97-105.

Janet, P. *Philosophie du Bonheur.* Paris, 1864.

— *Les causes finales3.* Paris, 1894.

Janssens, Ed. *La morale de l'impératif catégorique et la morale du bonheur.* Paris, 1922.

Jehudâ Ha-Levî (saec. xn). *Cuzary.* Diâlogo filosôfico, traduddo del ârabe al hebreo por Jehudâ Abentibbon, y del hebreo al castellano por R. Jacob Abendana, ed. A. Bonilla y San Martin. Madrid, 1910.

Jelf, W. E. *Notes to Aristotle Ethics.* Oxford, 1856.

Jodl, Fr. *Geschichte der Ethik.* 4 auf. Berlin, 1930.

Kalmus, O. *Aristotelis de voluptate doctrina.* Program. Pyritz, 1862.

Kant, E. (1724-1804). *Kritik der praktischen Vernunfi* trad, espanola de E. Minana y M. Morente. Madrid, 1913.

Grundlegund zur Metaphysik der Sitten. Koenigsberg, 1785.

Kaufmann, N. *La finalité dans l'ordre moral.* Etude sur la téleologie dans l'Ethique et la Politique d'Aristôte et de Saint Thomas. *Revue neo-scolastique de Philosophie,* t. 6 (1899), pp. 280-299, 352-370.

— *Die teologische Naturphilosophie des Aristoteles und ihre Bedentung in der GegenwarP.* Paderborn, 1893.

Klein, A. *L'epicureisme.* Paris, 1929.

Klingner, F. *De Boethii consolatione philosophiae.* Berlin, 1921.

Knappe, K. *Grunziige der Aristoteles Lehre von der Eudainonia.* Progr. Vittenberg, 1864-1866.

Krannichfel, W. R. *Platonis et Aristotelis de* ἡδονή *sententiae quomodo cum consentiant tum dissentiant perquirendo inter se comparatae.* Berlin, 1869.

Krantz, E. *De amicitia apud Aristotelem.* Paris, 1882.

Laas, E. Ευδαιμονία *Aristotelis in Ethicis principium quid velid et valeat,* Berlin, 1859.

Lafontaine, A. *Le plaisir d'après Platon et Aristote.* Paris, 1902.

Lehu, L., O. P. *Philosophia moralis et socialis,* I P., cap. I, pp. 20-50. Parisiis, 1914.

Lescoeur. *La Science du Bonheur.* Paris, 1873.

Lévy, L.-G. *Maimonide.* Coll. *Les grandes philosophes.* Paris, 1911.

LIPSlus, J. *Manuductionis ad Stoicam philosophiam libri très.* Lugduni, 1544.

Loisel, G. *Marcaurelia, doctrine neo-stoicien de la vie religieuse, morale et sociale.* Paris, 1928.

Luks, H. A. *Natura naturans. Natura naturata,* apud *The new Scholasticism,* t. 9 (1935), PP. 1-24.

Llamas, J., O. S. A. *Maimonides.* Madrid, 1935.

Mabille, P. *De causa quae finis dicitur apud Platonem et Plotinum.* Dissert. Divione, 1879.

Macrobius, Aurelius Ambrosius Theodosius (c. 400). *Opera.* Patavii, 1736.

Maier, H. *Sokrates,* sein Werk und sein geschichtlstellung. München, 1895.

Maimonides, Moyses. *Dux Perplexorum,* ed. et trad. Joannis Buxtorfii. Basileae, 1629.

Mansion, A. *Autour des Ethiques d'Aristote,* apud *Revue néoscolastique de Philosophie,* t. 33 (1931), pp. 80-107; 216-236; 360-380.

—*L'eudemonisme Aristotélicien et la morale thomiste. Xenia thomistica,* t. I, pp. 429-449. Romae, 1925.

[L'existence d'un fin dernière de l'homme et la morale («Revue philosophique de Louvain», 48 (1950), pp. 465-478)]·

Marcellus a Puero Iesu, C. D. *Philosophia moralis et socialis.* Burgis, 1913.

Marcus Antoninus (121-180). *Libri duodecim eorum quae de seipso ad seipsum scripsit,* ed. J. Stich. Lipsiae, 1882.

Martin, Andreas, Orat, (f 1695). *Philosophia Christiana ex operibus S. Augustini collecta.* Parisiis, 1667. Nova ed. J. Fabre. Parisiis, 1865.

Maurus, Silvester, S. I. (1619-1689). *Aristotelis opera omnia,* t. II, continens *Ethicam, Politicam et Œconomicani,* ed. Beringer. Paris, 1886.

Mentzingen, Anna von und zu. *Interpretationem der eudemischen Ethik.* Heildelberg, 1928.

Meyer, H. *Platon und der Aristotelische Ethik.* München, 1916.

Michelet, C. L. *Aristotelis Ethicorum Nicomachaeorum libri decem, textus et commentarium,* Berolini, 1836.

Monod, W. *Le problème du bien.* 3 vol. Paris, 1934.

Morata, N., O. S. A. *Avempace,* apud *La Ciudad de Dios,* 1926.

Mure, G. R. G. *Aristotle.* London, 1032.

Muretus, Marcus Antonius (1525-1585). *Commentarii in Aristotelis decem libros Ethicorum ad Nicomachum et in Œconom.* Ingolstad, 1602.

Müller, M. J. *Philosophie und Théologie von Averroes.* Text, et trad. Münich, 1859-1875.

Munk, S. *Melanges de Philosophie jiuve et arabe, 2* éd Paris, 1927.

Navjokas, Ioannes. *De causa finali apud Anaxagoram, Socratem et Platonem, ratione habita Aristotelis judicii,* Friburgi Helvetiorum, 1903.

Nyber, H. S. *Kleinere Seriften des Ibn-AI-Arabi.* Upsala, 1920.

Odonis, Gerhardus, O. F. M. (f 1384 vel 1349). *Commentarius in decem libros Ethicorum Aristotelis.* Venetiis, 1500.

Ollé-Laprune, L. (1838-1898). *De Aristoteleae Ethices fundamento sive de eudaemonismo aristotelico.* Paris, 1882.

Payot, J. *La conquête du Bonheur.* Paris, 1921.

Perictiones pythagereae *ex libro de Sapientia,* apud *fragmenta philosophorum graecorum,* ed. cit., r. II, pp. 32-33.

Petrus Martyr Vermilius, Florentinus (1459-1526). *In I et II et in III Ethicorum ad Nicomachum Commentarius doctissimus.* Tiguri, 1563.

Piat, Clodius. *Aristote.* Coll. *Les grandes philosophes.* Paris, 1903.

— *Socrates, 2* éd., ibid. Paris, 1912.

— *La morale de Bonheur.* Paris, 1910.

Piccolomini, Franciscus (1520-1604). *Universa philosophia de moribus,* P. L gradus nonus: *de fine virtutum nempe de summo bono,* pp. 400-466. Venetiis, 1594.

Plato (c. -428-348 a. Ch.). *Euthydemus,* Opera, t. I, ed. Hirschig. Paris, 1891, pp. 202-231.

— *Protagoras,* ibid., pp. 232-271.

— *Philebus,* ibid., pp. 389-441.

— *Lysis,* ibid., pp. 540-554.

— *Convivium,* ibid., pp. 658-697.

— *Civitas,* lib. II, t. II, ed. Ch. Schneider. Paris, 1900, pp. 21-40; lib. IV, pp. 62-82; lib. VI, pp. 104-122.

— *Leges,* lib. VII, ibid., pp. 374-401.

Plotinus (204-269). *Enneades Prima,* lib. 4 et 5, pp. 18-29; lib. 8, pp. 40-49. *ennead.* V, lib. 4-6, pp. 327-345; *ennead.* VI, lib. 4-5, pp. 433-456; lib. 7-9» PP· 478-540. Ed.

F. Creuzer et G. H. Moser. Paris, 1855.

[Cfr. *Plotin et l'Occident,* par Paul Henry, S. I. apud *Spicilegium Sacrum Lovaniense,* vol. 15. Louvain, 1934.]

Plutarchus (50-125). *Scripta Moralia,* ed. G. N. Bernardakis. Lipsiae, 1888-1896.

Pomponazzi, Petrus (1462-1524). *De immortalitate animae,* Bononiae, 1500. Nova ed. G. Gentile, Messina-Roma, 1925.

Ponville, H. *L'homme dans l'univers, son origine, sa vie, sa destinée.* Paris, 1926.

Porphyrius (233-304). *De philosophia ex oraculis hauriunda librorum reliquiae,* ed. G. Wolff. Berolini, 1856.

— *Opuscula selecta,* ed. A. Nauck, Lipsiae, 1886.

— *Sententiae ad intelligibilia ducentes.* Leipzig, Teubner, 1927.

Ramsauer, G. *Aristotelis Ethica Nicomachea.* Text, et comment. Leipzig, 1878.

Reé, P. Τοὐ καλοὐ *notio in Aristotelis Ethica quid sibi velit.* Hallae, 1875.

Reyes, Antonio. *El racionalismo averroista y el razonamiento luliano.* Madrid, 1935.

Rignano, E. *La fine dePuomo.* Bologna, 1928.

Riva, G. *Il concetto di Aristotile sulla félicita terrestre seconda il libro I e X dell' Etica Nicom.* Prato, 1883.

Rodier, G. *Ethique à Nicomaque livre X e accompagnée d'ecclairsissements.* Paris, 1897.

Rochefort, Gul (1731-1788). *Histoire critique des opiniones des anciens et des systèmes des philosophes sur le Bonheur.* Paris, 1778.

Rolland, E. *La finalité morale dans le bergsonisme.* Paris, 1937·

Rosmini, A. (1797-1855). *Saggio sopra la felicùà.* Rovereto, 1822.

Rossi, A., C. M. *De naturali hominis beatitudine. Divus Thomas Plac.,* t. 32 (1929). pp. 267-279.

Schildhauer, Hans. *Seneca und Epikur,* eine Studie zu ihrer Ethik und Weltanschauung. Greifswald^ 1932

Schuster, J. B., S. I. *De eudaimonia sive beatitudine textus ex philosophis antiquis.* Romae, 1933.

Seneca, L. Annaeus (3-65). *De vita beata, ad Gallionem,* ed. F. Haase, Opera quae supersunt. Lipsiae, 1887, t. I, pp· 139-163.

— *De otio,* ad Serenum, ibid., t. I, pp. 164-170.

— *De tranquilitate animi,* ad eundem, ibid., t. I, pp. 171-196.

— *De brevitate vitae,* ad Paulinum, ibid., t. I, pp. 197-218.

— *De consolatione,* ad Polybium, ibid. t. I, pp. 218-237.

— *De consolatione,* ad Heviam matrem, ibid., pp. 237-260.

— *Epistolarum moralium ad Lucilium libri viginti,* t. III, pp· 3-417·

— *De remediis fortuitorum liber,* ibid., t. III, pp. 446-461.

— *De moribus liber,* ibid., pp. 462-467.

Serrano, Petrus (f 1587). *Commentaria in Primum Librum Ethicorum Aristorelis ad Nicomachum.* Compluti, 1556.

Sertillanges, A. D., O. P. *Saint Thomas d'Aquin.* Coll. *Les grandes philosophes,* 2. vols. Paris, 1910.

Simoni, Simon, Lucensis (f post. 1569). *Versio libri primi Ethic. Nicom., cum commentariis.* Genevae, 1567.

Snell, F.-G.-D. *Traité élémentaire de Morale, d'après les principes de Kant,* trad, par J. Tissot. Paris, 1837.

Spagni, Andreas, S. I. (1716-1788). *De bono, malo et pulchro dissertationes tres.* Romae, 1766. Dissert. I, sect. 2, art. ii, pp. 27-28; sect. 12, *de naturali felicitate hominis,* pp· 143-155·

Speusippus (f 339 a. Ch.). *Fragmenta, Definitiones,* apud *Fragmenta philosophorum graecorum,* ed. cit., t. III, pp. 75-82.

Stefanini, L. *II problema morale nello stoicismo e nel cristianesitno.* Torino, s. a. 3 vol.

Stelzenberger, J. *Die Beziehungen der Frühchrislichen Siiienlehre zur Ethik der Stoa.* Eine moralgeschichtliche Studie. München, 1933.

Stewart, J. A. *Notes on the Nicom. Ethics of Anstotle,* 2 vol. Oxford, 1892.

SuiLHÉ, J et Chruchon, G., S. I. *Aristote: VEthique Xicomachéenne.* Livres I et II, trad, et commentaire, apud *Archives de Philosophie,* t. VII (1929), ρρ. X-250.

Tesauro, Emmanuele. *La filosofia morale derivata dal alto fonte del grande Aristotile Stagirita.* Torino, 1671.

Theichmüller, G. *Die Einheit der Aristoteles Eudamonia.* Petersburg, 1857.

Theiles WILY. *Die grosse Ethik und die Ethiken des Aristoteles.* Hermes, t. 69 (1934), PP· 353'379-

Thomas Anglicus [Sutton], O. P. (c. 1260-post 1311). *Commentum super librum Bôethii de consolatu philosophico,* ed. E. Fretté. Paris, 1879; inter opuscula S. Thomae Aquinatis, ed. Vives, t. XXXII, pp. 425-657.

Thomas Aquinas, S., O. P. (1225-1274). *In decem libros Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum expositio,* ed. Pirotta, O. P. Taurini. Marietti, 1934.

Valin, P. *L'âme en deçà et au delà de la mort.* Paris, 1927.

Varro (116-27 a· Ch.). *Antiquitatum rerum divinarum libri I, XIV-XVI, cum quaestionibus Varronianis,* ed. R. Agahd. Lipsiae, 1898.

Versor, Ioannes, Parisiensis (f c. 1485). *Quaestiones super libros Ethicorum Aristotelis.* Coloniae, 1491.

Wagner, Friedrich. *Der Sittlichkeitsbegriff in der Antiken Ethik,* apud *Beitrage zur Théologie,* Heft 14. Münster i. Westf., 1928.

Walzer, Richard. *Magna moralia und Aristotelische. Ethik.* Neue Philologische Untersuchungen, 7. Berlin, 1929.

Wehermann, Th. *Platonis de summo bono doctrina.* Berolini, 1843.

Wittmann, M. *Die Stellung des hl. Thermas von Aquin zu Abencebrol* (Ibn-Gebirol). Münster, 1901. Collect. *Beitrage zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters,* Bd III, Heft, 3.

— *Die Ethik des Aristoteles,* Regensburg, 1920.

— *Die Ethik des hl. Thomas von Aquin.* München, 1933.

Wolf, Christianus (1676-1754). *Philosophia practica universalis methodo scientifica pertractata,* P. II, cap. 2, pp. 105-301. Veronae, 1779.

Zammit, N., O. P. *Philosophia moralis thomistica.* I, *De beatitudine.* Romae, 1934.

[ZaragÜeta, J. *La finalidad en la filosofia de Santo Toilds,* «Xenia Thomistica», I, pp. 159-191. Roma, 1925.]

Zeller, E. (1814-1908). *Die Philosophie der Griechenl.* Leipzig, 1920-1923.

Zeno, Citeus (c. 350-264 a. Ch.). *De fine bonorum,* apud *Stoicorum veterum fragmenta,* ed. cit., t. I, nn. 179-189, PP· 45-47·

—*De sapiente et insipiente,* ibid., nn. 216-229, PP· 52-55.

PATRES 1

Abucara, Theodorus (7 c. 77°)· *De morte quomodo mortificetur.* Patrologia graeca, ed. Migne (=MG.), t. 97, coi. 1597-1600.

Aphraates. *De resurrectione mortuorum. Demonstratio VIII.* Patrologia Syriaca, t. I, coi. 361-406. Parisiis, 1894.

— *Demonstratio XXII: de morte et de novissimis temporibus.* Ibid., col. 991-1050.

Æneas Gazaeus (c. 45°'532). *Dialogus de animarum immortalitate et corporum resurrectione.* MG. t. 85, coi. 782-1003.

Ambrosius, S. (c. 333-397). *De paradiso liber- unus.* Patrologia latina, ed. Migne (= ML.), t. 15, coi. 281-331;

1 Qui piura cupit circa Patres Ecclesiae Latinae loquentes de beatitudine, 'irepotest PL., t. 220, coi. 213-242, ubi invenitur Index 128: De Coelo.

ed. C. Schenkl, CSEL, vol. 32, I P. Vindobonae, 1897, pp. 265-286.

— *De bono mortis liber unus.* ML. t. 15, coi. 567-596; ed. C. Schenkl, ibid., 701-753.

— *Defuga saeculi.* ML. 1.15, coi. 597-624; ed. C. Schenkl, CSEL, vol. 32, II P. Vindobonae, 1897, pp. 161-207.

— *De Jacob et beata vita libri duo.* ML. t. 15, coi. 627-670;

— *Expositio Psalmi CXVIII.* ML. t. 15, coi. 1262-1608; ed. M. Petschenig, CSEL, vol. 62. Vindobonae, 1913.

— *Explanatio Psalmi I.* ML. t. 15, coi. 963-998, CSEL, ed. Petschenig, t. 64, pp. 3-48. Vindobonae, 1919.

[Niederhuber, Joh. E. *Die Eschatologie des hl. Ambrosius.* Paderborn. 1907.]

Athenagoras (f c. 179). *De resurrectione mortuorum.* MG. t. 6, coi. 973-1024.

Augustinus, S. 354-430). *Contra Academicos libri tres.* ML. t. 32, coi. 905-958; ed. P. Knoell, CSEL, vol. 63, pp. 1-85. Vindobonae, 1922.

— *De ordine libri duo.* ML. t. 32, coi. 977-1020; CSEL, ibid., pp. 87-117.

— *De beata vita.* ML. t. 32, coi. 959-976; CSEL, ibid., pp. 118-187.

— *De diversis quaestionibus octoginta tribus,* q. 35. ML. t. 40, coi. 23-25.

— *De libero arbitrio libri tres.* ML. t. 32, coi. 1221-1310.

— *De Trinitate libri quindecim.* ML. t. 42, coi. 819-1098.

— *De Civitate Dei libri viginti duo.* ML. t. 41, coi. 13-804; ed. E. Hoffmann. CSEL, vol. 40. Vindobonae, 1899-1900.

— *De moribus Ecclesiae Catholicae et de moribus Manichaeorum libri duo.* ML. t. 32, coi. 1309-1378.

— *Confessionum libri tredecim.* ML. t. 32, coi. 659-868; ed. P. Knoell, CSEL, vol. 33. Vindebonae, 1896.

— *Soliloquiorum libri duo.* ML. t. 32, coi. 869-904.

— *De utilitate credendi.* ML. t. 42, coi. 65-92; ed. I. Zycha, CSEL. vol. 25, pp. 1-48. Vindobonae. 1891.

— *Tractatus CXXII in Evangelium loannis.* ML. t. 35, coi. 1379-1976.

— *De vera religione.* ML. t. 34, col. 121-172.

— *Enarratio in Psalmum CXVIII, sermo primus.* ML. t. 37, col. 1501-1504.

— *De sermone Domini in monte libri duo.* ML. t. 34, col. 1229-1308.

— *Sermo CL.* ML. t. col. 38, 807-814.

— *Epistola 118, ad Dioscorum.* ML. t. 33, col. 431-449; ed. A. Goldbacher, SCEL. vol. 34, pp. 665-698. Vindobonae, 1888.

— *Epistola 130, ad Probam.* ML. t. 33, col. 493-507; ad. A. Goldbacher, CSEL. vol. 44, pp. 40-77. Vindobonae, 1904.

— *Epistola 147, ad Paulinam* (De videndo Deo). ML. t. 33, col. 596-622; ed. A. Goldbacher. CSEL. vol. 44, pp. 271-331. Vindobonae, 1904.

— *Epistola ijj, ad Macedonium.* ML. t. 33, col. 666-673; ed. A. Goldbacher, CSEL. vol. 44, 430-447. Vindobonae, 1904.

[Circa doctrinam S. Augustini de beatitudini consuli possunt:

Barion, J. *Plotin und Augustinus.* Untersuchungen zum Gottesproblem. Berlin, 1935.

Boyer, Charles, S. I. *L'idée de Vérité dans la philosophie de Saint Augustin,* Chap. 5, pp. 221-261. Paris, 1920.

— *Christianisme et Néoplatonisme dans la formation de Saint Augustin,* Chap. 2, art. 3, pp. 87-102. Paris, 1920.

— *De fundamento moralitatis secundum S. Augustinum,* apud *Acta Hebdomadae august.-thomisticae,* pp. 97-109. Romae, 1931.

— *Saint Augustin.* Collect. *Les moralistes chrétiens.* Paris, 1932.

Cayré, Fulbert, O. S. A. *La contemplation Augustinienne.* Paris, 1927.

Gilson, Etienne. *Introduction à Tétude de Saint Agustîn,* chap. 1, pp. i-ii. Paris, 1929.

Grandgeorge, L. *Saint Augustin et le néoplatonisme.* Paris, 1896.

Grou, S. I. *Morale tirée des Confessions de Saint Augustin,* ed. Cadres. Paris, 1863.

Jolivet, Régis. *Saint Augustin et le néoplatonisme chrétienne.* Paris, 1932.

Lew ALTER, E. *Eschatologie und Weltgeschichte in der Gedankenwelt Augustinus.* Zeitchrift für Kirchengeschichte, t. 53 (1934), pp. 1-51.

Mausbach, Joseph (1861-1931). *Die Ethik des hl. Augustinus.* Erster Band, Erster Kapitel, pp. 51-81. Freiburg im Brisgau, 1909.

Portalie, E., S. I. *Augustin, Saint. Diet, de Théol. Cath.,* t. I, col. 2268-2472.

— *Augustinisme,* ibid., col. 2485-2561.

Roland-Gosselin, B. *La Morale de Saint Augustin.* Paris, 1925.

Schubert, A. *Augustinus Lex-aetema Lehre,* nach Inhalt und Quellen, apud *Beitrage zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters.* Bd. XXIV, hf. 2. Münster, 1924.

Stakemeier, E. *Die Eschatologie Augustinus,* Greifsw. Theol. Forschungen, 1 (1933).]

Chromatius, S. (j. 477). *Sermo de octo beatitudinibns.* ML. t. 20, col. 323-368.

—*De ultimo judicio.* ML. t. 20, col. 223-227.

Chrysostomus, S. Ioannes, (c. 344-407). *De Consolatione mortis.* MG. t. 56, coi. 293-306.

— *De futurae vitae deliciis.* MG. t. 51, coi. 347-354.

[Schiwietz, St. *Die Eschatologie des hl. Joh. Chrysostomus.* Der Katholik, 1913, pp. 445 sqq.]

Clemens Alexandrinus (c. 145, 150-215, 217). *Stromata,* lib. II, cap. 21-22. MG. t. 8, coi. 1071-1086.

— *Protrepticus,* cap. 5-11. MG. t. 8, coi. 163-246.

[Circa doctrinam Clementis Alexandrini de beatitudine legi possunt:

Basilares, G. Κλήμεντο$ -τοὺ 'Αλεξανδρέω ἡ ἐθικἡ διδασκαλία. Erlagen, 1892.

Capitaine, \V. *Die Moral des Clemens von Alexandrien.* Paderborn, 1903.

Ernesti, K. *Die Ethik des T. Flavius Klemens von Alexandrien,* oder die erste zusammanhângende Begrundung der christichen Sittenlehre. Paderborn, 1900.

Meifort, J. *Des Platonismus bei Clemens Alexandrinus.* Tubingen, 1928.

Winter, F. J. *Die Ethik des Klemens von Alexandrien.* Leipzig.]

Climacus, S. Ioannes (525-606). *Scala paradisi.* MG. 1 88, col. 632-1164.

Cretensis, Andreas (j- 720). *De humana vita et de defunc-ώ.* MG. t. 93, col. 1267-1302.

Cyrillus Hierosolymitanus (c. 313, 315-386). *De vita alterna.* MG. t. 33, col. 1017-1060.

Damascenus, S. Ioannes (j. c. 749). *L)e his qui in fide krmenmt.* MG. t. 95, col. 248-277.

Ephrem, S. (c. 306-373). *De morte.* Opera, ed. A. B. Caillau, t. V, pp. 3-216. Parisiis. 1834.

— *De resurrectione et judicio,* ibid., pp. 217-350.

— *De beatitudinibus,* ibid., pp. 351-421.

Eustratius (J. post. 582). *De statu animarum post mortem.* MG. t. 80, col. 823-880. Latine tantum ed. J. P. Migne, Theologiae cursus completus, t. XXVIII, col. 461-514.

Germanus I Constantinopolitanus (c. 635-733). *De titae termino dialogus.* MG. t. 98, coi. 89-132.

Gregorius Magnus, S. (540-604). *Homilia de coelo.* ML t. 75, col. 325-511.

Gregorius Nysenus, S. (c. 335-394). *De mortuis.* MG. 146, coi. 497-537.

— *De infantibus qui praemature abripiuntur.* MG. t. 46, coi. 161-192.

—*In illud: quando sibi subiecerit omnia.* MG. t. 44, coi. 1304-1325.

—*De eo, quid sit ad imaginem Dei et ad similitudinem.* MG. t. 44, col. 1328-1345.

Iulianus Toletanus, S. (j* 690). *Prognosticon futuri saeculi libri ires.* ML. t. 96, coi. 543-525.

Lactantius (j- c. 330). *Divinarum Institutionum liber septimus,* qui est *de vita beata.* ML. t. 6, coi. 731-822; ed S. Brandt. CSEL. vol. i9) pp. 581-672. Vindobone, 1890.

Macarius Alexandrinus (?) (f c. 404). *De statu animarum post mortem.* ML. t. 34, coi. 385-392.

Moses Bar Kepha (c. 813-903). *Commentarium de Paradiso.* MG. t. in, coi. 481-608.

Origenes (185 186-202 203). Περὶ ἀρχῶν,, cap. 6. MG, t. ii, col. 165-170; ed. P. KOETSCHAU, C. B., 22. Berlin, 1913.

§ III

THEOLOGI

207. Magna pars theologorum a saeculo XIII usque ad XVI commentaria ediderunt in libros Sententiarum Petri Lombardi; a medietate vero saeculi XVI usque ad XIX, in Summam Theologicam S. Thomae Aquinatis.

Porro Magister Sententiarum locutus est de beatitudine tribus locis praecipue, scilicet libro I, dist. 1 (de frui et uti); III, dist. 14 (de scientia beata animae Christi); et IV, dist. 49 (de bonorum retributione post mortem).

Frequentius tamen et copiosius S. Thomas tractavit de beatitudine in Summa Theologica: ter in I P., nempe q. 12 (de visione Dei), q. 26 (de beatitudine Dei) et q. 62 (de beatitudine angelorum); ter quoque in II P., videlicet, I-II, q. 1-5 (de beatitudine hominis), q. 69 (de beatitudine evangelicis) et II-II, q. 178-182 (de vita activa et contemphtiva); semel denique in III P., idest q. 9-10 (de scientia beata animae Christi).

Qui ergo vult invenire theologos loquentes de beatitudine, a saeculo XIII usque ad XVI, adire debet, praecipue Commentatores Magistri ad loca citata Sententiarum; a medietate vero saeculi XVI usque ad XIX, Expositores Summae Theologicae ad loca indicata, specialiter ad I P., q. 12, et ad I-II, q. 1-5.

,2oS· Qua"5uml ad Commentatores Magistri elenchus quidam partialis elaboratus est a loanne Martinez de Ripalda, S. L, in opere: *Brevis expositio Magistri Sententiarum wn quaestionibus quae circa ipsam moveri possunt et Auctoribus qui de illis disserunt* (Lugduni, 1636; nova ed. Parisiis, 1892); et ab Editoribus Commentarii S. Bonaventurae, in scholiis *(Opera,* ed. Quaracchi, 1882, sqq., t. I-IV).

209. Relate vero ad S. Thomae expositores, locupletiorem elenchum redegerunt Ludovicus Carbone a Costacciaro, in opella: *Catalogus interpretum Summae D. Thomae Aquinatis* (Coloniae, 1618), qui et prius composuerat *Catalogum exporiiorum omnium librorum universae philosophiae Aristotelis \aique aliorum scriptorum de rebus ad eosdem libros pertinents,* veluti appendicem suae *Introductionis in universam philotyhiam libri quatuor* (Venetiis, 1599); Andreas Schottus, S. L, *Catalogus scholasticorum theologorum seu interpretum Summae D. Thomae Aquinatis* (Coloniae, 1618); Quétif-Echard, O. P., in indice ad *Scriptores Ordinis Praedicatorum* (Parisiis, 1718-1721, II, coi. 952-953)j itemque Xicolaus Antonio in indice septimo ad suam *Bibliothecam Hispanam Novam,* nn. III et VII (ed. Romae, 1672, II, pp. 502-504; 521); Eis ubenus A. Michelisch, in suo *Commentatorem zur Summa Theolopaedeshl. Thomas von Aquin.* (Graz und Wien, 1924).

Specialiter quoad scriptores de Thoma vel circa Thomae doctrinam, saeculis XIX et XX, catalogum texuerunt P. Mandonnet et J. Destrez, O. P., in *Bibliografie Thomiste* (Paris, 1921); et inde ab anno 1924, commentarium trimestre *Bulhiin Thomiste.*

210. Quaedam utilia generatim exhibent Iordanus Preingué, 0. P., in suo opusculo II, *De Patribus et praecipuis*

scriptoribus ecclesiasticis, de quibus in theologia scholastica solet fieri mentio: primo, secundum saecula; deinde secundum ordinem alphabeticum *(Theologia speculativa et moralis,* t. XII, I P., pp. 307-327. Gandavi, 1747); Ioannes Baptista Gener, S. L, in tomo I suae *Theologiae dogmatico-scholasticae,* qui *Prodromos ad Theologiam complectitur* (Romae, 1767), ubi auctores de beatitudine tractantes refert in prodromo Secundo, II P., tract. III, pp. 240-245; et Raymundus Martinez Vigil, O. P., in opere *La Orden de Predicadores,* III P., *Ensayo de una biblioteca de dominicos espaholes,* pp. 229-430. Madrid, 1884.

Agostini, Iosephus, S. I. (1577-1643). *Commentaria in I P. Summae Theologiae,* t. I, q. 1-13. Panormi, 1639.

Aguirre, Iosephus Sâez de, O. S. B. (1630-1699). S. *Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis, O. S. B., Doctoris Sanctissimi et sapientissimi Theologia, Commentariis et disputationibus tum dogmaticis tum scholasticis illustrata,* t. I et II. Romae, 1688.

Alarcôn, Didacus, S. I. (f 1634). *Theologiae scholasticae Pars Prima* [in I P. S. Thomae]. Lugduni, 1633.

Albertus Magnus, S. O. P. (c. 1193-1280). *Commentarium in I Sent.,* dist. 1, art. 8-23. Opera ed. Borgnet. Paris, 1890-1898, t. XXV, pp. 23-52.

— *Commentarium in III Sent.,* dist. 14, per tot. t. XXVIII.

— *Comment, in IV Sent.,* dist. 45, art. 1-4, t. XXX, pp. 542-550; arts. 13-32, pp. 562-586; dist. 49, per tot. et dist. 50, an. ii, p. 699.

— *Summa theologiae I P.,* tract. 2-4, t. XXXI, pp. 32-110.

— *Enarrationes in Evangelium secundum Matthaeum,* cap. V, 3-12, t. XX, pp. 148-166.

— *Enarrationes in Evangelium secundum Lucam,* cap. VI, 20-38, t. XXII, pp. 411-427.

— *Quaestiones de bono (Summa de bono,* q. I-io), ed. H. KÜHLE. Collect. *Florilegium Patristicum,* n.° 36 Bonnae, 1933.

— *De sensibus corporis gloriosi,* ed. Helquinet, F. M., O. F. AL, Recherches de Théologie ancienne et médiévale, t. 7 (*935), PP- 273-293·

Alcaniz, F., S. L *Ecclesia patristica et millenarismus.* Expositio historica. Granatae, 1933.

Alderete, Bernardus, S. I. (1594-1659). *Commentarii in I P. de visione et scientia Dei.* Lugduni, 1622.

Alexander, Natalis, O. P. (1639-1724). *Theologia dogmatica et moralis secundum ordinem Catechismi Concilii Tridmtini,* I P., q. 2, art. 13, pp. 314-335. Parisiis, 1743.

Alnwick, Guillelmus, O. F. M. (f 1333). *Quaestiones disputatae de esse intelligibili et de Quolibet,* ed. A. Ledoux, O. F. M. Quaracchi, 1937.

Alliaga, Ioannes de, O. P. *Quaestiones commentariae in I-II,* t. I. Salmanticae, 1726.

Almain, Felix, O. Cap. (t 1727). *De beatitudine hominis naturali ac supernaturali.* Matriti, 1723.

Alvarez, Didacus, O. P. (f 1635). *De auxiliis divinae gratiae,* lib. VII, dist. 63-64; pp. 452-461. Romae, 1610.

— *De incarnatione divini Verbi.* Disputationes in III, P. Summae theologicae, q. 9-10. Romae, 1613.

— *Disputationes theologicae in I-II,* t. I. Trani, 1617.

Alvernus, Guilielmus (c. 1180-1249). *De retributionibus sanctorum.* Opera, Venetiis, 1591, pp. 302-315.

— *De Universo,* II P. I Partis, ibid., pp. 645-711; II Pars II Partis, cap. 78-86, pp. 877-887; cap. 91-93, pp. 891-892.

Amicus, Franciscus, S. I. (1578-1651). *Cursus theologicus,* t. I, *De Deo uno et trino,* in I P. Viennae, 1630; t. III. *De ultimo fine hominis et de mediis ad eum conducentibus et impedimentis abducentibus,* in I, II, t. VI, *De Augustissimo incarnationis mysterio,* in III P. Antuerpiae, 1650.

Anciaux, É. *Vision intuitive de Dieu.* Coll. Tornacenses, t. XXVII (1932), pp. 507-522.

Anselmus, S. (1033-1109). *Prosologium.* ML. 158, 223-242. Nova ed. F. Schmitt, O. S. B. *Florilegium patristicum,* fisc. 19. Bonnae, 1931.

— *Liber Meditationum et orationum.* ML. 158, 740-819.

Antoninus, S., O. P. (1389-1459). *Summa Sacrae Theologiae,* I P., titul. I, cap. 1-2: *De animae similitudine ad*

nMMBC

Deum eiusque nobilitate, t. I, fol. 1-9. Venetiis, 1582; III P., titul. 30-31, t. III, fol. 485-531.

Aquasparta, Mathaeus de, O. F. M. (c. 1240-1302). *Quaestiones disputatae selectae de Fide, q. 6-7, ed.* Quaracchi, 1903, pp. 153-201.

— *Quaestiones disputatae selectae de Cognitione,* q. 6-8, ed. cit., pp. 341-393·

— *Quaestiones disputatae selectae de Christo: Appendix,* q. 5, ed. cit., t. II, 1914, pp. 194-198.

— *Quaestiones disputatae de Gratia,* passim, ed. V. Doucet. Quaracchi, 1935.

Araujo, Franciscus, O. P. (1580-1664). *In I P. Divi Thomae commentariorum tomus primus usque ad quaestionem XXIII.* Salmanticae, 1647.

— *In I-II D. Thomae lecturarum tomus primus.* Salmanticae, 1638.

— *In III P. Commentariorum tomus prior, hoc est. De Verbo incarnato.* Salmanticae, 1736.

Argentima, Thomas de, O. S. A. (f 1357). *Commentaria in quatuor libros Sententiarum.* Genuae. 1585. In I Sent., dist. 1; in III, dist. 14; in IV, dist. 49.

Argentoratensis, Hugo, O. P. (1268-1303). *Compendium theologicae veritatis,* lib. VII, inter Opera S. Alberti Magni, ed. Borgnet, t. XXXIV, pp. 237-361.

Argentré, C. du Plessis d' (1673-1740). *Collectio iudiciontm de novis erroribus qui ab initio XII saec. post incarnationem Verbi usque ad a. 1713 in Ecclesia proscripti sunt et notati.* Parisiis, 1724-1736.

Arnou, R., S. I. *Platonisme des Pères,* apud *Dictionnaire de Théologie Catholique,* t. XII, 2, col. 2557-2592.

Arnu, Nicolaus, O. P. (1629-1692). *Doctor Angelicus Divus Thomas Aquinas, divinae voluntatis et suipsius in Summa theologiae fideissimus interpres, atque doctrinae Patrum observantissimus custos, in lucem publicam editus...;* I P., *tomi primi, Pars altera,* q. 8-13. Romae, 1679.

Arriaga, Rodericls de, S. I. (1624-1667). *Disputationes theologicae en I P. D. Thomae,* t. I. Lugduni, 1638.

— *Disputationes theologicae in I-II D. Thomae,* t. I. Anmerpiae, 1644.

— *Disputationes theologicae in III P. D. Thomae,* t. I. Antuerpiae, 1654.

Arrighi, Ioannes Baptista, O. S. B. (f 1605). *De bealiiudine hominis libri tres.* Florentiae, 1571.

Arrubal, Petrus, S. I. (1559-1608). *Commentariorum ac disputationum in I P. D. Thomae,* tomus primus. Matriti, 1619.

Atzberger, L. (f 1918). *Die christliche Eschatologie in knStadien ihrer Offenbarung in Alten und Neuen Testamente.* Freiburg in Breisgau, 1890.

— *Geschichte der chnstlichen Eschatologie innerhalb der wnicanischen Zeit.* Freiburg, 1896.

Aureolus, Petrus, O. F. M. (1280-c. 1322). *Commentaria in quatuor libros Sententiarum,* I, d. 1; III, d. 14; IV, d. 49. Romae, 1596-1605.

— *Quodlibetum de anima beata.* Romae, 1605.

Autissiodorensis, Guilielmus (t 1231). *Summa Aurea,* lib. IV, *De resurrectione,* fol. 294 vb-306 r. Parisiis. Phil. Pigouchet, 1500.

Aversa, Raphael, Cong. Minimorum (1589-1657). *Satrae Theologiae P. I.* [in I. P S. Thomae, t. I, q. 12]. Romae, 1631.

— *Sacrae theologiae P. II, de Deo ultimo fine et mediis ad t'jm assequendum* [in I-II, S. Thomae, q. 1-5]. Romae, 16.

— *Sacrae Theologiae, III P.* in qua *de Deo Incarnato dusdemque Christi Domini mysteriis* et sacramentis ab eo institutis accurate disseritur, cum Doctore Angelico quaestionibus contexta [in III P. S. Thomae, q. 9-10]. Genuae, 1640.

Ayala Fajardo, Juan de. *Postrimerias del hombre.* Madrid. 1636.

Baconthorp, Ioannes, O. C. (f 1346). *Commentaria seu quaestiones super quatuor libros Sententiarum:* in I, dist. 1; in IU, dist. 14; in IV, dist. 49. Cremonae, 1618.

Bach, M. *De Tétât de Tâme depuis le jour de la mort ius-*

quà celui du jugement dernier d'après Dante et Saint Thomas Rouen, 1835.

Bachelet Le, X. M., S. I. (1855-1925). *Benoit XII,* apud *Dictionnaire de Théologie catholique,* t. II, col. 657-704.

Balduinus, Thomas (f 1190). *Tractatus de duplici resurrectione.* ML. t. CCIV, col. 430-442.

— *De requie coelesti,* ibid., col. 441-452.

B4LZARETTI, P., O. P., *De natura appetitus naturalis.* Angelicum, t. VI (1929), PP· 352-386; 519-544·

Banez, Dominicus, O. P. (1528-1604). *Scholastica commentaria in I P. Angelici Doctoris D. Thomae-,* tom. I, usque ad q. 64: q. 12, 26 et 62. Salmanticae, 1585.

Barcellona, Antoninus, Orat. (1726-1805). *La felicità dei Santi.* 3 vol. Palermo, 1801.

Bassolis, Ioannes de, O. F. M. (f c. 1347). *Opus in quatuor libros Sententiarum:* I, d. 1; III, d. 14; IV, d. 49. Parisiis, 1517.

Batista, Ioannes Ildephonsus, O. P. (t 1650). *Commentaria et disputationes in I-II Angelici Praeceptoris ac Doctoris Ecclesiae S. Thomae Aquinatis,* ex Ord. Praed., in quibus sincerissima eius doctrina et mens, non perfunctorie et per saltum seu lecturas, sed expresso continuato labore, nuDa quaestione vel articulo omisso explicantur, et contra impugnantes antiquos et neotericos vindicantur: t. I, qq. 1-8. Lugduni, 1648.

Bautz, Iosephus. *Der Himmel.* Mainz. 1881.

— *Die Hôlle.* Im Anschluss an die Scholastik dargestellt. Mainz, 1882.

— *Das Fegfeuer.* Im Anschluss an die Scholastik in Bezug auf Mystik und Ascetik dargestellt. Mainz, 1883.

— *Das Weltgerich und Weltende.* Im Anschluss an die Scholastik und neuere Théologie dargestellet. Mainz, 1886.

Bellarminus, S. Robertus, S. I. (1542-1621). *De Ecclesia quae est in coelis.* Coloniae, 1619.

— *Opusculum de aeterna felicitate sanctorum, libri quinque.* Parisiis, 1616.

Ben Israel, Menasseh (1604-1657)· *De resurrectione mortuorum libri tres, quibus animae immortalitas et corporis resurrectio contra Sadduceos comprobatur, causae item miraculosae resurrectionis exponuntur, deque iudicio extremo et mundi instauratione agitur ex Sacris Litteris et veteribus Rabbinis.* Amstelodami, 1636.

Beraza, Blasius, S. I. (1852-1936). *Tractatus de Deo devante, de peccato originali, de novissimis.* Bilbao, 1924.

Bernaldus Presbyter (f c. 1110). *De parvulorum salute.* ML. t. CXLVIII, coi. 1255.

Bernard, B. *Ciel,* apud *Dictionnaire de théologie catholique,* t. II, col. 2474-2511.

Bernardus, S. (1091-1153). *Liber de diligendo Deo.* ML. 182, 973-1000.

— *Sermones in festo omnium Sanctorum.* ML. 183, 453-482.

Biescas, Ioannes, O. P. (f 1640). *Apologia pro doctrina S. Thomae Ecclesiae Sanctae Doctoris Angelici.* Oscae, 1635.

Billot, Lud., S. J. (1846-1931). *Commentarius in I P. S. Thomae,* q. 12. De Deo uno et trino7. Romae, 1926.

— *Commentarius in III P. S. Thomae,* q. 9-10. De Verbo Incarnato7. Romae, 1927.

— *Quaestiones de novissimis6.* Romae, 1924.

Billuart, Carolus Renatus, O. P. (1685-1757). *Summa S. Thomae hodiernis Academiarum moribus accommodata,* sive Cursus Theologiae iuxta mentem D. Thomae. Tractatus de Deo uno, dissert. 4; De ultimo fine, dissert. 1-2; De Incarnatione Verbi, dissert. 10. Parisiis, 1895.

Blot, Renatus (1825-1898). *Au Ciel on se reconnaît.* Paris, 1880.

Bohm, Otto. *Der Gottesbevoeis aus dem Glückesstreben beim hl. Thomas. Divus Thomas.* Friburg. N. S., t. 4 (1926), pp· 319-326.

Bonaventura, S., O. F. M. (1221-1274). *Commentaria in quatuor libros Sententiarum Magistri Petri Lombardi.* Quaracci, Opera Omnia, t. I-IV, 1882 sqq. In I Sent., dist. 1; in III, dist. 14; in IV, dist. 49.

—*Quaestiones disputatae de scientia Christi,* q. 5-7, ed. cit., t. V. pp. 27-43.

— *Breviloquium,* P. VII, cap. 7, t. V, pp. 288-291.

— *Soliloquium de quatuor mentalibus exercitiis,* cap. 4 ed. cit., t. VIII, pp. 56-67.

— *Lignum vitae, fructus 9-12: de mysterio glorificationis,* t. VIII, pp. 80-S6.

[Questions disputées de caritate, de novissimis. Ed. critique par P. Glorieux. Paris. Editions fransciscaines, 1936-1938.]

Bonsirven, J., S. I. *Le judaïsme palestien au temps de lésus-Christi.* Sa Théologie: t. I, II P., chap. 10-13. Paris, 1935·

Borull, Mathias (1615-1659). *De essentia et attributis et visione Dei.* Lugduni, 1664.

Bouyges, M., S. I. *Le plan du «Contra Gentiles» de Saint Thomas.* Archives de Philosophie, t. 3 (1925), pp. 320-341.

Bremond, L. *Le Ciel. Ses joies. Ses splendeurs.* Paris, 1925.

Briger, Candidus, Ord. Cister (1689-1762). *Beatitudo seu ultimus hominis finis ex Sanctorum Patrum scriptis, praecipue S. Bernardi et S. Thomae, addito indice pro usu praeconum verbi divini.* Kremsii, 1723.

Brisbois, G., S. I. *Désir naturel et vision de Dieu.* Nouvelle Revue Théologique, t. 54 (1927), pp. 81-96.

Broglie, G. de, S. I. *Sur la place du surnaturel dans la philosophie de Saint Thomas.* Recherches de Science Religieuse, I, 14 (1924), pp. 192-246; 481-496.

— *Sur la place du surnaturel dans la philosophie de Saint Thomas.* Lettre à M. l'Abbé Blanche, ibid., t. 15 (1925), pp.

— *Autour de la notion thomiste de beatitude.* Archives de Philosophie, t. III (1925), pp. 199-240.

— *De ultimo fine humanae vitae asserta quaedam.* Gregorianum, t. 9 (1928), pp. 628-630.

Buonpensiere, H., O. P. (1853-1929). *Commentaria in I P. Summae Theologicae S. Thomae Aquinatis,* a q. 1 ad q. 23 (De Deo uno) —q. 12—. Romae, 1902.

Burnet, Thomas (1635-1715). *Tractatus de statu mortuorum et resurgentium.* Londini, 1726.

Buzy, D., S. C. I. *La notion de Bonheur dans TEcclésiaste.* Revue Biblique, t. 43 (1934)» PP- 494-511.

Cabrera, Petrus, O. S. Hier, (f c. 1611). *In III P. Sancti Thomae Commentariorum et disputationum tomus primus,* q. 9-10. Cordubae, 1602.

Câceres, Didacus de, O. S. Hieronymi (f 1638). *bi I P. Summae S. Thomae.* Salmanticae, 1638.

Caietanus, Thomas de Vio, O. P. (1469-1534). *Commentaria in Summam Theologicam,* ed. Leonina, Romae, 1888-1906. Opera Omnia S. Thomae, t. IV-XII. In I P., q. 12, 26 et 62; in I-II, q. 1-5 et 69; in II-II, q. 178-182; in III, q. 9-10.

— *Oratio quarta, De immortalitate animorum,* coram Julio II, Pontifice Maximo, dominica prima Adventus, anno salutis 1503, habita. Opuscula omnia, t. III, ed. Augustae Taurinorum, 1582, pp. 276-278.

— *lentaculum II. De diversis documentis de filiis Dei.* Commentarii in Scripturam, ed. Collegii Complutensis S. Thomae. Lugduni, 1639, t. V, pp. 416-425.

— *lentaculum IV. De novem beatitudinibus evangelicis,* ibid., pp. 430-438.

— *lentaculum X,* q. 3, in Ioan, XIV, 2: *in domo Patris mei mansiones multae sunt.* Ibid., pp. 460-461.

Canales a Curribus, Ioannes, O. F. M. (f 1468). *De Coelesti vita, de natura animae eiusque immortalitate, de paradiso animaeque felicitate et inferno animaeque cruciatu.* Venetiis, 1494.

Capponi a Porrecta, Seraphinus, O. P. (1536-1614). *Elucidationes formales in Summam Theologicam S. Thomae de Aquino.* Venetiis, 1598. In I, q. 12, 26 et 62; in I-II, q. 1-5 «70; in II-II, q. 178-182; in III, q. 9-10.

Capranica, Dominicus (1400-1459). *Trattato delTarte dei ben morire.* Firenza, 1487.

Capreolus, Ioannes, O. P. (f T444). *Defensiones theologicae Divi Thomae Aquinatis,* ed. Paban et Pègues. Turonibus, 1900-1904. I Sent., dist. 1; III, dist. 14; IV, dist. 49.

Carafa, Gregorius, Cler. Reg. (t 1676). *Disputationum theologicarum in I-II D. Thomae Aquinatis,* a q. 1, usque ad 17 inclusive, tomus primus. Neapoli, 1628.

Cartusianus, Dionysius (1402 vel 1403-1471). *Com-*

mentari in 7Γ libros Sententiarum. Opera omnia, ed. Monstroli et Tornaci, 1898-1913. 42 vol. In I Sent., dist. 1; III, dist. 14; IV, dist. 49.

— *Elementario theologica* seu *Compendium theologiae,* proposit. 159: *De finali retributione,* ed. cit., t. 33, pp. 230-231.

— *De lumine Christianae theoricae seu de divina essentia,* lib. I, arts. 44-52, t. 33, pp. 285-294.

— *De mutua cognitione beatorum in patria,* t. 36, pp. 175-193.

— *De quatuor hominis novissimis.* Opera, t. 41, pp. 489-594. Tornaci, 1912.

Castro, Alphonsus de, O. F. M. (t 1558). *Adversus omnes haereses libri quatuordecim,* lib. III, verb. *Beatitudo.* Lugdini, 1541, fol 55 V.-65 v.

Catharinus, Ambrosius, O. P. (1844-1559). *Opuscula. Opusculum tertium: de bonorum praemio ac supplicio malorum aeterno et vero.* Lugduni, 1543.

Cauvinus de Nicea, Paulus Maria, O. P. (f 1716). *Disputationes theologicae in I P. Summae Theologicae,* t. I, q. 12. Romae, 1713.

Cappuyns, M., O. S. B. *Note sur le problème de la vision béatifique au IXe siècle.* Recherches de théologie ancienne et medievale, t. I (1929), pp. 98-107.

Chalvet, Hyacinthus, O. P. (1605-1883). *Theologus Ecclesiastes:* t. I, *De Deo uno.* Tolosae, 1635.

— *Theologus Ecclesiastes:* t. II, *De scientia Dei, de voluntate, providentia, causalitate et felicitate.* Lugduni, 1655.

— *Theologus Ecclesiastes:* t. IX, *De Incarnatione, Sacramentis et quatuor novissimis: morte, iudicio, inferno et gloria coelesti.* Burdigalae, 1679.

Chappuis, F. G. *La destinée de l'homme. De l'influence du Stoïcisme sur la pensée chrétienne primitive.* Paris, 1926.

Charlier, L., O. P. *Puissance passive et désir naturel.* Ephemerides theologicae Lovanienses, t. VII (1930), pp. 5-28; 639-662.

Chignoli, Nicolaus Augustinus, O. P. (j- c. 1766). *Praelectiones theologicae,* t. II, praelect. 26-29, pp. 146-18L Venetiis, 1766. n

Cipulli, Gregorius, O. P. (f c. 1646). *In III P. Summae theologicae Doctoris Angelici Commentaria Scholastica,* q. 9-10. Romae, 1646.

Clapwel, Richardus, O. P. *Correctorium Corruptorii tQuaret;* in I P., art. 1, 21, 22 et 39; in I-II art. 1, 3 et 5. Éd. P. Glorieux, Bibliothèque thomiste, t. IX. Paris, 1927.

Colonna, Ægidius, O. S. A. (c. 1247-1316). *Commentaria in quatuor libros Sententiarum:* in I, dist. 1; in III, dist. 14; in IV, dist. 49. Cordubae, 1707.

— *Quaestiones de resurrectione mortuorum, de praedestinatione, praescientia, paradiso, purgatorio et inferno ac de peccato originali.* Neapoli, 1525.

— *Tractatus de divina influentia in beatos.* Romae, 1555.

— *Tractatus de erroribus philosophorum Aristotelis, Averteris, Avicennae, Algazelis, Alkindi et Rabbi Moysis,* ed. Mandonnet, 0. P., *Siger de Brabant2,* t. II, pp. 3-25. Louvain, 1908. [Cfr. G. Bruni, *Di alcune opere inedite e dubbie di Egidio Romano.* Recherches de théologie anc. et méd., t. 7 (1935), pp. 193-196.]

Compostellanus, Petrus (c. 1120-1147). *De consolatione rationis libri duo,* pp. 115-117, ed. Blanco Soto, O. S. A. Münster, 1912. Collect. *Beitrage zur Geschischte der Phil. d. Mittelalters.* Bd. 8, Helft. 4.

Coninck, Ægidius, S. I. (1571-1633). *Disputationis theologicae de Sanctissima Trinitate et Divini Verbi Incarnatione.* Antuerpiae, 1645.

— *De moralitate, natura et effectibus actuum supematuralium in genere, et fide, spe et caritate speciatim.* Antuerpiae, 1623.

Conradi, Iosephus, S. I. (1714-1767). *De opere sex dierum, angelis, actibus humanis et beatitudine.* Olmucii, 1761.

CONTENSON, Vincentius, O. P. (1641-1674). *Theologia mentis et cordis,* lib. I, dissert. 5-6; lib. II, dissert, 2-3; lib. IX, diss. 6. Venetiis, 1727.

Cordoba, Antoninus de, O. F. M. (c. 1485-1578). *Commentaria in quatuor libros Sententiarum:* in I, dist. 1; in III, dist. 14; in IV, dist. 49. Compluti, 1569.

CORDOVANI, Mariano, O. P. *Finalismo ético di San Tom-*

maso d'Aquino. San Tommaso d'Aquino, publicazione commemorativa dei sesto centenario della canonizzazione, pp. 147-167. Milano, 1923.

Cornejo, Petrus, O. Garai. (1570-1618). *Disputationes in I P. et in I-II Divi Thomae.* Pinciae [Vallisoleti], 1628.

— *Disputationes in III P. D. Thomae,* tomus primus. Pinciae, 1629

Corona, Pio A. del, O. P. (f 1912). *I quattro cardini della felicità, secondo San Tommaso d'Aquino.* Firenze, 1876.

Cruce, Ioannes a, O. C. D. (f 1675). *Commentaria in I P. Divi Thomae,* Genuae, 1650.

— *Commentaria in I-II.* Genuae, 1656.

Cuervo, M., O. P. *El deseo natural de ver a Dios, y los fundamentos de la Apologética inmanentista.* La Ciencia Tomista, t. 37 (1928), pp. 310-340; t. 38 (i928b), pp. 322-349; t. 39 (1929), PP- 5-35; t· 45 (1932), PP- 289-317·

Curiel, Ioannes Alphonsus (f 1609). *Lecturae seu quaestiones in D. Thomae Aquinatis Primam Secundae.* Duaci, 1618.

Deniele., O. P., et Chatelain, Æm. *Chartularium Universitatis Parisiensis,* t. II, i, nn. 970-987, pp. 4I4"442] n. 995> PP· 453-454· Parisiis, 1891.

Descoqs, P., S. L *Le mystère de notre élévation surnaturelle.* Paris, 1938.

Deza, Didacus de, O. P. (c. 1444-1523). *Novarum defensionum Doctoris Angelici S. Thomae super quatuor libros Sententiarum, volumina quatuor.* I Sent., dist. 1; III, dist. 14; IV, dist. 49. Hispali, 1517.

Dietl, Gregorius, O. S. B. (f 1690). *Clavis tripartita speculativo moralis seu tractatus de ultimo fine, beatitudine et actibus humanis.* Ratisbonae, 1671.

Divisick, Procopius, O. Praem. (f 1735). *Ara theologica, in qua luminare maius et luminare minus seu duo tractatus de Deo et de beatitudine continentur.* Rhetii, 1735.

Doellinger, I. von. *Sektengesgichte des Mittelalters,* 2 vol. München, 1890.

Doucet, A., O. F. M. *De naturali seu innato supernaturalis beatitudinis desiderio, iuxta theologos a saeculo XIII usque ad XX.* Antonianum, t. 6 (1929)^ PP· 167-208.

Drexelius, Hieremias, S. I. (1581-1638). *De aeternitate considerationes.* Monachii, 1622.

DUMONT, P., S. I. *L'appétit inné de la béatitude surnaturelle chez les auteurs scolastiques.* Ephemerides theol. Lovanienses, t. 8 (193C· PP· 205-224; t. 9 (1932), pp. 5"27·

Durandus a S. Porciano, O. P. (f 1334). *Commentaria in quatuor libros Sententiarum:* in I Sent., dist. 1; in III, dist. 14; in IV, dist. 49. Lugduni, 1533*.

Eadmerus Cantuariensis, O. S. B. (f 1124). *Liber de beatitudine coelestis patriae.* ML. t. 159, coi. 587.

Emes, Paulus, O. S. A. (1745-1814). *De beatitudine eorum qui christiani non sunt dissertatio.* Erfordiae, 1791.

Engelbertus, O. S. B. (c. 1250-1331). *De summo bono hominis in hac vita contra philosophos ethnicos,* ed. J. Conr. Peez. Ratisbona, 1725.

Escrivâ, Franciscus, S. I. (1530-1617). *Discurso de las cuatro postrimerias.* Valencia, 1604-1616.

— *Del infiemo y de la gloria.* Valencia, 1616.

Estius, Guilielmus (1542-1613). *In quatuor libros Sententiarum commentaria, quibus pariter S. Thomas Summae Theologicae Partes omnes mirifice illustrantur:* in I, dist. 1; in III, dis. 14; in IV, dist. 49. Parisiis, 1697.

Eymerich, N., O. P. (1320-1399). *Directorium Inquisitorum.* Venetiis, 1607.

Facchini, D. *Come i beati vedrano Iddio nel Cielo e conoscerano le anime compagne nella gloria.* Bessarione, t. 8 (1912), pp. 156-166.

Fassoni, Liberatus (1720-1785). *De piorum in sinu Abrahae beatitudine ante Christi mortem.* Romae, 1760.

Fernandez, A., O. P. *Naturale desiderium videndi divinam essentiam, apud S. Thomam eiusque scholam.* Divus Thomas Piae., t. 33 (1930), pp. 5-28; 503-527.

Ferrariensis, Franciscus de Silvestris, O. P. (c. 1474-I526). *Commentaria in libros quatuor Contra Gentiles S. Tho-*

niae de Aquino: in lib. I, cap. 99-102; in lib. II, cap. 59-78; in lib. III, cap. 1-53; in lib. IV, cap. 86-97. Ed. Leonina Operum S. Thomae, t. XIII-XV. Romae, 1918-1919.

Ferré, Vincentius, O. P. (f 1682). *Commentaria scholastica in D. Thornam: in I P.,* q. 12; *in I-II,* q. 1-5. Salmanticae, 1675.

Ferrer, Vincentius, O. P. (1675-1738). *Epitome cursus theologici ad mentem D. Thomae Doctoris Angelici,* complectens controversias omnes quae hac tempestate exagitari solent in scholis: t. I, tract. II, de visione Dei; t. II, tract. I, de ultimo fine et beatitudine hominis; t. IV, tract. III, de scientia animae Christi. Valentiae, 1634-1659.

Ferreras, Ioannes de (1652-1735). *De Deo ultimo fine hominis.* Matriti, 1735.

Frassen, Claudius, O. F. M. (1636-1711). *Scotus Academicas seu universa Doctoris subtilis theologia dogmatica.'* I P., q. 12; I-II, q. 1-5; III, q. 9-10. Romae, 1901.

Frire, Claudius, S. I. (1627-1690). *De visione Dei.* Dillingae, 1669.

Frins, Victor, S. I. (1840-1912). *De actibus humanis ontologice et psychologice consideratis,* sect. I. Friburgi Brisgoviae, 1897.

Gandavensis, Henricus (f c. 1293). *Summa theologica.* Paris, 1520.

— *Quodlibeta.* Paris, 1518.

Gardeil, A., O. P. (1859-1931). *Beatitude,* apud *Dictionnaire de théol. cath.,* t. II, coi. 497-515.

— *Beuntudes évangéliques,* ibid., col. 515-517.

— *Le désir naturel de voir Dieu.* Revue Thomiste, nov. série, t. 9 (1926), pp. 381-410.

— *La vitalité de la vision divine et des actes surnaturels,* ibid., pp. 477-489·

— *La structure analogique de l'intellect, fondament de la puissance obediencielle au surnaturel,* ibid., pp. 523-527.

La structure de l âme et Pexperience mystique, I P., liv. III, q. 3, t. I, pp. 268-348. Paris, 1927.

Garrigou-Lagrange, R., O. P. *Dieu, son existence et sa nature,* pp. 302-314. Paris, 1914.

— *De Deo uno.* Parisiis, 1938.

— *Le désir naturel du bonheur prouve -t-il le existence de Dieu?* Angelicum, t. 8 (1931), pp. 129-148.

— *De revelatione per Ecclesiam catholicam proposita.* Romae, 1921, lib. I, sect. 2, caps. 11-12, t. I, pp. 337-403.

— *L'appétit naturel et la puissance obédiencielle.* Revue Thomiste, nouv. série, t. II (1928), pp. 474-478.

— *Le sens du mystère et le clair-obscur intellectuel,* II P., chap. 1-2, pp. 157-205. Paris, 1934.

— *De demonstrabilitate possibilitatis mysteriorum supernaturalium.* Angelicum, t. 12 (1935), PP- 217-222.

— *Le réalisme du principe de finalité.* Paris. 1932.

— *De spiritu supernaturali theologiae D. Thomae,* apud *Miscellanea dominicana in memoriam VII anni saecularis ab obitu S. P. Dominici.* Romae, 1923, pp. 141-150.

Gatti V., O. P. *Institutiones apologetico-polemicae,* tract. III, cap. 2, t. II, pp. 351-397. Romae, 1876.

Gazzaniga, Petrus Maria, O. P. (1722-1799). *Praelectiones theologicae,* Bassani, 1831-1832; t. II, disert. 3, pp. 40-90; t. VII, dissert. 4, pp. 79-103.

Gerbert, Martinus, O. S. B. (1720-1791). *De Christiana felicitate huius vitae.* Friburgi Brisgoviae, 1762.

Gobat, Georgius, S. I. (1600-1671). *De visione beatifica.* Salisburgi, 1654.

Godofridus de Fontibus (f c. 1306). *Ouodlibetum II, q. 1: utrum anima Christi in triduo fuerit aliquo modo impedita a plenitudine beatitudmis ratione suae separationis a corpore.* Ed. M. DE Wulf et A. Pelzer, *Les Philosophes Belges,* t. II. pp. 44-53. Louvain, 1904.

— *Ouodlibetum V, q. 9: utrum intellectus agens habeat operationem in visione essentiae divinae.* Ed. M. de Wulf et J. Hoffmans, *Les Philosophes Belges,* t. III, pp. 32-34. Louvain, 1914.

— *Quodlibetum VI, q. 1: utrum intellectu et voluntate exismilibus perfectis habilibus gloriosis, Deus posset se abstrahere,* ibid., pp. 92-110; *q. 9: utrum intellectu vidente Deum imme-*

diate per lumen gloriae, voluntas potest eo frui absque habitu, ibid., pp. 178-182.

— *Quodhbetum VIII, q. 6: utrum homo posset beatificari, si potentiae animae essent aliquid realiter ab ipsa essentia differens.* Ed. J. Hoffmans, Les Philosophes Belges, t. IV, fasc. i, pp. 64-6S. Louvain, 1924.

— *Quodlibetum IX, q. 8: utrum anima humana in gloria sine corpore suo possit esse beatior etiam quantum ad beatitudinem essentialem aliquo angelo; et hoc est quaerere utrum, si Beata Virgo esset in gloria sine corpore, ipsa posset esse gloriosior et beatior omnibus angelis,* ibid., fasc. 2, pp. 234-238. Louvain, 1928.

— *Quodlib. XV, q.* 5; *utrum gradus beatitudinis sive mansionis distinguantur secundum latitudinem extensionis aut intensionis,* ed. O. Lottin, O. S. B., Les Philosophes Belges, t. XIV, pp. 34-38. Louvain, 1937.

— *Quodlib XV, q. 17: utrum homo in resurrectione reminiscatur artium quas scivit in vita ista.* Ibid., pp. 67-69.

Godoy, Petrus de, O. P. (f 1677). *Disputationes theologicae in Summam Theologicam,* Oxomii, 1666-1672; in I P., q. 12; in I-II, q. 1-5; in III P., q. 8-9.

Gonet, Ioannes Baptista, O. P. (c. 1616-1681). *Clypeus theologiae thomisticae*™. Antuerpiae, 1753: in I P., tract. 2; in I-II, tract. 1, in III P., tract. 1, disp. 16.

Gonzalez de Albelda, Ioannes, O. P. (f c. 1636). *Commentaria et disputationes in I P. Summae S. Thomae Aquinatis,* q. 12. Compluti, 1621.

Gonsalvus Hispanus, O. F. M. (f 1313). *Quaestiones disputatae et de Quolibet,* ed. L. Amoros, O. F. M. Quaracchi, 1935.

Gotti, Vincentius Ludovicus, O. P. (1664-1742). *Theologia scholastico-dogmatica iuxta mentem D. Thomae.* Bononiae, 1727-1735: t. II, tract. II, *de visione Dei;* t. VII, tract. I, *de ultimo fine seu beatitudine hominis;* t. XII, tract, *de scientia Christi.*

Granada, Ludovicus de, O. P. (1504-1588) *Guia de pecadores,* lib. I, cap. 9 et 28, ed. cit. J. Cuervo, O. P. *Obras*

Ji Fray Luis de Granada. Madrid, 1906-1908; t. I, pp. 83-93; 310-330.

— *Libro de la oration y meditation,* I P., cap. III, ed. dt., t. II, pp. 195-210.

— *Memorial de la vida cristiana,* tratado primero, cap. 2, t. III, pp. 27-32; trat. sexto, cap. 5, pp. 504-404.

— *Introduction del Simbolo de la Fe,* II P., cap. III, t. VI, pp. 37-44; P. V, II, cap. 14, t. IX, pp. 103-112.

— *Manual de diversas orationes y ejercicios espirituales,* IP., cap. 2, t. XI, pp. 20-22; II P., ejercicios del segundo estado, pp. 203-208.

— *Vita Christi,* t. IX, pp. 398-399.

— *Compendio de doctrina cristiana,* I P., cap. 15, t. XIII, pp. 81-87.

Granados, Iacobus, S. I. (1572-1632). *Commentarii in Summam Theologiae S. Thomae: I P.,* tomus primus. Hispali, 1623; *in I-11,* tomus primus, ibid., 1631; *in III P.,* tomus primus. Granatae, 1633.

Grandi, Bonifacius Maria, O. P. (1624-1692). *Cursus theologicus servata coordinatione Summae D. Thomae.* Ferratae, 1697, 3 vols: in I, q. 12; in I-II, q. 1-5; in III P., q. 9-10.

Gravina, Dominicus, O. P. (c. 1524-1642). *Lapis Lydius ad discernendas veras a falsis visionibus et revelationibus,* lib. II, cap. 9-10, pp. 99-128. Neapoli, 1638.

Gredt, Iosephus, O. S. B. *Elementa philosophiae Aristotelico-thomisticae**. Friburgi Brisgoviae, 1926: n.° 789, arg. VI (II, pp. 193-195); nn. 881-909 (pp. 298-322).

— *Der Gottesbeweis aus der Gluckeligkeit.* Divus Thomas, Frib., t. 2 (1924), pp. 92-100.

Gregorio, Mauritius de, O. P. (f 1651). *Commentarii laconici ad sensum prooemii paraphrastici in quatuor Sententiarum libros:* I, d. 1; III, dist. 14; in IV, d. 49. Neapoli, j645.

— *Commentarii laconici ad sensum prooemii in quatuor libros Contra Gentiles:* I, cap. 99-102; II, cap. 59-78; HI, cap. 1-53; IV, cap. 86-97, Neapoli, 1644.

Gretser, Iacobus, S. I. (1562-1625). *Disputationes duae:*

altera de subtenaneis leceptaculis contra sectarios, ciltcra de statu beatorum. Ingolstadii, 1597.

Gualterius Brugensis, O. F. M. (c. 1225-1307). *Quaestiones disputatae,* q. 8: *an beatitudo patriae minuat libertatem voluntatis humanae,* ed. E. Longpré, Collect. *Les Philosophes Belges,* t. X, pp. 74-83. Louvain, 1928.

Guardagnin, Girolamo. *Della humana felicità seconda la doctrina di San Tommaso d'Aquino,* Treviso, 1882.

Guilelmus Abbas (f 1150). *De contemplando Deo.* ML. t. 184, coi. 365.

GuiMOT, V. *Jésu-Christ, principe et fin de toutes choses,* 2 vol. Paris, 1887.

Hacquet, Ioannes Baptista, O. P. (f 1654). *Controversorium theologicum complectens omnes tractatus totius Primae Secundae D. Thomae.* Romae, 1654.

Hales, Alexander de, O. F. M. (c. 1170 | 1180-1245). *Summa theologica,* lib. I, tractatus introductorius, q. 2, ed. Quaracchi, 1924; III P., q. 21-22. [Videatur hac de re F. M. Henquinet, O. F. M., *Les questions inédites d'Alexandre de Hales sur les fins dernières,* apud *Recherches de Théologie ancienne et médiévale,* 10 (1938), PP· 5^"78> I53-I72) 268-278.]

Hallfell, Matthias. *Züge zum Christusbilde beim hl. Thomas von Aquin.* Divus Thomas. Frib., nova serie, t. 5 (1927), PP· 53-73·

Hannibaldus de Nannibaldis, O. P. (t 1272). *Commentarium in libros quatuor Sententiarum:* in I, dist. 1; in III, dist. 14; IV, dist. 49. Inter Opera S. Thomae Aquinatis, ed. Vives, t. XXX.

Haymo Halberstadiensis (f 853). *De Amore coelestis patriae libri tres.* ML, t. 118, col. 875-958.

Heinen, W. *Die erkenntnistheoretische Bedeutung des Desiderium naturale bei Thomas von Aquin.* Bonn, 1927.

Hemm, Ioannes Baptista, O. S. B. (1694-1719). *Disputationes theologicae de visione Dei.* Ratisbonae, 1769.

Henao, Gabriel, S. I. (1612-1704). *Empyreologia seu philosophia Christiana de empyreo coelo.* Ludguni, 1652.

Henrîquez, Henricus, S. I. (1536-1608). *Summa theologiae moralis.* Altera pars: *de fine hominis.* Salmanticae, 1591.

Herice, Valentinus, S. I. (1571-1626). *De scientia Dei, de voluntate, de Dei providentia ac praedestinatione, de visione Dei.* Pampilonae, 1623.

Herveus, Natalis, O. P. (f 1323). *In quatuor libros Sentimtiarum Commentarium:* in I, dist. 1; in III, dist. 14; in IV, dist. 49. Veneriis, 1505.

— *Tractatus de beatitudine.* Venetiis, 1513.

— *Quodlibetum 5,* q. 7: *utrum visio beata possit esse in potentia intellectiva sine habitu qui dicitur lumen gloriae.* Venetiis, 1513.

— *Ouodlib. 10,* q. 6: *utrum actus fidei et visio stent simul in anima separata.* Venetiis, 1513.

— *Ouodlib. ii,* q. 4: *utrum anima separata teneat totum esse quo existit totus homo cum est anima coniuncta.* Venetiis, 1513.

Hoffmann, G. *Der Streit Uber ide selige Schau Gottes* (1331-1338/ Leipzig, 1917.

Honorius Augustodunensis (f c. 1145). *Scala coeli major. Scala coeli minor.* ML. t. 172, coi. 1229-1239.

Hübscher, Ignatius, O. S. B. *De imagine Dei in homine viatore, secundum doctrinam S. Thomae.* Lovanii, 1932.

Hugo a Sancto Victore (1096-1141). *De statu futuri saeculi.* ML. t. 176, coi. 809.

Hugon, Eduardus, O. P. (1867-1929). *Tractatus dogmalid ad modum commentarii in praecipuas quaestiones dogmaticas Livi Thomae Aquinatis:* t. I, q. 4 et 13; t. II, q. 6, art. 2; t. III, q. 6; t. IV, q. 7. Parisiis, 1920.

HuGUENY, Et ., O. P. *A quel bonheur sommes-nous destinés?* Commentaire de l'art. 8, q. III de la i."-IL", apud *Revue Thomiste,* t. 12 (1904), pp. 661-681; t. 13 (1905), pp. 29-43.

Hurtadus, Gaspar, S. I. (c. 1578-1647). *Disputationes de Deo.* Matritii, 1642.

— *Disputationes de beatitudine, Actibus humanis, bonitate et malitia, habitibus, virtutibus et peccatis.* Matritii, 1630.

— *Disputationes de Incarnatione Verbi.* Compluti, 1628.

lOANNES, G. *La Vie de ΓAu-delà dans la vision béatifique* Paris, 1928.

Ioannes DE NEAPOLI, O. P. (f c. 1350). *Utrum animae sanctorum separatae a corpore ante resurrectionem generalem videant clare seu aperte divinam essentiam,* ed. D. Gravina, O. P., *Quaestiones disputatae,* pp. 346-357. Neapoli, 1618.

Isolanis, Isidorus DE, O. P. (f 1524). *Disputationes catholicae quinque.* Lugduni, 15S0.

Izquierdo, Sebastianus, S. I. (1601-1680). *De Deo uno, opus theologicum.* Romae, 1664.

— *Considerationes de los cuatro novisimos del hombre: Consideration de la gloria,* pp. 324-551. Roma, 1672.

Jacob, Carolus, O. S. B. (j- 1661). *De Deo in se et extra se seu de Deo ut ultimo fine et Salvatore.* Salisburgi, 1642.

Jagerhuber, Ignatius (1722-1765). *De ultimo fine hominis seu de beatitudine.* Graecii, 1759.

Jansens, Laurentius, O. S. B. (1855-1925). *Summa Theologica ad modum commentarii in Aquinatis Summam praesentis aevi studiis aptatam.* In I P., q. 12 et 26. Friburgi Brisgoviae, 1900. 2 vols.; q. 62, ib., 1905; in III P., q. 9-10, ibid., 1901.

Janvier, M. A., O. P. (1860-1939). *La béatitude. Exposition de la morale catholique.* Paris, 1903.

Jaszlinsky, S. I. (f 1784). *De angelis, beatitudine et actibus humanis.* Tymaviae, 1762.

Javelli, Chrysostomus, O. P. (c. 1470-1538). *Divinae et christianae philosophiae moralis Institutiones:* P. VII, de *beatitudinibus,* fol. 333-369; P. VIII, *de Summo Bono,* fol. 369 v.-422 r. Venetiis, 1565.

— *Expositio praeclarissima in I P. Divi Thomae,* q. 12. Moguntiae, 1611.

Jost, Geroldus (1719-1788). *De homine theologice considerato.* Wirceburgi, 1758.

Jugie, Martinus, O. S. A. ab Assumpt. *Theologia Dogmatica Christianorum orientalium ab Ecclesia Catholica dissidentium:* t. II, cap. 2, pp. 47-183. Paris, 1933; t. IV, cap. 5, pp. 197-202; t. V, I P., cap. 9, pp. 335'347; H P., cap.iô, pp. 755-787. Parisiis, 1931-1935·

— *La béatitude et la science parfait de Tàme de Jésus via-w/r, d'après Leone de Byzance.* Revues des Sciences Philosophiques et Théologiques, t. 10 (1921), pp. 548-559·

Jungmann, B. (f 1895)· *Tractatus de Novissimis2.* Ratisbonae, 1874.

Kachnik, Iosephus. *Ethica catholica,* t. I, P. I, sect. XI, §5, pp. 48-60. Olmucii, 1910.

Kaeppeli, Th., O. P. *Le Procès sontra Thomas Waleys, O. P.* Romae, 1035.

Kamperger, Franciscus Maria, S. I. (1638-1698). *Quaestiones et responsa theologica de Deo uno et trino, de angelis et beatitudine.* Eystadii, 1705.

Katschthaler, J. B. (f 1914)· *Eschatologia.* Ratisbone, 18S8.

Kichler, Hieronymus, O. Praem. (f 1715). *Quaestiones theologicae de homine prout elevatus est ad beatitudinem.* Pragae, 1707.

— *De homine prout elevatus est ad beatitudinem per actus proprios obtinendam.* Pragae, 1708.

Kirch, Leopoldus (f 1708). *De angelis, de actibus humanis u beatitudine.* Pragae, 1765.

Klee, Henricus (1800-1840). *Tentamen theologico-criticum de chiliasmo primorum saeculorum.* Herbipoli, 1825.

Kleutgen, Iosephus, S. I. (1811-1883). *Institutiones theologicae in usum scholarum.* Vol. I: *De ipso Deo,* P. I, q. 2, cap. 10, pp. 222-244. Ratisbonae, 1881.

Kliefoth, Th. *Chrisliche Eschatologie.* Leipzig, 1886.

Kneutgen, Augustinus, O. S. A. (f 1716). *Quaestiones theologicae in I-II Divi Thomae.* Brünn, 1762.

Koch, U. *La distinzione prepelagiana tra vita eterna o regno celeste.* (Contributo alla storia della escatologia cristiana.) Ricerche religiose, t. o (1933)5 PP· 44-62.

KOELLIN, CONRADUS, O. P. (c. 1476-1536). *Expositio armentaria prima, subtilissima simul ac lucidissima, cunctisque Theologicae Facultatis secundum quamcumque opinionem*

studiosis maxime necessaria, in Primam Secundae Angelici Doctoris S. Thomae Aquinatis, q. 1-5; q. 60. Veneriis, 1589.

Krawutzky, A. *De visione beatifica. In Benedicti Constitutionem «Benedictus Deus» commentatio historica.* Vratislaviae, 1868.

Kwiatkowski, V. *De scientia beata in anima Christi disquisitio dogmatico-scholastica.* Leopoli, 1921.

Labat, Petrus, O. P. (f 1670). *Theologia Scholastica secundum illibatam S. Thomae doctrinam, sive Cursus Theologicus, in quo omnia dubia, maxime hac tempestate agitari solita, ample, exacte et perspicue resolvuntur, ac semper omnino menti eiusdem Doctoris Angelici consone:* tomus I, *de Beo uno,* Tolosae, 1658; t. III, *de universa theologia morali seu de ultimo fine, actibus humanis, virtutibus, vitiis et peccatis.* Tolosae, 1659.

Lafosse, S. S. (1701-1748). *De Deo ac divinis attributis:* q. 4, *de visione Dei,* ed. Aligne, *Theologiae Cursus Completus,* t. VII, coi. 158-227.

Lagrange, M.-J., O. P. *L'amour de Dieu, loi suprême de la morale de l'Evangile.* La Vie Spirituelle, t. 26 (1931), [i]-[i6].

Lamiroy, Henricus. *De beatitudine coelesti.* Collationes. Brugenses, t. 26 (1926), pp. 306-310; 326-330; 371-382.

Lang, A. *Die Loci theologici des Melchior Cano und die Methode des dogmatischen Betveis.* Münster, 1925.

Lappacci, Bartholomaeus, O. P. (| 1466). *De sensibilibus deliciis paradisi respectu omnium exteriorum sensuum corporis humani in patria* [ex loanne de Tambaco, O. P.]. Veneriis, 1494.

Laurent, H., O. P. *Autour de la «Summa Contra Gentiles», simple mise au point.* Angelicum, t. 8 (1931), pp. 237-245.

Lavaud, M.-B., O. P. *Moïse et S. Paul ont-ils eu la vision de Dieu dès ici-bas?* Revue Thomiste. N. S. 13 (1930), pp. 75-83.

— *La vision de Dieu ici-bas par Moïse et S. Paul.* Ibid, pp. 252-256.

Ledesma, Martinus, O. P. (t 1574). *Commentaria in quatuor libros Sententiarum:* in I, dist. 1; in III, dist. 14; in IV, dist. 49. Conimbricae, 1555.

Ledesma, Petrus de, O. P. (f 1616). *Tractatus de divina perfectione, infinitate et magnitudine, in illa verba: Ego sum qui sum.* (Ex., III, 14), a q. 3 Partis Primae S. Thomae ad q. 14, cui annectitur tractatus de perfectione actus essendi creari. Salmanticae, 1596.

Lennerz, H., S. I. *Kann die Vernunft die Mogliehkeit der beseligenden Anschauung Gottes beweisen?* Scholastik, t. 5 (1930), pp. 102-108.

Lens, Ioannes de (j- 1503). *De limbo Patrum.* Coloniae, 1583.

Leone a Lycio, Dionysius, O. P. (f c. 1670). S. *Thomae articulorum formationes, commentaria et disputationes:* tomus I, *qui est de sola q. 12.* Lycii, 1651.

Lépicier, Alexius Maria, O. S. B. M. V. (1863-1936). *Institutiones theologiae dogmaticae ad textum S. Thomae concinnatae. De Deo uno,* I P., q. 12. Parisiis, 1901; II P., q. 26, ibid., 1908.

— *Tractatus de Angelis,* t. II, q. 62. Parisiis, 1909.

— *Tractatus de Incarnatione Verbi,* II P., q. 9-10. Parisiis, 1906.

— *Tractatus de Novissimis,* q. 3 et 8. Parisiis, 1921.

— *Del!anima humana separata dal corpo, suo stato, sua condizione,* Roma, s. a.

Lessius, Leonardus, S. L (1554-1623). *De summo bono et aeterna beatitudine hominis libri quatuor.* Antuerpiae, 1616.

— *De perfectionibus moribusque divinis libri quatuordecim:* lib. XII, *de ultimo fine.* Antuerpiae, 1620.

— *De beatitudine et actibus humanis,* in I-II D. Thomae. Lovanii, 1645.

Lezana, Ioannes Baptista, O. C. (1586-1659). *Summa theologiae Sacrae:* t. I, *in I partem* D. Thomae. Romae, 1651: t. II, *in Primam Secundae.* Romae, 1654.

Lezana, Mauritius, O. P. (f 1668). *Controversiae theologicae in I Partem S. Thomae,* q. 12. Matriti, 1668.

Liguori, S. Alphonsus Maria de, C. SS. R. (1696-1787).

Dissertationes theologicae morales de his quae ad vitam aeternam pertinent: dissert. IX, *de beatorum statu post indicium.* Opera dogmatica, ed. A. Walter, t. II, pp. 616-626. Romae, 1903.

— *Apparecchio alia morte, cioé considerazioni suile massime eterne.* Napoli, 1843.

Lombardus, Petrus (c. ii 10-i 160). *Sententiarum libri quatuor:* lib. I, dist. 1; lib. III, dist. 14; lib. IV, dist. 49. Quaracchi, 1916. [Circa Petrum Lombardum videatur De Ghellinck, J., S. I. *Pierre Lombard. Dictionnaire de Théol. Cath.,* t. XII, col. 1941-2119.]

Lôpez, Agustin, Ord. Cist. (f 1511). *Boecio, De Consolaciôn, traducido y comentado.* Valladolid, 1604.

Lorca, Petrus de, O. Cist. (1554-1606). *Commentaria et disputationes in universam I-II S. Thomae,* 2 vol. Compluti, 1609.

— *Commentaria et disputationes in III P. S. Thomae, de Incarnatione.* Compluti, 1616.

Loiter, M. *Fundamentum aeternae felicitatis omnibus hominibus utilissimum, sexdecim quoque signis annexis per quae coniecturare possumus aliquem fore de numero electorum vel damnatorum.* Lipzk, 1499.

Lozano, S. Martinez, O. P. *Naturaleza afectiva de la vision beatifica, segiin Santo Tomâs.* La Ciencia Tomista, t. 31 (1925) pp. 325-347.

Lugo, Franciscus de, S. I (1580-1652). *Theologia scholastica in I P. Divi Thomae, tres libros continens:* lib. I, *de Deo uno.* Lugduni, 1647.

Lugo, Ioannes de, S. I (1583-1669). Opera, t. IV, continens disputationes scholasticas *de Incarnatione Dominica,* disput. 18-19. Venetiis, 1751.

Lumbreras, P., O. P. *El deseo natural de ver a Dios.* La Ciencia Tomista, t. 23 (1921), pp. 49-60.

Lyncaeus, Richardus, s. I (1611-1676). *De Deo ultimo fine.* Salmanticae, 1671.

Mairat [Maeratius], Ludovicus L., S. I. (1570-1664). *Disputationes in Summam Theologicam S. Thomae* Parisiis 1633.

Malvenda, Thomas, O. P. (1566-1628). *De paradiso voluptatis.* Romae, 1605.

Mamachi, Thomas Maria, O. P. (1713-1792). *De animabas iustorum in sinu Abrahae ante Christi mortem expertibus beatae visionis Dei.* Romae, 1766.

Manchberger, Leopoldus, S. I *De opere sex dierum, angelis, beatitudine et actibus humanis.* Pragae, 1761.

Manser, G. M., O. P. *Das Streben nach Glückseligkeit ais Beweis fiir das Dasein Gottes. Divus Thomas Frib.,* 3 series, t. II (1924), pp. 331-339·

— *Das Wesen des Thomismus2. Freiburg* (Schweiz), 1035, pp. 326-350.

Marcus Ephesinus (f 1444). *De vitae termino.* MG. t. 160, coi. 1193-1200.

— *Oratio prima de igne purgatorio,* ed. L. Petit, A. A., P. 0. 15, pp. 39-60.

— *Oratio altera de Purgatorio,* ibid., pp. 108-151.

— *Responsio ad postremas latinorum quaestiones super igne purgatorio,* ibid., pp. 152-168.

— *Argumenta decem adversus ignem purgatorium,* ed. L. Petit, A. A., P. O. 17, pp. 422-425.

— *Confessio fidei Florentiae scripta, sed post absolutam synodum in lucem edita,* ibid., pp. 435-447

Epistola encychca contra Graecos-Latinos ac decretum synodi Florentinae, ibid., pp. 449-459.

Marci Ephesii *morientis oratio ad amicorum coetum, ac nommatim ad Georgium Scholarium,* ibid., pp. 484-491.

Maréchal, J., S. I. *Etudes sur la Psychologie des Mystiques.* Paris, 1924-1938.

Mariales, Xantes, O. P. (c. 1580-1660). *Controversiae ad universam Summam theologiae D. Thomae Aquinatis necnon ad quatuor libros Magistri Sententiarum,* in quibus primum doctoris utriusque sententia novis speculationibus illustratur, plurima eorum abdita sensa aperiuntur, innumera loca, quae inter se pugnare videntur, ad concordiam revocantur... Venetiis, 1624.

— *Bibliotheca interpretum ad universam Summam theologiae D. Thomae Aquinatis.* Venetiis, 1660.

Marinis, Dominicus de, O. P. (1599-1660). *Expositio Commentaria in I* P. *Angelici Doctoris S. Thomae.* Lugduni, 1663.

— *Expositio commentaria in Secundam Partem [I-II et II-II] Summae Doctoris Angelici S. Thomae,* 1663.

— *Expositio commentaria in III P., complectetis ea quae spectant ad ineffabile Incantationis mysterium.* Lugduni, 1666.

Marletta, Gabriel, O. P. (f 1678). *Commentariorium seu scholasticorum controversiarum ad Primam Partem D. Thomae,* t. IV-VII, *de visione beatifica.* Neapoli, 1667.

Marston, Rogerus, O. F. M. (f c. 1303). *Quaestiones disputatae.* Quaracchi, 1932.

Martin, Raymundus, O. P. *De ratione et valore scientifico doctrinae moralis S. Thomae Aquinatis.* Ephemerides theol. Lovanienses, t. I (1924), pp. 340-354.

Martin, Thomas Henricus (f 1884). *La vie future: histoire et apologie de la doctrine chrétienne sur l'autre vie.* Paris, 1855.

Martinez, Gregorius, O. P. (7 1637). *Commentaria super I-II D. Thomae:* tomus primus, q. 1-21. Vallisoleti, 1617.

Matthias, Petrus, S. I. (1576-1642). *Paradisus coelestis.* Antuerpiae, 1640.

ALatthys, M., O. P. *Quid ratio naturalis doceat de possibilitate visionis beatae secundum D. Thornam in Summa contra Gentiles.* Divus Thomas Plac. 30 (1936), pp. 201-228.

AIatulewicz, G. B. *Doctrina russorum de statu iuslitiae originalis.* Cracoviae, 1903.

Mauri, Silvester, S. I. (1619-1689). *Opus theologicum in tres tomos distributum, in quo praecipua totius theologiae capita accurate pertractantur: tomus primus, qui totam Primam Partem D. Thomae* ac multa alia continet, tractatus III, *de cognitione, visione et nominibus Dei.* Romae, 1687.

— *Opus theologicum,* tomus II, in quo agitur de *beatitudine et actibus humanis, de peccatis et de gratia,* tract. I, *de beatitudine.* Romae, 1687.

— *Opus theologicum,* tomus III, in quo agitur *de Divini I erbi Incarnatione, de sacramentis in genere et in particulari, de poenitentia,* tract. I. Romae, 1687.

Mayer, Carolus, O. S. B. (j- 1726). *De statu futuri saeculi, seu de futura beatorum, damnatorum et parvulorum conditione.* Salisburgi, 1722.

Mediavilla, Richardus de, O. F. M. (c. 1249-1300). *Commentarium in quatuor libros Sententiarum:* in I, dist. 1; in III, dist. 14; in IV, dist. 49. Venetiis, 1507-1509.

[Circa Richardum de Mediavilla videatur Edgar Hocedez, S. I. *Richard de Middleton: sa vie, ses oeuvres, sa doctrine,* Louvain, 1925.]

Medicis, Hieronymus de, O. P. (f 1622). *Formalis explicatio Summae Theologicae S. Thomae Aquinatis, Doctoris Angelici:* in I, q. 12, 26, 62; in I-II, q. 1-5 et 70; in II-II, q. 178-182; in III, q. 9-10; in Supplementum III P., q. 171-174; 181-184. Vici, 1858-1862.

Medina, Bartholomeus de, O. P. (1527-1581). *Expositio in Primam Secundae Angelici Doctoris D. Thomae Aquinatis3,* q. 1-5, 70. Salmanticae, 1588.

— *Expositio m III P. Divi Thomae usque ad quaestionem sexagessimam, complectens III librum Sententiarum,* q. 9-10. Salmanticae, 1506.

Merinero, Ioannes, O. F. M. (1583-1663). *Cursus theologicus,* tomus IL *de beatitudine, de actibus humanis, bonitate a malitia morali peccatoque actuali.* Alatriti, 1668.

Miaskowski, S. I. (f 1737)· *Tractatus de fine ultimo et kaiitudine creaturae rationalis.* Posnaniae, 1731.

Michel, A. *Vision intuitive,* apud *Dictionnaire de théol. catholique,* t. VII, 2, col. 2351-2394.

— *Gloire,* ibid., t. VI, 2, col. 1386-1425.

Michael Psellus (c. 870). *De mortis determinatione.* MG. t. 122, col. 915-920.

Miguel, Alphonsus, O. P. (f 1658). *Commemtarium in l P. S. Thomae,* q. 12. Compluti, 1658.

Molina, Ludovicus, S. I. (1535-1600). *Commentaria in Primam Divi Thomae Partem:* q. 12, 26 et 62. Lugduni, 1622.

MonsabrÉ, J. M. L., O. P. (1827-1907). *Exposition du Dogme catholique,* t. XVI-XVII. Paris, 1888-1889.

— *La vie future.* PrincipaLix extrait de ses oeuvres rassemblés par PAbbé J. Chapeau, Paris, 1932.

MontalbAn, Ioannes de, O. P. (f 1720). *Disputationes in I P. Summae D. Thomae,* q. 12. Salmanticae, 1729.

AIONTESINUS, Ludovicus (1550-1621). *Commentaria in I-II. D. Thomae:* q. 1-5. Compluti, 1622.

AIOTTE, A. R., O. P. *Désir naturel et beatitude surnaturelle.* Bulletin thomiste, 9 (1932), pp. 651-676.

— *Pour l'exégèse de I P., q. 12, a.* 1, ibid., pp. 125M30*.

— *La vision de Dieu.* Bulletin thomiste, 8 (1931), pp. 39*'45*

MULLARD, R., O. P. *Désir naturel de connaître et vision béatifique.* Revue des Sciences phil. et théologiques, t. 14 (1925), pp. 5-19.

Mulson, J. *La possibilité de la vision beatifique dans Saint Thomas d'Aquin.* Lyon, 1932.

AIuratori, Ludovicus Antonius (1672-1750). *De paradiso regnique coelestis gloria, non exspectata corporum resurrectione, iustis a Deo conlata.* Neapoli, 1762.

AIUSSI, A. *De loannis XXII Papae opinione circa visionem beatificam.* Aiodoetiae, 1906.

Navarrete, Balthasar, O. P. (f c. 1625). *Controversiae in D. Thomae eiusque scholae defensionem,* t. I (q. 1-16), in I P. Vallisoleti, 1609.

Nazarius Ioannes Paulus (1556-1646). *Commentaria et Controversiae in I P. Divi Thomae,* t. I, q. 12 et 26, Bononiae, 1620; t. III, q. 62, ibid.

— *Commentaria et Controversiae in III P. Divi Thomae,* t. I, q. 9-10.

— *Opusculum quintum. Quomodo Deus et entia supematuralia sub obiecto creati intellectus contineamur et quomodo ad eorum visionem possint homo et angelus elevari. Opuscula,* t. I, pp. 177-179. Bononiae, 1631.

Naulaerts, J. *De visione beatifica haud differenda.* Collât. Mechlinenses, t. I (1927), pp. 66-73.

— *De dotibus corporum gloriose resurgentium,* ibid., pp. 223-227.

Nuno Cabezudo, Didacus, O. P. (I* 1614). *Tractatio in III P. Summae Theologicae D. Thomae Aquinatis,* q. 9-10. Romae, 1672.

Oelher, F. *Corpus haeresiologicum.* 3 vols, in 5. Berolini, 1856-1861.

O'Mahony, J. E., O. Cap. *The desire of God in the philosophie of St. Thomas Aquinas.* Dublin, 1929.

Ortiz, Lucius Franciscus, O. F. M. (f c. 1547). *De los cuatro novisimos y remate de la vida humana.* Madrid, 1602.

Oswadl, J. H. (1817-1903). *Eschatologie.* Paderborn, 1893.

Oviedo, Franciscus de, S. I. (f 1651). *Tractatus theologici scholastici et morales in I-II D. Thomae.* Lugduni, 1646.

Pace, E. A. *Assimilari Deo* (Paraphrasis in III Contra Gentiles, caps. 17-22). New-Scholastium, t. II (1928), pp. 242-256.

Pacheco, Didacus de Silva, O. S. B. (f 1677). *In I P. Summae theologicae commentaria.* Matriti, 1663.

— *In I-II, commentaria.* Matriti, 1669.

Pallavicinus Sportia, S. I. (1607-1667). *Disputationes theologicae tn I-II Divi Thomae, tomus unicus.* Lugduni, i653.

— *Del bene libri quattro.* Romae, 1644.

Palmieri, Dominicus, S. I. (1829-1909). *Tractatus theologicus de novissimis.* Prati, 1908.

Palucsâk, Paulus, O. P. *Imago Dei in homine. Xenia thomistica,* t. II, pp. 119-154. Romae, 1925.

Paludanus, Michael, O. S. A. (1593-1652). *Commentariain I-II S. Thomae,* q. 1-6: *de beatitudine.* Opus posthumum. Lovanii, 1664.

Paludanus, Petrus, O. P. (f 1342). *Commentaria in III librum Sententiarum,* dist. 14. Paris, 1517.

— *Commentaria in IV librum Sententiarum,* dist. 49. Venedis, 1493.

Pseudo-Paludanus. *Sermones sive enarrationes in Evange-*

lia. Dominica XIII post oct. Trinitatis, enarratio prima, fol. 124 V.-129 r. Lugduni, 1571.

Palumbus, /Marcus Antonius, S. I. (f 1644). *Commentarius litterae et doctrinae quae in littera continetur. Scholasticum examen in* ***IP****. Angelici Doctoris,* q. 12. Neapoli, 1631.

Paquet, Aloisius Adolphus. *Disputationes theologicae seu commentaria in Summam theologicam Divi Thomae*,* Romae, 1905-1910, t. I, disp. III, q. 2; disp. VI, q. 4; t. II, disp, III, q. 6; t. IV, disp. III-IV; t. VI, *appendix de novissismis.*

Paradiso, Iacobus de. *Tractatus de animabus exutis a corporibus.* S. 1, n. a., in 4.0, 18 folia.

Parente, P. *De Deo Uno.* Romae, 1938.

Passerini de Sextula, O. P. (1595-1677). *De hominum statibus et officiis, ad ultimas septem qq.* ***II-II*** *S. Thomae.* Romae, 1663.

— *Commentaria theologica de Incarnatione,* t. I, q. 9-10. Romae, 1669.

Paste, R. *Sull' immediata visione beatifica dei giusti.* Scuola cattolica, 6 serie, t. 3 (1924), pp. 127-132.

Pecham, Ioannes, O. F. M. (c. 1235-1292). *Quaestiones tractantes de anima.* II P. *Quaestiones de beatitudine corporis et animae,* pp. 107-180, ed. H. Spettmann. Münster, 1918. Collect. *Beiträge ztcr Geschichte der Philosophie des Mittelalters,* Band XIX, Helft, 5-6.

Péghaire, J., C. S. Sp. *L'axiome «Bonum est diffusivum sui» dans le néoplatonisme et le thomisme.* Revue Universitaire Ottava, t. I (1932), Section spéciale, pp. 5*~32*.

— *La causalité du bien dans Porganisme psychologique, selon Albert le Grand.* Etudes d'histoire littéraire et doctrinale du XIIIe siècle, 2.a série, pp. 91-120. Paris, 1932.

Pegues, Thomas, O. P. (f 1936). *Commentaire français littéral de la Somme Théologique de Saint Thomas d'Aquin,* Paris, 1906-1932; t. I, q. 12 et 26; t. III, q. 62; t. VI, q. 1-5; t. VIII, q. 70; XIV, q. 179-182; t. XV, q. 9-10; t. XXI, q. 82-85; q· 92-96.

Peillaube, E. *La destinée humaine.* Paris, 1930.

Pelletier, Claudius (-j- 1743). *Traité sur les quatrefins aermeres de l homme.* Paris, 1749.

— *Traité des récompenses et des peines éternelles.* Paris, 1738.

Pelster, Fr.› S. I. *Zur Frage nach der Moglichkeit einer ibeatitudo naturalis».* Scholastik, t. 4 (1929), PP· 255-260.

Penido, M. T. L. *La conscience religieuse,* chap. IV: sur l'intuition «naturelle» de Dieu, pp. 150-175. Paris, 1936.

Penafiel, Leonardos, S. I. (f 1657). *Disputationum theologicarum in I P. D. Thomae:* t. I, *de Deo uno,* q. 12. Lugduni, 1663.

Peraldus, Guilielmus, O. P. (f c. 1250). *Summa virtu-[lint et vitiorum,* t. I, V. P.; *tractatus de beatitudinibus.* Lugduni, 1554.

Perazzo, Ioannes Benedictus, O. P. (c. 1631-1705). *Ecclesiastes thomisticus* seu bibliotheca concionatoria ex operibus S. Thomae Aquinatis, Ecclesiae Doctoris, collecta, v. *Beatitudo,* t. I, pp. 190-201; v. *Beatus,* pp. 201-212. Augustae Vindelicorum, 1740.

Pererius Benedictus, S. I. (1535-1610). *Theatrum rerum creaturarum quibus humana mens in Dei laudem venerationemque excitatur.* Augustae Trevirorum, 1618.

Perez, Hieronymus, O. Merc. (c. 1504-1584). *Commentant tn I P. Summae theologicae,* q. 12. Matriti, 1548.

— *Commentaria in* ***I-II,*** q. 1-5. Matriti, 1548.

Peri, Hyacinthus, O. S. B. (f c. 1721). *Quaestiones theologicae in universam Summam S. Thornae Aquinatis:* t. I, m I P., q. 12. Styrae, 1719; t. III, *in* ***I-II,*** *de beatitudine et actibus humanis.* Styrae, 1730.

Perrone, Ioannes, S. I. (1794-1876). *De altera vita,* cap. VII, Cursus completus theologiae, ed. J. P. Migne, t VII, coi. 1475-1582.

Petavius, Dionysius, S. I. (1583-1652). *Dogmata theologica: t.* I, *Be Deo,* lib. VII, pp. 551-623. Parisiis, 1865-1867.

Philips, G. *De visione beatifica in Sacra Scriptura.* Revue Ecclésiastique de Liège, t. 23 (1931-1932), pp. 37-42.

Picard, G., S. I. *La saisie immédiate de Dieu dans les hats mystiques,* Paris, 1923.

PICCIRELLI, IOSEPHUS, M., S. I. *Disputationes theologicae m I P. D. Thomae,* qq. 2-43. *De Deo uno et trino:* q. 12 et

Pinelli, Lucas, S. I. (1542-1606). *De statu animarum in altero saeculo.* Ingolstadii, 1581.

— *De altera vita et animarum in ea statu libri duo.* Coloniae, 1605.

PIROTTA, A.-M., O. P. *Disputatio de potentia obedientiali iuxta thomisticam doctrinam.* Divus Thomas Plac., t. 32 (1929), 574-585; t. 33 (I93θ)> PP. 129-148; 360-575.

— *Eschatologiae seu eudaemonologiae creaturae intellectualis lineamenta iuxta Caietani doctrinam.* Rivista di Filosofia neoscolastica, 27 (i935)> Suppi., pp. 47-74.

Pisis, Raynerius de, O. P. (f 1351). *De beatitudine. Pantheologia.* Venetiis, 1585, t. I, pp. 229-263.

— *De beatis,* ibid., pp. 263-277.

— *De bono,* ibid., 291-319.

Pits, Ioannes (f 1616). *De beatitudine tractatus theologicus, libri septem.* Ingolstadii, 1906.

Porri, da Colle Mancio, Antonino, O. P. *Delia félicita suprema dei Cielo libri tre.* Perugia, 1575.

Pou Y Marti, J., O. F. M. *Visionarios, beguinos y fraticelos catalanes.* Vich, 1930.

Prado, Norbertus del, O. P. (1853-1918). *De veritate fundamentali philosophiae christianae,* lib. V, cap. 5, pp. 581-640. Friburgi Hevetiorum, 1911.

Praepositus, Ioannes, S. I. (1571-1634). *Commentarium in I-II S. Thomae: de beatitudine, actibus humanis, peccatis, legibus et iustificatione.* Duaci, 1637.

Praesentatione, Ægidius a, O. S. A. (1546-1626). *Disputationes de animae et corporis beatitudine ad quinque priores quaestiones Primae Secundae S. Thomae et ad Primae Partis quaestionem duodecimam.* 3 vol. Conimbricae, 1615.

Preger, W. *Geschichte der deutschen Mystik im Mittelalter.* 3 vol. Leipzig, 1874 sqq.

Preingue, Iordanus, O. P. (f 1752). *Theologia speculativa et moralis,* t. I: *De Deo uno et trino, de opere sex dierum, de angelis, de statibus naturae et ultimo hominis fine.* Gandavi, 1745.

— *Theologia speculativa et moralis,* t. VIII, disp. IV, q i~4> *de scientia Christi,* pp. 116-133. Gandavi, 1745.

Puente, Ludovicus de la, S. I. (1554-1624). *Meditaciones espiriiuales,* VI P.: *Meditaciones dei ultimo y soberano beneficio de la gloria,* medii. 51-54, Madrid, 1929, t. V, pp. 580633.

PUTEOBONELLUS [POZZOBONELLi], JOANNES CLAUDIUS, BARNABITA (1656-1718). *Quaestiones selectae in I P. Divi Thomae.* Mediolani, 1703.

— *Quaestiones selectae in I-II Divi Thomae.* Mediolani, W.

— *Quaestiones selectae in III P. Divi Thomae.* Mediolani, 1708.

Raineri, A., O. P. *De possibilitate videndi Deum per essentiam.* «Divus Thomas» Plac., 1936-1937.

Raynaldus, Odericus, Cong. Orat. (1595-1671). *Annales icclesiastici:* ad annos 1331-1342, ed. Parisiis, 1880, t. XXIV-XXV.

Ragusa, Iacobus, S. I. (1561-1624). *Commentaria ac disputationes in III P. Divi Thomae,* t. I, q. 9-10. Lugduni, 1619.

Reding, Augustinus, O. S. B. (1625-1692). *Theologia Mastica in I P. Divi Thomae: de Deo et attributis divinis.* Einsiedlae, 1666.

Requesens, Iosephus Maria, S. I. (1612-1690). *Selectarum disputationum in I-II Divi Thomae libri quatuor.* Panormi, 1659.

— *Opuscula theologica.* Opusc. IV et V: *De visione beata tl substantia supernaturali; de concursu luminis gloriae et divinae essentiae ad visionem beatificam.* Panormi, 1684.

Revilla, A., O. S. A. *Lo sobrenatural en la filosofia de Santo Tomds.* La Ciudad de Dios, t. 140 (1925), pp. 526-536.

Ribas, Ludovicus, S. I. (f 1647). *Summa theologiae, in I P. Divi Thomae, ubi de visione Dei.* Lugduni, 1643.

Riemann, O. *Die Lehre von der Apokatastasis.* Magdeburg, 1889.

Ripa, Raphael de, O. P. (1569-1611). *Ad S. Thomae Aquinatis totam I P. quaestiones et dubitationes scholasticae.* Venetiis, 1609.

Ripalda, Ioannes Martinez de, S. I. (f 1648). *De ente supematurah disputationes theologicae,* dispp. 9, 11, 14, 16, 23, 26, 29-30, 32-37, 40, 44, 55 et 91. Parisiis, Palmé, 1870-1871.

— *Expositio brevis Magistri Sententiarum, cum quaestionibus quae circa ipsam moveri possunt et auctoribus qui de illis disserunt:* lib. I, dist. 1; lib. III, dist. 14; lib. IV, dist. 48. Parisiis, Vives, 1892.

RiTZLER, R. O. M. C. *De naturali desiderio beatitudinis supematuralis ad mentem S. Thomae.* Romae, 1938.

Rohmer, J. *La finalité morale chez les théologiens de St. Augustin à Duns Scot.* Paris, 1939.

Roland-Gosselin, M.-D., O. P. (1883-1934). *Le désir du bonheur et l'existence de Dieu.* Revue des Sciences phil. et théol., t. 13 (1924), pp. 162-172.

— *Béatitude et désir naturel.* Rev. des Sc. phil. et théol., t. 18 (1929), pp. 193-222.

— *Le sermon sur la montagne et la théologie thomiste.* Revue des Sciences philo, et théol., t. 17 (1928), pp. 201-234.

Roman, Georgius (1712-1770). *Doctrina theologica de humanis actionibus et earum ultimo fine.* Viennae, 1768.

Rossi, A., C. M. *Similitudo Dei in creaturis.* Divus Thomas Plac., t. 31 (1928), pp. 417-448.

Rousselot, Pierre (1878-1915). *L'intellectualisme de Saini Thomas2,* II P., chap. VI, pp. 172-200. Paris, 1924.

Ruiz de Montoya, Didacus, S. I. (1562-1632). *De visione et nominibus Dei.* Lugduni, 1631.

Rusca, Antonius (7 1645). *De inferno et statu daemonum ante mundi exitium libri quinque, in quibus tartarea cavitas, parata ibi cruciamentorum genera, ethicorum etiam de his opinionibus, daemonumque conditio, usque ad magnum indidi diem, describuntur.* Mediolani, 1621.

Salas, Ioannes de, S. I. (1553-1612). *Disputationes in I-II Divi Thomae.* Barcinonae, 1607.

Salcedo, Antonius, O. P. (f c. 1670). *In I librum Sententiarum commentarium:* dist. 1. Pinciae, 1656.

Salmanticenses. *Collegii Salmanticensis Fratum Discalceatorum B. Mariae de Monte Carmelo Cursus theologicus,* Summam Theologicam Angelici Doctoris D. Thomae complectens. Parisiis, Palmé, 1870-1883, 20 vols.

Antonius a Matre Dei (1587-1634). *In I Partem,* tract. II: *de visione Dei,* t. I, pp. 90-313; tract. VII, disp. 9-12, ad q. 62, t. IV, pp. 502-760.

Dominicus a S. Theresia (f 1654). *In I-II,* tract. VIII-IX: *de ultimo fine et beatitudine,* t. V, pp. 1-400.

Ioannes ab Annuntiatione (1633-1701). *In III P.,* tract. XXI: *de sdentia animae Christi,* t. XV, pp. 1-320.

Sartori, A. *La visione beatifica. La doctrina e la contrôIa nella storia.* Torino, 1927.

Satolli, Franciscus (1839-1910). *In Summam Theologicam Divi Thomae Aquinatis praelectiones:* in I P., q. 12, Romae, 1884; in II P., q. 8-9. Romae, 1888.

Savonarola, Hieronymus, O. P. (1451-1498). *Prediche.* Sermone I-IX: *della pace della superna città,* pp. 3-60; Prediche sopra il Salmo *Quam bonus Israel, Deus,* Predica I et XXV, pp. 189-205, 581-601. Firenza, 1845.

Scheeben, M. Iosephus (1835-1888). *Dogmatik,* t. II, §164. Freiburg im Brisgau, 1878, pp. 294-303; t. IV, § 423, pp. 921-928.

— *Die Mysterien des Christentums,* Neuntes Haupt., pp. 556-579. Freiburg im Br., 1912.

[Schütz, Rudolphus. *Les idées eschatologiques du livre de la Sagesse.* Strasbourg, 1935.]

SchÜTGEN, Em. *Die visio beatifica, ihr Wessen und ihre iheolog.-philosophische Berechtigung.* Würzburg, 1867.

Scotus, Ioannes Duns, O. F. M. (f 1308). *Opus Parisiense in quatuor libros Sententiarum:* in I, dist. 1; in III, dist. 14; in IV, dist. 49. Opera, ed. Vives, Parisiis, 1893, t. II-III,

— *Opus oxoniense,* locis citatis. Opera, ed. cit., t. VIII-

— De *cognitione Dei tractatus.* Opera, ed. cit., t. V, pp. 318-337.

M

Sempels, V. *Les discussions touchant la vision béatifique sous le pontificat de Jean XXII.* Vie Dioc., t. 14 (1925), pp. 385-391.

Senensis, Sixtus, O. P. (1520-1569). *Bibliotheca Sanaa,* t. II, lib. V, annotat. 64, pp. 47; annot. 159, pp. 119-121; lib. VI, annot. 264, pp. 414-417; annot. 345, pp. 469-476. Venetiis, 1574.

Serra, Marcus, O. P. (f c. 1647-1650). *Summa Commentariorum in I P. S. Thomae:* t. 1, q. 12. Romae, 1653.

— *Summa Commentariorum in I-II S. Thomae:* 1.1, q. 1-5. Romae, 1653.

— *Summa Commentariorum in III P. S. Thomae:* t. I, q. 9-10. Romae, 1653.

Sertillanges, A. D., Mainage, Th., Allo, B., 0. P. *L'homme après la mort.* Collect. *Les cahiers contemporains,* t. II. Paris, 1926.

Sestilli, Ioachim. *De naturali intelligentis animae capacitate atque appetitu intuendi divinam essentiam theologica disquisitio: in Summam Theologicam S. Thomae Aquinatis,* I P., q. 12, art. 1. Romae, 1899.

— *De possibilitate desiderioque Primae Causae substantiam videndi disputata quaestio in cap. ζο et* 51 *libri III Contra Gentiles;* appendix ad Francisci de Sylvestris Ferrariensis, O. P. Commentaria in libros quatuor Contra Gentiles S. Thomae de Aquino, t. III, pp. 903-965. Romae, 1900.

— *De natura Deo subiecta in ordine ad supernaturalia quid Augustinus, concinnente Thoma, senserit,* Divus Thomas Plac., t. 30 (1927), pp. 57-93.

— *San Tommaso Apologista.* San Tommaso d'Aquino, pp. 168-191. Milano, 1923.

Sieripepoli, Antonius Maria, S. I. (j* 1712). *De visione Dei.* Panormi, 1700.

Simonin, H. D., O. P. *La doctrine de Pamour naturel de Dieu d'après le Bienheureux Albert le Grand.* Revue Thomiste, nouv. série, t. 14 (1931), PP. 361-370.

Soncinas, Paulus, O. P. (f 1494). *Epitomes quaestionum loamtis Capreoli super libros Sententiarum:* I, dist. 1; III, d. 14; IV, d. 49. Lugduni, 1580.

Soto, Dominicus de, O. P. (1494-1560). *In quatuor Sententiarum commentarii,* dist. 49: *de statu beatorum.* Duaci, 1613.

Stadelmayer, Alphonsus, O. S. B. (1610-1683). *De visione beatifica.* Salisburgi, 1655.

Stoeger, Ioannes Nepomucenus, S. I. (1792-1880). *Die Himmelskrone.* Regensburg, 1847.

Suarez, Franciscus, S. I. (1548-1617). *Disputationes Metaphysicae,* disp. 23-24. Opera omnia, ed. Vives, t. 25, pp. 843-889. Parisiis, 1856, 1878.

— *De Deo uno et trino,* lib. II, caps. 6-30; opera, t. I., pp. 61-181.

— *In I-II,* tract. I: *de ultimo fine hominis ac de beatitudine.* Opera, ed. cit., t. IV, pp. 1-156.

— *In III P. de Incarnatione Verbi,* disp. 24-26, opera, t. XVII-XVIII, pp. 656-675 et 1-38.

Sylvius, Franciscus (1581-1649). *Commentarii in Summam S. Thomae:* in I P., q. 12, 26 et 62; in I-II, q. 1-5 et 69; in II-II, q. 179-182; in III P., q. 9-10. Venetiis, 1726.

Szabo, Sadoc, O. P. *De scientia beata animae Christi, commentatio theologica,* Xenia thomistica, t. III, pp. 349-491. Romae, 1925.

Tabarelli, Richardus. *De Deo uno:* in I P., q. 2-14. Romae, 1900.

Talamo, Salvatore (1844-1932). *Le origini del Cristianesimo e ilpensiero stoico,* I P., cap. 6, pp. 74-108. Romae, 1872.

Tambaco, Ioannes a, O. P. (1288-1372). *De Consolatione theologiae contra saevientis adversae fortunae iacula,* S. l. et a. Moguntiae?, c. 1468.

Tanner, Adam, S. I. (1571-1632). *Theologiae scholasticae,* t. II: *de Deo fine ultimo hominis deque mediis ac principiis eodem spectantibus in genere, I-II S. Thomae Aquinatis respondens.* Ingolstadii, 1626.

— *Supplementum quatuor complectens disputationes, scilicet de ipsa Sacrae theologiae scientia, de Deo et attributis divinis* [ubi de visione Dei], de angelis, de sanctissimo Missae sacrificio. Ingolstadii, 1620.

Tarantasia, Petrus de, O. P. [B. Innocentius V] (t 1876). *Commentarium in libros quatuor Sententiarum: in I,* dist. 1; in III, dist. 14; in IV, dist. 49. Tolosa, 1640-1652.

TEIXIDOR, Luis, S. I. *El Padre Suàrez y Santo Tomds. Notas criticas... acerca del constitutivo esencial de la felicidad en el bienaventurado.* Estudios Eclesiâsticos, t. 13 (1934), pp. 262-286.

Terrien, Ioannes Baptista, S. L (f 1903). *La grâce et la glone.* Paris, 1897.

Terzago, N. (f c. 1761). *Theologia historico-mystica adversus veteres et novos pseudo-mysticos.* Venetiis, 1764.

Trancho, A., O. P. *Fundamento, naturaleza y valor apologético del deseo de ver a Dios.* La Ciencia Tomista, t. 44 (i93i)> PP· 448-468.

Trivellato, Marcus Antonius (1688-1773). *Dissertatio theologica de beatitudine aeterna.* Patavii, 1739.

Toletus, Franciscus, S. I. (1532-1596). *In Summam théologie S. Thomae Aquinatis enarratio:* t. I, qui est in I P., q. 12, 26 et 62, ed. J. Paria. Romae, 1869; t. III, qui est in III P. prior, q. 9-10. Romae, 1870.

Thomas Aquinas, S., O. P. (1225-1274).

— 1254-1256. *Scriptum super Sententiis.*

— *In I Sent.:* dist. 1; dist. 3, q. 2-5.

— *In II Sent.:* dist. 1, q. 2; dist. 2, q. 2; dist. 4, q. unica, art. 1; dist. 5, q. 2, art. 2; dist. 23, q. 2, art. 1; dist. 38, q. unie., art. 1-2.

— *In III Sent.:* dist. 14; dist. 24, q. 1, art. 4-6; dist. 25, q. i.

— *In IV Sent.:* dist. 44, q. 2; dist. 49; dist. 50, q. 2, art. 4.

— c. 1256. *De Articulis fidei,* art. 4-5. Opera, edit. Vives, t. 27, pp. 1743.-175 a.

— 1256. *Quodlibetum VII,* art. 1 et 5.

— I257· *Quodlibetum VIII,* art. 19-20.

— 1258. *Quodlibetum X,* art. 17.

1269. *Quodlibetum I,* art. 1, 21 et 22.

1256-1259. *Quaestiones disputatae de Veritate:*

q. 8, art. 1-5; q. 10, art. 11; q. 13; q. 18, art. 1; q. 20; q. 22, art. 2.

—1258-1259. *Lectura super Matthaeum,* cap. V, ed. Marietti, Taurini, 1912, pp. 70-79.

—1258-1260. *Summa Contra Gentiles:* lib. 1, cap. 99-102; lib. II, cap. 59-78; lib. III, cap. 1-53; lib. IV, cap. 86-97.

— 1261. *In Dionysium, de divinis nominibus,* cap. 4, lect. i-ii, ed. Vives, Opera omnia, t. 29, pp. 424-460; cap. 7, lect. 4, pp. 521-523; cap. 11, lect. 1-3, pp. 554"564; cap· 13, lect. 1-3, pp. 571-579·

—1259-1264. *Lectura in omnes Epistolas Pauli:* in II Cor., cap. V, lect. 1-2, ed. Marietti, 1912, t. I, pp. 447-451 a.; cap. XII, lect. 1-2, pp. 502-509 a.

— 1261-1268. *De rationibus fidei,* cap. 9, ed. Vives, t. 27, pp. 140-142.

—1269-1271. *Lectura super loannem,* cap. I, lect. ii, ed. Marietti, 1912, pp. 49-52; cap. XIV, lect. 1, PP· 374-378.

—1267-1268. *Summa theologiae: I P.,* q. 12; 26; 44, art. 4; q. 62; q. 65, art. 2; 93; q. 94, art. 1; ed. Leonina, opera, t. IV. Romae, 1889.

— 1268-1270. *Summa theologiae: I-II,* q. 1-5; q. 69-70.

— 1270-1271. *Summa theologiae: II-II,* q. 5, art. 1; q. 173, art. 1; q. 174, art. 3; q. 179-182.

— Septemb. 1271-decemb. 1273. *Summa theologiae: III P.,* q. 9-10; q. 52, art. 5; q. 57-58.

— *Supplementum III P.* (Cf. ed. leon. t. XII, pp. XVI-XX), *ex Scripto super quarto libro Sententiarum,* q. 82-85; Q- 91-96» ed. Leonina, t. XII. Romae, 1906 [1256].

— Die i novembris 1270. *Sermo in festo omnium Sanctorum,* ed. Vives, *Opera omnia,* t. 32, pp. 797-801.

— 1271-1272. *Compendium theologiae:* IP., cap. 99-108; 149-152; 163-174; 189; II P., cap. 7-10.

— 1272-1273. *Lectura in quatuor primos nocturnos*

Psalterii [Psal. 1-51]: *in I Psalmum,* ed. Vives, *Opera omnia,* t. 18, pp. 232-234: et passim.

— Februar. 1273. *Collationes quindecim de Credo in unum Deum,* cap. 14-15 [de art. 13-14], ed. Vives, *Opera omnia,* t. 27, pp. 226-229.

— Mart. 1273. *Collationes decem de Pater noster, petitio* 3, ed. Vives, *Opera omnia,* t. 27, p. 190 a.

Pseudo-Thomas. *Quaestio disputata de natura beatitudinis,* ed. P. Mandonnet, O. P., apud *Revue Thomiste,* nouv. série, t. 23 (1918), pp. 366-371. Cfr. A. Dondain, O. P., apud *Bulletin thomiste,* t. 9 (1932), pp. 109*-! 18*.

— *Quaestio disputata de immortalitate animae,* ed. E. GÔMez, O. P. Valencia, 1935.

— *Opusculum de beatitudine. Opera omnia,* ed. Vives, t. 28, pp· 404-425·

Thoma, Ioannes a S., O. P. (1589-1644). *Cursus theologicus: in I P. Divi Thomae Commentarii,* t. II, q. 12, disp. 12-15, ed- Solcsmensium Monachorum, Parisiis, 1934.

— *Commentarii in I-II Divi Thomae,* q. 1-5, disp. 1-2, ed. Vives, t. V. Parisiis, 1885.

— *Commentarii in III P. Divi Thomae* [posthumi], q. 9-10, disp, io-n, ed. Vives, t. VIII, Parisiis, 1885.

Thomassinus, Ludovicus, Orat. (1619-1695). *Dogmata theologica:* t. I, *de Deo,* lib. II, pp. 493-651; t. IV, *De Incarnatione Verbi divini,* lib. VII, pp. 1-63, Parisiis, 1864-1872.

Thomasius. *Le bonheur d'après Saint Thomas d'Aquin.* Revue pratique d'Apologétique, t. 13 (1911), pp. 77'107·

Tonquédec, J. de, S. I. *Deux études sur la «Pensée» de Maurice Blondel.* Paris, 1935.

Tostatus, Alphonsus (1399-1455). *In Evangelium secundum Matthaeum, cap. V,* qq. 12-89, ubi totum tractatum de Beatitudine inseruit. Venetiis, 1615. Opera, t. 14, pp. 9-125.

— *De statu animarum post hanc vitam.* Opera, ed. Venetiis, 1615, t. 20, inter alia Tostati opuscula.

Trinitate, Philipus a Sanctissima, O. C. D. (1603-1671). *Disputationes theologicae in I P. Divi Thomae:* q. 12. Lugduni, 1653.

— *Disputationes theologicae in I-II Divi Thomae:* q. 1-5. Lugduni, 1653.

— *Disputationes theologicae in III P. Divi Thomae:* q. 9-10. Lugduni, 1653.

Udalricus de Argentina, O. P. (c. 1272-1277). *Summa de Bono,* lib. I, cap. 7, pp. 19-21; lib. VII [edcndus], ed.]. Dagillon, Paris, 1930. Collect. *Bibliothèque thomiste,* t. XII.

Ulloa, Ioannes, S. I. (f 1719). *De primis et ultimis temporibus seu de principio et fine mundi disputationes quinque.* Augustae Vindelicorum, 1719.

Val, Honoratos del, O. S. A. (f 1910). *Sacra theologia dogmatica recentioribus academiarum moribus accommodata2:* t.l, tract, i, cap. 2, art. 3, pp. 85-111; tract. 4 (t. II), cap. 2, §4> PP· 94-ιοδ; tract. 8, art. 5, t. III, pp. 707-730. El Escorial, 1926.

Valencia, Gregorius de, S. I. (1551-1603). *Commentarii theologici tomi quatuor, in quibus omnes materiae, quae continemur in Summa D. Thomae Aquinatis, explicantur:* t. I, ini P., q. 12. Ingolstadii, 1591; t. II, in I-II, q. 1-5, ibid., 1592; t. III, in III P., q. 9-10, ibid., 1595.

Vallaro, Stephanus, O. P. *De naturali desiderio videndi essentiam Dei et de eius valore ad demonstrandum possibilitatem eiusdem visionis Dei quidditativae.* Angelicum, t. 11 (1934), pp. 133-170·

— *De natura capacitatis intellectus creati ad videndum divinam essentiam.* Angelicum, t 12 (1935), PP· 192-216.

Valois, N. *Jacques de Duèze, Pape sous le nom de Jean XXII,* apud Histoire littéraire de la France, t. 34 (1914), pp· 391-630.

Valshe, I. D., S. I. *The vision beatific.* New York, 1926.

Van Combrugghe, C. *De lumine gloriae.* Collationes Gandavcnses, t. 13 (1926), pp. 159-164.

— *Tractatus de Verbo Incarnato2,* cap. 3, art. I, pp. 83-05. Gandae, 1920.

VANDENBERGHE, A. *Desiderium beatitudinis et existentia Dei.* Collect. Brugenses, t. 35 (1935), PP· 10-14.

Van der Meersch, Joseph. *Tractatus de Deo uno et trino,* lib. I, sect. 2, cap. 4, art. 1, pp. 240-272. Brugis, 1917.

— *De notione entis supematuralis.* Ephemerides theologicae Lovanienses, t. 6 (1930), pp. 227-263.

Vanni Rovighi, S. *L'iirnnortalità delPanima nei Maestri francescani del secolo XIII.* Milano, 1936.

Van Noort, G. *Tractatus de Deo uno et trino3.* Bossum, 1920.

— *Tractatus de Deo Redemptore,* sect. I, cap. 3, art. 1. Bossum, 1918.

— *Tractatus de Deo Creatore.* Amstelodami, 1912.

Vargas, Bernardus, S. I. (f 1751). *Cursus theologicus speculativus:* t. I, *in I P. Divi Thomae,* q. 12. Granatae, 1731.

— *Cursus theologicus speculativus:* t. IV, *in I-II, de beatitudine et actibus humanis.* Granatae, 1731.

Vazquez, Gabriel, S. I. (1551-1604). *Commentariorum ac disputationum in I P. S. Thomae tomus primus, complectens viginti sex quaestiones priores:* in q. 12. Compluti, 1598.

— *Commentariorum ac disputationum in I-II D. Thomae tomus primus, complectens a quaestione prima usque ad octogesimam nonam:* q. 1-5. Compluti, 1599.

— *Commentariorum ac disputationum in III P. S. Thomae tomus primus:* q. 9-10. Compluti, 1609.

Vaux, R. de, O. P. *Notes et Textes sur PAvicennisme latin aux confins des XIIe-XIIIe siècles.* Collect. *Bibliothèque thomiste, t. XX.* Paris, 1934.

Vega, A. C., O. S. A. *Valor caracteristico de la moral de Santo Tomds.* La Ciudad de Dios, t. 140 (1925), pp. 44-456.

Vegius Maphaeus (1406-1458). *De quator hominis novissimis.* Basileae, 1541.

Vellosillo. Ferdinandus (t 1578). *Advertentiae theologiae scholasticae in B. Chrysostomum et quatuor Doctores Ecclesiae: advertentiae in tomum octavum B. Augustini, quartum quaesitum,* fol. 363; *decimum sextum quaesitum,* fols. 386-389 r.; *advertentiae in B. Gregorium, quartum et quintum quaesitum,* fol. 425. Compluti, 1585.

VERHAAR, J. P. *Tractatus de Novissimis.* Hilversum, 1935.

Vermeil, Franciscus, O. P. (i597"i657). *Clavis Regia ad I P. Summae S. Thomae.* Duaci, 1650.

Villar, Thomas, O. P. (f 1649). *Summa controversiarum in I P. Angelici Doctoris S. Thomae Aquinatis.* Barcinonae, 1647.

— *Tomus tertius Controversiarum in I-II, cum tractatu de conscientia.* Barcinonae, 1647.

Vincentio, Gabriel a S., C. D. (J- 1671). *Commentaria in I P. Divi Thomae,* q. 12. Romae, 1664.

— *Commentaria in I-11 Divi Thomae,* q. 1-5. Romae, 1665.

— *Commentaria in III P. Divi Thomae, de Incarnatione,* q. 9-10. Romae, 1656.

Vitt, A., S. I. *De futura gloria adipiscenda iuxta S. Paulum.* Verbum Domini, t. 7 (1927), pp. 225-233.

Viuppens, Ildelphonsus, O., Cap. *Le paradis terrestre au troisième ciel.* Paris, 1925.

Waffelaert, G. J. 1931). *De methodo seu modo procedendi in Theologia Morali.* Ephemerides theologicae Lovanienses, t. 1 (1924), pp. 9-14.

Wagner, Fried. *Geschichte des Sittichkeitsbegriff.*

Bd. I. *Der Sittichkeitsbegriff in der antiken Ethik.* Münster, 1928.

Bd. II. *Der Sittchkeitsbegriff in der hl. Schrift und in der altchristlichen Ethik.* Munster, 1931.

Bd. III. *Der Sittichkeitsbegriff in der christlichen Ethik des Mittelalters.* Münster, 1936.

Wiggers, Ioannes (1571-1639). *In I P. D. Thomae Aquinatis commentaria, de Deo trino et uno, de angelis et operibus sex dierum,* q. 12. Lovanii, 1658.

— *In I-II D. Thomae Aquinatis commentaria,* q. 1-5. Lovanii, 1652.

— *In III P. D. Thomae Aquinatis commentaria,* q. 9-10. Lovanii, 1631.

Wolauf, Hug.j O. Prem. (f 1719). *De Deo uno et trino,*

de beatitudine et angelis de Incarnatione et gratia. Augustae, 1709.

Zabarella, Franciscus de (1360-1417). *De felicitate libri tres.* Patavii, 1655.

Zaccherini, Godefridus (f 1938). *Theologiae dogmaticae speculativae Cursus ad mentem S. Thornae Aquinatis. De Deo uno* [in I P., q. 2-13], q. 12. Taurini, 1920.

Zanardi, Michael, O. P. (1570-1642). *Commentaria in universam I P. S. Thomae Aquinatis,* q. 12. Venetiis, 1620.

ZIGLIARA, Thomas, O. P. (1833-1893). *Della luce intellectuale a del! Ontologismo,* lib. III, cap. VI. Roma, 1874, t. II, pp. 70-84.

Zubizarreta, Valentinus, C. D. *Theologia dogmatico-scholastica ad mentem S. Thomae Aquinatis3:* t. II, q. 12, *de visione Dei;* t. III, tract. III, q. 47-48, *de scientia beata animae Christi;* t. IV, q. 48, *de paradiso.* Bilbao, 1937-1939.

Zumel, Franciscus, O. Merced, (f 1607). *In I S. Thomae Partem commentaria,* t. I, q. 12. Sahnanticae, 1601.

— *In I-II S. Thomae commentaria,* t. I, q. 1-5. Salmanticae, 1594.

liber primus

DE HOMINIS BEATITUDINE IN GENERE

SIVE

DE ULTIMO FINE TOTIUS HUMANAE VITAE IN COMMUNI

(Ad Q. I. S. Thomae)

PROLOQUIUM

2ii. «Quaestio *an est* praecedit quaestionem *quid est,* sed non potest ostendi de aliquo an sit, nisi prius intelligatur *quid* significetur per *nomen.* Propter quod etiam Philosophus in IV Metaphysicae, in disputatione contra negantes principia, docet incipere a significatione *nominum»*1. Quo in sensu Tullius dixit quod «in omnibus quae ratione docentur et via, *primum* constituendum est *quid quidque sit»* 2.* «nisi enim—addit—inter eos qui disceptent, convenit quid sit illud de quo ambigitur, *nec recte disseri, nec unquam ad exitum perveniri potest» 8.*

212. Antequam ergo ad singulos articulos explicandos perveniamus, necesse est definire nominali definitione *sentum quaestionis.* Tum structuram eius considerabimus, inquirendo *divisionem et coordinationem ipsius per diversos articulos,* nam articulus significat proprie distinctionem partium corporis organici cum mutua earum coaptatione4; eo vel magis quod divisio est quid «definitioni adiunctum» 5.

213. *a)* Nomen *finis,* sicut et eius derivata *finitum* et *mfinitum,* circa *quantitatem* dicitur; et quidem multiplici sensu, sicut et ipsum nomen quantitatis.

1 S. Thomas, *In I Post.,* lect. 2, n.° 5.

' *Orator.,* cap. 33, ed. cit., L I, p. 524; Cf. *De officiis,* lib. I, cap. 2. U HI, p. 257.

' *Orator.,* loc. cit.

4 II-II,i,6.

‘ Tullius Cicero, *De finibus,* lib. V, cap. 4, ed. cit., t. II, p. 215.

Primo ergo dicitur circa quantitatem *dimensivam seu molis per se,* tum *continuam* seu magnitudinis—quo in sensu finis est *terminus seu limes* longitudinis, latitudinis aut profunditatis alicuius corporis, v. gr.: agri, urbis, putei, fluminis[1], intra quem totum corpus continetur et extra quem nihil est corporis contenti—; tum *discretam* seu multitudinis, et tunc finis est *ultima imitas* quae complet et claudit numerum, quasi eum terminando seu potius *determinando* ad hanc vel illam speciem numeri.

214. *Postmodum* vero ampliatum est nomen finis ad significandum *terminum seu limitem* quantitatis continuae per *accidens,* nempe motus et temporis; et hoc modo finis *motus* proprie loquendo, secundum quod contradistinguitur a principio eius cui contrarie opponitur—, dicitur terminus *ad quem,* ubi primo cessat motus: — et similiter *finis temporis,* quod est mensura motus, *est tdtimum instans* claudens et terminans omnia instantia praecedentia ad quod ultimo ordinabantur et post quod nihil est illius temporis.

Apparet igitur identitas formalis horum nominum: *finis, terminus, extremum, ultimum,* secundum quod circa quantitatem dimensivam dicuntur. Et ideo S. Thomas eandem definitionem termini et finis in hoc sensu tradidit: *«terminus* dicitur quod est *tdtimum* cuiuslibet rei, ita quod nihil de primo terminato est extra ipsum terminum, et omnia quae sunt eius continentur intra ipsum»[2]; — *«finis* est quod est *ultimum* in omni re et quod continet rem, unde nihil est extra finem»[3].

215. Rursus, *tertio,* extensum est hoc nomen ad ordinem quantitatis *intensivae seu virtutis,* quae est quantitas *perfectionis,* atque ideo non amplius pertinet ad ordinem materiae —pure quantitativum—, sed ad ordinem formae —qualitativum—.

Haec autem intensitas seu virtus vel perfectio alicuius rei *primo manifestatur* in eius operatione circa summum vel

1 Tullius, *Topic.,* cap. 10, ed. cit., t. b p. 577.
2 *In V Metaph.,* lect. 19, n.° 1044.
3 *In X Metaph.,* lect. 5, n.° 2028.

ultimum quod potest; unde et virtus seu vis definitur: *ultimum potentiae,* «ita scilicet ut potentia uniuscuiusque denominetur per respectum ad finem, idest per *ultimum* et per *maximum* ad quod potest et per virtutem suae *excellentiae» 1. Finis* ergo in hac quantitate virtuali dicitur primo, *perfectissima operatio vel perfectissimum operatum* quod agens perficere valet secundum totum suum posse, quia tota eius energia continetur intra illud et nihil eius est extra, «sicut dicimus potentiam huius hominis esse quod potest levare pondus centum talentorum aut quod potest ire per spatium centum stadiorum, quanvis possit omnes partes infra istam quantitatem contentas, siquidem potest in id quod superabundat»[2].

Sed quia nihil operatur nisi secundum quod est in actu, summa operatio, quae virtuti seu potentiae activae corresponde!, supponit perfectionem proportionatam agentis in essendo, et ideo quantitas intensiva seu virtualis, *secundo,* dicitur de perfectione seu plenitudine *essendi,* quae rei convenit per suam formam vel naturam. Unde et Aristoteles ait perfectum esse quod potest generare sibi simile in specie[3], seu quod attingit suam propriam virtutem specificam, qua generare potest[4]. Et sic *finis* generationis dicitur *forma* generati, ex qua sumitur differentia specifica eius, ultimo completiva propriae speciei. Unde et secundum eam *definitur* propria essentia geniti et generantis. Quo in sensu definitio dicitur *terminus* cognitionis, «quia infra ipsam continentur ea per quae res scitur»[5]. Et ista perfectio operationis vel operati secundum virtutem vel essentiam suam est id *cuius causa* operatur agens, ut scilicet plenam perfectionem sui attingat si nondum habet, vel aliis communicet si iam habet. Unde et finis dicitur id *cuius causa vel motivo* efficiens operatur: τὸ οὐ ἑνεκα; eodemque nomine graeci appellant finem (τέλο) et perfectum (τέλειον). Quapropter Aristoteles

In I De Coelo et Mundo, lect. 25, n.° 4.

3 *IV Meieorolog.,* cap. 3, n.° 1, III, 612, 1-2.
VII Physic., cap. 3, n.° *4,* II, 337j 20-25.
In IV Metaph., lect 19, n.° 1048.

scribit: τέλο μέν γὰρ ἐστιν ἡ μορφή, τέλειον δὲ τὸ ἐχον τέλο τέλο γὰρ ἐχει ἡ τελεία διαφορά, ὡσπερ καὶ τδλλα τω τέλο ἐχειν λέγεται τελεία 1.

216. Si quis autem comparet inter se duas acceptiones fundamentales finis, videbit finem, prout de quantitate *dimensiva* dicitur, esse nomen *imperfectionis,* quia in suo conceptu involvit limitationem, negationem aut privationem ulterioris quantitatis, quam terminata quantitas nata est habere; simul tamen dicitur in ordine ad *positivam* quantitatem, quam de facto terminat, at haec positiva perfectio se habet potius ut materialiter connotata, quam ut directe et formaliter significata: — finem vero, secundum quod dicitur de *virtuali* quantitate, esse formaliter et directe nomen *perfectionis,* cum de se ponat actum vel formam completam, non privatam aut mutilam. Quod si limitatio vel privatio ei adiungatur, per accidens et de materiali significatione est.

Nec mirum quod res ita se habeat, quia quantitas dimensiva respondet *materiae,* quae principium *imperfectionis* est, dum quantitas intensiva seu virtualis respondet *formae,* quae est principium *perfectionis.*

217. Neque tamen istae diversae significationes finis sunt pure aequivocae, sed analogicae, sicut et analogice dicitur quantitas de dimensiva et de virtuali, et ens de materia et de forma, de potentia et actu. Conveniunt enim aut convenire possunt istae duae acceptiones in materiali, connotata aut secundaria significatione utriusque; id, quod satis est ad puram aequivocationem vitandam 3.

218. Quae cum ita sint, apparet quam recte S. Augustinus scripserit quod finis dicitur dupliciter, scilicet finis *perficiens* et finis *interficiens* 4, finis *consummationis* et finis *consumptionis s. «Duobus* enim modis — inquit — dicimus fi-

1 *IV Metaph.,* cap. 24, n.° 1, II, 530, 33-34.
2 *IX Metaph.,* cap. 4, n.° 2, II, 574, 11-12.
3 Videri potent J. M. Ramîrez, O. P., *De Analogia.* Matriti, 1922. pp. 4-8.
4 *Contra Adversarium Legis et Prophetarum,* lib. II, cap. 7, n 0 26 ML. 42, 653.
5 *De diversu quaestionibus octoginta tribus,* q. 69, n.° 7, ML, do, 77; *Sermo 53,* cap. 5, n.° 6. ML. 38, 366.

nem: vel quo fit *ut non sit* quod erat, vel quo fit *ut perftuum sii* quod inchoatum erat» 4; «dicitur enim finis qui *consumit,* dicitur qui *perficit:* aliter quippe intelligimus cum audimus: finitus est cibus qui manducabatur, et aliter intelligimus cum audimus: finita est vestis quae texebatur; — in utroque audimus: finitum est, sed cibus ut iam *non esset,* vestis ut *perfecta* esset»2.

219. Patet autem quod in hac quaestione non loquimur de fine consumptionis — tunc enim finis vitae est mors—, sed de fine consummationis seu perfectionis, qui est finis proprie dictus. Unde S. Augustinus ipse concludit: «*finis* ergo noster, *perfectio* nostra esse debet» 3; perfectio vero nostra est bonum nostrum, quia in tantum est aliquid bonum in quantum est perfectum seu in actu completo 4, hoc est, cum tota plenitudine essendi quae ei convenit secundum propriam speciem 5. Finis igitur proprie dictus habet rationem boni, et consequenter ultimi; nam «bonum dicit rationem *perfecti,* quod est appetibile, et per consequens dicit rationem *ultimi*»6. «Hoc *nomen* finis *ultimum* quoddam esse videtun»7; «finis habet rationem *ultimi, ut ipsum nomen sonat»6.* «Finem ergo boni nunc dicimus, non quo *consumatur* ut non sit, sed quod *perficiatur ut plenum sit» 9.*

220.*b)* Quod si pleonastice dicatur: *finis ultimus,* intelligitur finis *simpliciter* dictus, qui non est in potentia ad ulteriorem finem, sed est summus et extremus; est enim *ultimum,* superlativum, ab *ultro* derivatum.

Unde et cum *simpliciter* describunt finem, definitionem afferunt finis *ultimi.* «Illud enim est finis boni nostri —ait S. Augustinus— propter quod appetenda sunt cetera, ipsum

1 *In Psalm. 30,* enarrat. II, Sermo 1, n.° 1, ML. 36.230.
* *In Psalm. 34,* n.° 1. ML. 36, 628. [Cf. *De Pot.,* 1, 2, obi. 8; *in Psalm. 58,* Serm. II, n.° 5].
1 *In Psalm. 34.* loc. cit.
4 1,5,1.
‘ I-II,i8,i.
‘ I, 5, i.
’ *In II Physic.,* lect. 5, n.° 6.
8 I-II, i, i obi. i.
’ S. Augustinus, *De Civitate Dei,* lib. XIX, cap. 1, n.° 1. ML. 41, 621.

autem propter seipsum»1. «Quare finis dicitur? Quoniam quidquid agimus, ad illum referimus et, cum ad eum pervenerimus, *ultra quod quaeramus non habebimus**a. Itaque «summum [bonum] dicitur, quo cuncta referuntur; eo enim fruendo quisque beatus est propter quod cetera vult habere, cum illud iam non propter aliud sed propter seipsum diligatur; et *ideo finis* ibi *dicitur, quia iam quo excurrat et quo referatur, non invenitur** 3.

Similiter et Tullius Cicero: «sentis enim, credo, me iam dici, quod τέλο graecus dicat, id dicere tum *extremum,* tum *ultimum,* tum *summum;* licebit etiam *finem pro extremo aut ultimo dicere**4; et ait se quaeriturum «quid sit *finis,* quid *extremum,* quid *ultimum,* quo sint omnia bene vivendi recteque faciendi consilia referenda»5; «nam hunc ipsum sive *finem,* sive *extremum,* sive *zdtimum* definiebas id esse quo omnia, quae recte fierent, referrentur, neque id ipsum usquam referretur»6.

Iure igitur S. Thomas finem ultimum describit his verbis: «quicumque finis est talis, quod alia volumus propter ipsum et ipsum volumus propter seipsum et non propter aliquid aliud, ille finis non solum est bonus, sed est *optimus**

221. At haec ratio *ultimi* potest habere duplicem sensum, nempe sensum *restrictum vel limitatum* ad aliquam seriem vel genus determinatum operationum quae fiunt per membra corporis aut per facultates organicas, quae nonnisi *particulare* bonum attingere valent, ut patet in artibus mechanicis atque etiam in liberalibus quantum ad id quod proprie artis est (exterius *facere),* et tunc dicitur *finis ultimus secundum quid;* — et sensum *universalem et illimitatum,* complectentem totam humanam activitatem, tum voluntatis et intellectus practici, quae continent vitam activam, tum etiam

De Civit. Dei, lib. XIX, cap. 1, n.° 1. ML. 41, 621.
In Psalm. 54, n.0 1. ML. 36, 628.
3 *Epist.* 118 *Ad Dioscorum,* cap. 3, n.° 13. ML. 33, 438
De finibus, lib. III, cap. 7, ed. cit., t. II, p. 189.
& *Op. cit.,* lib. I, cap. 4, p. 106.
e *Op. cit.,* lib. II, cap. 2, p. 130.
7 *In I Ethic.,* lect. 2, n.° 19.

intellectus speculativi, secum ferentis vitam contemplativam, quo in casu finis ultimus dicitur *absolute et antonomastice ultimus*1.

222. Et in hoc sensu absoluto et universali loquimur in praesenti. Propter quod dicitur in titulo quaestionis: de *fine ultimo totius humanae vitae.*

Humana enim vita continet formaliter operationes intellectus et voluntatis, quae sunt facultates inorganicae atque ideo omnia humana complectentes intra latitudinem proprii obiecti. Non enim intellectus percipit tantum ea quae pertinent ad seipsum, sicut sensus, sed etiam quae ad voluntatem et ad singulos sensus et ad corpus et ad animam et ad totum hominem spectant.

Similiter etiam voluntas non solum vult proprium bonum, ut appetitus sensitivus, sed etiam bonum aliarum potentiarum et totius hominis, quia vult «cognitionem veri, quae convenit intellectui, et esse et vivere et alia huiusmodi, quae respiciunt consistendam naturalem, quae omnia comprehenduntur sub obiecto voluntatis»2.

223. *c)* Postremo, determinandum superest quid sibi velit id quod in titulo additur ex prologo S. Thomae, scilicet de ultimo fine *in communi.* Finis enim ultimus *in communi* potest dupliciter intelligi. Primo quidem prout abstrahit analogice a fine ultimo naturali et supematurali, utrumque tamen actu implicite seu in confuso involvens. Secundo, prout abstrahit *a re* in qua vere ultimus finis consistit et *a modo* eum adipiscendi et possidendi, et solum includit *rationem* ultimi finis, hoc est, boni perfecti et optimi, quocumque et ubicumque sit illud.

224. Iam vero constat quod *in communi* non sumitur in primo sensu. Nam tota littera huius quaestionis est de ultimo fine naturali, ut legenti singulos articulos corumque argumenta patet; non enim trascendunt limites rationis naturalis.

Quod vel ex eo etiam constat quod S. Doctor sequitur processum Aristotelis in I Ethicae Nicomacheae, cap. 1-2,

1 I-II, 2i, 2 ad 2; 57, 4 ad 3.
1 I-II, 10, i. Vide etiam, I-II, 17, 5 ad 2.

qui unice locutus est de fine ultimo naturali, fatente ipso S. Thoma: «loquitur enim Philosophus in hoc libro de felicitate, qualis *in hac vita* haberi potest; nam felicitas alterius vitae omnem investigationem rationis excedit» h Nomine autem felicitatis *huius vitae* intelligit S. Thomas beatitudinem naturalem, prout contradistinguitur a beatitudine vera et perfecta alterius vitae, quae consistit in visione intuitiva divinae essentiae2, ut evidentissime constat ex his verbis: «beatitudo *imperfecta* quae *in hac vita haberi potest)* potest ab homine acquiri *per sua naturalia)* eo modo quod et virtus in cuius operatione consistit») 3. Et in De Veritate, q. 14, art. 2, dicit quod «est duplex hominis bonum ultimum, quod primo movet voluntatem quasi *ultimus finis;* quorum unum est *proportionatum naturae humanae,* quia *ad ipsum obtinendum lires naturales sufficiunt, et haec est felicitas de qua philosophi locuti sunt...;* aliud est bonum hominis *naturae humanae proportionem excedens,* quia ad ipsum obtinendum vires naturales non sufficiunt, nec ad cogitandum vel desiderandum, sed ex sola divina liberalitate homini repromittitur..., et hoc est *vita aetenw.*

225. Attamen, ex citatione quorumdam textuum Scripturae 4, apparet intentio theologica S. Thomae in tota ista quaestione quae, ut iacet, est elicitive philosophica, sed theologica imperative, eo fere modo quo se habet quaestio secunda Primae Partis. Haec ergo quaestio est praeambula ad articulum fidei, quo credimus dari *vitam aeternam,* sicut quaestio de exsistentia Dei Auctoris naturae est praeambula ad articulum quo credimus exsistentiam Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti.

226. Ergo finis ultimus *in communi* sumitur in secundo sensu, scilicet pro ratione abstracta et vulgari finis ultimi naturalis, non considerando *rem* in qua finis ultimi ratio inveniturs, neque *modum* assequendi et possidendi ipsum6

In I Ethic., lect. 9, n.° 114.
I-II, 4, 5-8; 5, 4.
I-П, 5, 5.
Art. 4 ad 1, et art. 5. *Sed contra.*
I-II, I, 7.
I-II, 5. 8 ad 2.

-haec enim duo specialiter investigantur in quaestionibus sequentibus— sed «sub quadam confusione»x.

227. *Quaestio itaque de fine ultimo naturali totius humanae litae in communi eadem est ac quaestio de hominis beatitu- ditie naturali in genere, prout abstrahit a beatitudine obiectiva tt formali, quae specificationem beatitudinis praesefert.*

B. Divisio quaestionis

228. Commentatores S. Thomae, qui de hac re occupati sunt, dividere solent quaestionem praesentem in duas portiones inaequales, in quarum prima (art. 1-3) S. Thomas ageret de fine humanae operationis *in genere2)* hoc est, prout abstrahit ab ultimo et non ultimo 3, seu prout mere humanus est4; in secunda vero (art. 4-8) loqueretur de ipso fine *ultimo humanae vitae* 5 secundum formalem rationem *ultimi)* idest ceteros fines sibi subordinantis finalizando seu in genere causae finalis 6. Tertiam enim partem, quam suggerit Conradus 7, de *unitate* finis ultimi (art. 5-8), reducitur ad considerationem ipsius ultimi finis.

229. Et rationem reddunt Medina et Salmanticenses huius divisionis et ordinationis membrorum eius, quia S. Thomas more suo et aristotelico consuevit ab universalibus et communioribus exordium sumere, eo vel magis quod ipse Aristoteles initio Ethicorum suorum ita processit.

Revera, S. Doctor in hac quaestione Ethicam Nicomacheam prae oculis dabet, cuius priora capita imitatur; ea tamen et profundius tractat et pluribus locupletat, propter

l **1,2, i ad i.**
* Conradus Koellin, h. 1., edit. Venetiis, 1589, p. 2 a; Medina, h. 1., Silmanticae, 1588, p. 2 a; Billuart, h. 1., diss. 1, art, 1, edit. Parisiis, 1895, t. IV, p. 2 a; Pégues, h. 1., Paris, 1925, VI, P· I2·
} Salmanticenses, h. 1., edit., Parisiis, 1878, t. V, p. 2 a.
l Joannes a S. Thoma, h. 1., edit. Coloniae, 1711, t. VI, p. 1; *Isagoge aiD. Thomae theologiam,* edit. Parisiis, I93b t· P. 163 b.
§ IIDEM, *locis citatis.*
Joannes a s. Thoma, *loc. cit.*
Loc. cit. et art. *5,* p. 13 a.

influxum Sacrae Theologiae imperantis et subordinantis Ethicam ad altiorem et profundiorem finem theologiae moralis. Quod enim Tullius Cicero de Aristotele relate ad fontes suos recte dixit, ita scilicet Philosophum ceterorum inducere sermonem, ut tamen *penes ipsum sit principatus',* de S. Thoma relate ad ipsum Aristotelem affirmandum est, maxime quando officio fungitur theologi. — Et vere, si quis conferat istam quaestionem cum duobus primis capitulis Ethicae Nicomacheae, non inveniet in illis nisi materiam duorum articulorum, scilicet primi et quarti: quartam ergo partem tantum totius quaestionis.

230. Attamen S. Thomas non solet a proprio obiecto divertere, praesertim initio quaestionum; diverteret autem si, locuturus de fine ultimo, statim confugeret ad considerandum finem operationis humanae in genere. — Quod si ab universalibus et communibus esset hoc in loco incipiendum, oporteret tradere totam metaphysicam causae finalis, antequam ad finem proprium humanae vitae fieret gressus; id quod non pauci ex praedictis commentatoribus fecerunt, per longum et latum de causalitate finali et de bono disputantes. At haec non est consuetudo S. Doctoris.

Pace igitur horum expositorum, crederim *totam quaestionem, ab initio usque ad finem, esse de ipso fine ultimo in communi,* de quo tractandum dixerat in ipso prologo quaestionis.

Quaestio ergo praesens, meo iudicio, dividitur in duas partes perfecte aequales: primam, *de exsistentia* alicuius finis ultimi totius humanae vitae (art. 1-4); alteram, *de natura* seu de conditionibus *essentialibus* eius (art. 5-8).

231. Quaesisse *exsistentiam* alicuius ultimi finis totius humanae vitae, patet vel ex ipso titulo articuli quarti: «utrum *sit* aliquis ultimus finis humanae vitae». At vero, ut scite notat Conradus, «*propter hunc articulum alii praecedentes praemissi sunt*»2; nam continent *simplex factum* alicuius finis humanae operationis, ex quo, vi principii metaphysici quod

2 *Epist. ad Atticum,* lib. XIII, cap. 19, ed. cit., t. VIII, pp. 519-520.
Ad art. 4, h. q., p. 10 b.

in causis finalibus non est procedere in infinitum, concluditur exsistentia alicuius ultimi finis humanae vitae; sicut ex simplici facto alicuius motus in mundo seu alicuius causalitatis efficientis, concluditur exsistentia alicuius Primi motoris non moti vel alicuius Primae Causae non causatae, vi principii metaphysici quod in moventibus et motis seu in causis efficientibus non datur processus in infinitum. Tres ergo priores articuli continent *unam ex praemissis* demonstrationis exsistentiae alicuius ultimi finis humanae vitae, quae concluditur in articulo quarto *vi alterius praemissae* ibidem positae. Unde sicut duae praemissae pertinent ad eandem demonstrationem, ita non solum quartus articulus, sed et tres priores, spectant ad eandem quaestionem de exsistentia alicuius ultimi finis totius humanae vitae.

Eundemque processum secutus est Aristoteles in I Ethicorum, cap. i et 2, ut S. Doctor, qui eum hic imitatur, ostendit \

232. Quod autem in secunda parte (art. 5-8) inquirat *essentiam vel naturam* ultimi finis, constat ex eo quod quaerit de *unitate* eius per contrapositionem ad pluralitatem seu multitudinem finium particularium huius et illius activitatis, quae in tribus primis articulis latet et in quarto exhibetur, secundum illud S. Thomae: oportet «quod inquisitio rationis nostrae transcendat ista *plura,* quousque perveniat ad hoc ipsum, id est, ad aliud *unum*»2. Unitas autem correspondet *formae,* quae est principale essentiae principium, a quo unumquodque est id quod est et a ceteris distinguitur. Non enim unitas significat ipsam indivisionem tantum, sed *substantiam vel essentiam* rei cum negatione divisionis 3, quia unitas est «ipsa *essentia* rei secundum quod est indivisa in se et distincta ab aliis»4.

233. Et inde apparet *perfectissima ordinatio* harum partium; *iprimum* enim quod oportet intelligi de aliquo est *an*

1 *In I Ethic.,* lect. 1, n.° 7; lect. *2,* n.° 19.
I Ethic., lect. 9, n.° 106.
De Pot., 9, 7.
I Sent., dist. 19, 4. 1 ad *2.*

λγ» 1;*ac deinde *quid* vel *quale* vel *quomodo sit;* «quia quaestio *quid est* sequitur ad quaestionem *an est*» a. Oportebat ergo in primis demonstrare *exsistentiam* alicuius ultimi finis humanae vitae in communi, et inde statim procedere ad investigandum eius naturam, seu potius qualitates vel conditiones et modos ipsius. Et haec dicta sint de sensu litterali et de litterali divisione huius quaestionis.

234. Sed quia ultimus finis supernaturalis hominis non continetur virtualiter et implicite in fine ultimo naturali eius, sicut neque exsistentia Dei ut est Auctor gratiae continetur virtualiter et implicite in exsistentia Dei ut est Auctor naturae 3, quamvis naturalis supernatural! subordinetur4; ideo ipse finis ultimus supernaturalis est etiam directe et distincte considerandus secundum se, prout in divina revelatione traditur.

235. Et quidem, proportionaliter ad modum considerandi finem ultimum naturalem, potest et debet dupliciter tractari: primo, *in communi,* prout abstrahit *a re* in qua vere et obiective consistit, et *a modo* eum adipiscendi et attingendi; secundo, *in speciali* seu in concreto, determinando et *rem* et *modum* in quibus reapse consistit tam ex parte obiecti quam ex parte subiecti.

236. Sequentes igitur eundem rhythmum quaestionis primae, distincte considerabimus tum exsistentiam tum nam-

1 I, 2, *2, Sed contra.*

3 Ibid., 2d 2.

3 Nam id quod essentialiter superius est et alterius ordinis non continetur virtualiter in inferiori; qua de causa, ut scite animadvertit BÂNEZ, «impossibile est quod inferior cognitio contineat virtualiter ea quae per altiorem cognitionem cognoscibilia sunt» (In II-II, q. 1, art. 7, dub. t, prima conclusio, ed. Salmanticae, 1584, coi. 79); «at vero cognitio naturalis est alterius ordinis et inferioris quam cognitio supernaturalis fidei; ergo cognitio supernaturalis Dei [v. gr.: Trinitatis personarum] non potest contineri [virtualiter] in cognitione naturali [v. gr.: exsistentiae vel unitatis Dei]. Sicut si dicamus quod homo non potest implicite contineri in semine plantae aut equi; quemadmodum etiam dicimus quod Deus nullo modo potest contineri in praedicamento, quia superioris ordinis est quam entia praedicamentalia' (Idem, II-II, q. 2, art. 8, dub. 2, conci. 1, coi 415)

4 Cf. Caietanum, in I-II, 71, 6, n.« 9.

ram alicuius ultimi finis et naturalis et supernaturalis humanae vitae in communi. Hoc enim erit explicite evolvere id quod implicite continetur, non quidem in littera, sed *in spiritu* seu *in intentione theologica* huius quaestionis apud S. Thomam

1 **Hanc doctrinam implicite et latenter contineri in toto tractatu S. Thomae, data opera ostendetur in ultimo volumine.— Neque hoc est «falsificate» Litteram aut praejudicatam supponere celebrem quaestionem de naturali appetitu visionis Dei. Omnia enim tempus habent.— Ceterum lector benevolus potest eam mere «provisionaliter», ut dicunt, accipere usque dum demonstretur.**

PARS PRIMA

DE EXSISTENTIA ALICUIUS ULTIMI FINIS TOTIUS HUMANAE VITAE

Dbminis*

237. Duo ergo, secundum praedicta, sunt distincte examinanda in hac sectione: primo, *exsistentia* alicuius ultimi finis *naturalis* humanae vitae; secundo, *exsistentia* alicuius ultimi finis *supematuralis* eiusdem hominis et vitae humanae.

Incipiemus autem ab exsistentia alicuius ultimi finis *wittralis;* tum quia de ea tantum explicite tractat Littera S. Thomae, tum etiam quia naturaliter est praeambula ad articulum fidei de exsistentia alicuius finis ultimi supernaturalis humanae vitae; iam vero *praeambulum* debet *prius* considerari.

CAPUT PRIMUM

DE EXSISTENTIA ALICUIUS ULTIMI FINIS NATURALIS TOTIUS HUMANAE VITAE

238. S. Thomas, sequens Aristotelem in hac prima parte quaestionis, «primo, *praemittit quaedam,* quae sunt necessaria ad propositum ostendendum» (art. 1-3); deinde ♦accedit ad manifestandum propositum», id est ad ostendendum «ex praemissis *esse aliquem finem optimum in rebus humanis*» (art. 4)[1].

239. Praemittit autem *exsistentiam seu factum alicuius finis* in *omni* humana operatione, quicumque finis ille sit eumque dupliciter considerat: uno modo, *secundum se* (art. 1-2), et quidem tum formaliter secundum propriam *rationem* finis (art. 1), tum quasi materialiter secundum *rem* quae est finis (art. 2), ut non solum ostendat quod homo agit propter finem, sed etiam quod diverso et perfectiori modo quam dia agentia inferiora agit propter finem; alio modo, *secundum tffectum eius quasi formalem,* qui est *specificare* actus humanos (a. 3).

Ergo in duobus primis articulis consideratur ordo actionis humanae ad finem; in tertio, ex adverso, consideratur ordo finis ad humanam actionem.

240. Patet autem quod prior secundum naturam est Orma in se quam effectus eius formalis; et similiter prior natura est ordo actionis ad finem quam ordo finis ad actionem, c° quod iste ordo est relatio realis quae fundatur super

[1] *I Ethic.,* lect. 1, n.° 7; lect. 2, n.° 19.

influxum causalem actionis in finem et finis in actionem, et constat quod prius natura influit finis in actionem —ex quo causatur ordo actionis in finem—, quam actio in finem —ex quo causatur ordo realis finis in actionem—; nam causalitas finis est prima omnium.

Ordinatissime igitur, pro more, S. Thomas processit in hac prima parte quaestionis.

Art. i.— Utrum homini conveniat agere propter finem

PRAENOTANDA

SENSUS ET STATUS QUAESTIONIS

241. Duplex est genus agentium: aliud *per naturam,* aliud *per intellectum*[1]. Agens per intellectum quandoque dicitur agens per sapientiam et per artem [2], id est per inquisitionem et deliberationem [3]; quandoque per voluntatem[4]; quandoque per intellectum et voluntatem [5] seu per liberum arbitrium, quae dicitur esse facultas voluntatis et rationis[6]: — eiusque actiones dicuntur esse ab intellectu[7], ab intelligentia[8], a voluntate[9] et a proposito[10], sicut et actiones agentis per naturam dicuntur esse a natura [11].

«Est autem alius modus causandi proprius voluntati, quae est domina sui actus, praeter modum qui convenit naturae, quae est determinata ad unum» J; modus ergo agendi per intellectum est liber, dum modus agendi per naturam est necessarius.

242. Iam vero constat quod homo, in quantum homo, est agens per intellectum, cum sit intellectualis naturae; at simul est natura quaedam, maxime secundum corpus, et ideo simul est aliquo modo agens per naturam.

Hac ergo de causa *homo habet duo genera operationum:* quaedam ei conveniunt *reduplicative ut est homo,* hoc est, secundum *speciem* suam qua homo est rationalis naturae, et hae sunt operationes propriae hominis secundum quod est agens per intellectum et voluntatem seu ex voluntate deliberata; et ideo sunt operationes liberae, quarum ipse homo agens est dominus, in quo homo differt a modo operandi creaturarum irrationalium, quae Ubertate carent; et hac de causa, istae solae operationes dicuntur proprie *humanae:* — quaedam vero ei conveniunt *specificative ut est natura quaedam,* id est secundum *genus* suum proximum vel remotum; nempe secundum quod est *animal,* ut operationes mere sensitivae; vel secundum quod est *vivens,* ut operationes vegetativae; aut secundum quod est *substantia quaedam corporea,* ut operationes physico-chimicae corporis humani; — quae quidem operationes competunt homini secundum quod est agens *per naturam,* et ideo dicuntur operationes *naturales*[2].

243. Quia tamen sunt operationes partis genericae seu *materialis* hominis et non partis specificae seu *formalis* eius, sicut operationes liberae, dici possunt actiones *hominis,* ‹sed non proprie humanae, cum non sint hominis in quantum est homo» (h. 1.).

Immo, si quae sint operationes ipsius partis rationalis seu intellectivae hominis, procedentes ab intellectu et voluntate secundum quod sunt *natura quaedam* et non secundum quod sunt intellectus et voluntas, hoc est, libere operantes quoad specificationem vel saltem quoad exercitium actus, praedic-

1 *II Contra Gent.,* cap. 2; I, 2, 3 ad 2.
2 *II C. Gent.,* cap. 24; *II Physic.,* lect. 13, n.° 4.
3 *Ibid.,* n.° 5.
II C. Gent., cap. 23-24.
5
7 *In II Physic.,* lect. 8. n.° 5.
9 *Ibid.,* lect. 10, n.° 11.
Ibid., lect. 8, n.° 6; *De Potentia,* 3. j
10 *Ibid.,* lect. 8, nn. 7 et 8; lect. 10
In II Physic., lect. 8, nn. 5-7.
Gentes, cap. 23.

1 I-II, 10, i ad i.
J *In I Ethic.,* lect, 1, n.° 3.

tae operationes reducuntur ad actiones *hominis naturaliter* productas, non ad actiones *humanas voluntarie* exercitas[1]; quia potius sunt in categoria actionis *naturalis* seu *necessariae* quam in categoria actionis *voluntariae proprie* dictae seu *liberae.*

244. S. Thomas ipse nitide expressit hoc duplex genus operationum hominis, cum ait: «quia homo est id quod est secundum rationem, illa operatio dicitur esse *simpliciter humana* quae a ratione procedit per voluntatem, quae est rationis appetitus. Si qua autem operatio est in homine quae non procedit a ratione et voluntate, *non est simpliciter operatio humana,* sed convenit homini *secundum aliquam partem* humanae naturae: quandoque quidem secundum ipsam naturam elementi corporalis, sicut ferri deorsum; quandoque vero secundum virtutem animae vegetabilis, sicut nutriri et augeri; quandoque vero secundum partem sensitivam, sicut vadere et audire, imaginari et memorari, concupiscere et irasci.

Inter quas operationes est differentia. Nam operationes animae sensitivae sunt aliqualiter obedientes rationi, et ideo sunt aliqualiter rationales et humanae, in quantum scilicet obediunt rationi, ut patet per Philosophum in I Ethic.; operationes vero quae sequuntur animam vegetabilem vel etiam naturam elementalis corporis, non subiiciuntur rationi; unde nullo modo sunt rationales, *nec humanae simpliciter, sed solum secundum partem humanae naturae»* 2.

Et iam pridem scripserat: «dicuntur illi proprie actus *humani* quorum ipse homo est dominus; est autem homo dominus suorum actuum per voluntatem seu per liberum arbitrium...: actus enim aliqui sunt *in homine* non subiacentes imperio voluntatis, sicut actus nutritivae et generativae potentiae...03. «Actus autem humanus dicitur qui non quocumque modo in homine *vel per* hominem exercetur, cum in *quibusdam* etiam plantae, bruta et homines conveniant; *sed qui hominis proprius est.* Inter cetera vero hoc habet homo *proprium* in suo actu, quod sui actus est *dominus.* Quilibet igitur actus cuius homo dominus est, est proprie actus humanus, non autem illi quorum homo non est dominus, licet *in* homine fiant, ut digerere et augeri et alia huiusmodi') \

245. *Circa hanc tamen distinctionem inter actiones humanas et actiones hominis occurrit difficultas.* Dicuntur enim actiones humanae quae sunt propriae hominis in quantum est homo, id est secundum quod differt ab aliis irrationalibus creaturis. «Differt autem homo ab aliis irrationalibus creaturis *in hoc,* quod est *suorum actuum dominus.* Unde illae solae *actiones* vocantur proprie *humanae, quarum homo est dominus»* (h. 1.).

In hoc processu videtur mutatus terminus medius, quia homo in quantum homo et homo in quantum dominus suorum actuum non significant idem; nam quaedam conveniunt homini in quantum homo, puta primum intelligere, quorum tamen ipse non est dominus, cum naturaliter praeveniant omnem actum voluntatis; licet verum sit quod conveniunt homini in quantum est homo omnes actiones quarum ipse est dominus. Latius ergo patet terminus medius in *maiori* quam in *minori;* et insuper conclusio, eandem universalitatem ac *maior* habens, latior est quam praemissa *minor.* Est igitur processus sophisticus.

246. *Praeterea,* homo differt quidem ab aliis irrationalibus creaturis in hoc quod ipse est dominus suorum actuum, illae autem non; at *haec non est unica neque prima differentia.* Differt enim homo ab aliis irrationalibus creaturis non solum in agendo, sed etiam *in essendo, et quidem prius in essendo* quam in operando; — quinimmo et *in operando prius* differt per *primam* operationem hominis, quae est *intelligere,* quam per secundam, quae est velle cum libertate, ex qua habet quod est dominus suorum actuum. Unde et ipse S. Doctor scribit: «propria operatio hominis, in quantum est homo, est *intelligere;* per hanc enim omnia animalia trascendit»2.

1 I, 18, 3, circa finem corporis; I-II, io, i et 2.
2 III, 19, 2.
3 *De Verit.,* q. 5, art. 10, initio corporis.

1 *De Virtutibus in comntuni,* 4 corp., paulo post initium.
5 I, 76, i.

247. *Respondetur* quod totus articulus intelligitur *de actione* hominis in sensu proprio et stricto; *de actione* enim seu *de agere* hominis quaerebat titulus, et de eodem *agere* respondet corpus articuli. Non licet ergo divertere *ad esse* hominis neque *ad operari* eius quomodocumque, sed *formaliter* sistendum est solum *in agere* ipsius.

Verum est quidem quod homo *primo est* homo et *primo differt* a ceteris creaturis irrationalibus *per essentiam suam,* qua est animal rationale.

Similiter etiam verum est quod, *in operando,* homo *primo* est homo et *primo* ab aliis differt *per operationem intellectus* et non per operationem voluntatis; propter quod S. Doctor in loco citato Primae Partis indicavit operationem intellectus tantum, tacita operatione voluntatis.

Tertio, verum est quoque quod, *in operando,* homo differt ab ahis creaturis inferioribus non solum in intelligendo et in volendo, sed etiam *in pluribus aliis operationibus,* v. gr.: in ridendo, in flendo, in admirando, in loquendo.

At haec omnia sunt extra quaestionem formaliter ventilatam in hoc articulo, quae *unice* est de *agendo humano.*

248. Sciendum est igitur quod *agere,* iuxta vim vocis, est actus seu exercitium agentis in quantum est agens; et se habet ad causam agentem sicut lucere ad lucem, sicut currere ad currentem, sicut album esse ad albedinem, sicut esse ad essentiam, sicut considerare ad scientiam, sicut actus secundus ad actum primum unoque verbo appellatur *actio.* Itaque agere humanum et actio humana idem sonant. Sed agere seu actio potest dupliciter sumi: uno modo, *communiter,* pro actuali exercitio, quodcumque illud sit et quomodocumque fiat, causae efficientis in tota sua latitudine, et tunc proprio nomine vocatur *operatio,* ενέργεια; alio modo, *proprie et stricte,* ut contradistinguitur: *tum* ab operatione membrorum exteriorum corporis, quae transit in exteriorem materiam, ut percutere, aedificare, et proprie appellatur *effectio,* ττοίησι ; *tum* ab operatione propria in-

l *II C. Gent.,* cap. 54; *II De Anima,* lect, 1, nn. 216-227; lect. 11. nn. 360-361.

tellectus, quae proprie dicitur contemplatio seu speculatio vel *intellectio,* γνώσι , θεωρία, θεωρητική ἐνέργεια, νόησι ; *tum* etiam a proprio motu appetitus sensitivi in quantum huiusmodi, qui proprie nominatur *passio* vel affectio, ττὰθο$; et ideo nomen actionis stricte dictum stat pro *operatione propria voluntatis* seu appetitus rationalis.

249. Nec satis. Nam actio stricte sumpta differt ab operatione adhuc imperfecta voluntatis, quae est: vel *mere inchoata,* et tunc proprie dicitur *simplex volitio,* βούλησι ; vel etiam *dimidiata,* cuius proprium nomen est *electio,* ττροαίρεσι ; et *proprie nominat operationem voluntariam perfectam et consummatam in suo genere,* quae est *usus activus,* χρησι , vel actio *simpliciter* dicta, ττράξι . Est ergo actio proprie dicta, *actio voluntaria perfecte libera et deliberata* l.

250. Et in hoc sensu stricto sumpsit nomen *actionis* S. Thomas: «eius *proprie* est *agere* —inquit—, *quod habet dominium sui actus;* quod autem non habet dominium sui actus, magis *agitur* quam agat, et ideo actus non est in potestate eius quod agitur, sed magis eius quod agit ipsum»2. Quod aequivalenter repetit in articulo secundo huius quaestionis.

251. Nec immerito, nam *agere* est antonomastice nomen *actionis,* cui repugnat pati seu agi in quantum huiusmodi; et ideo ei proprie competit agere quod ab alio, ut tale, non agitur, sed seipsum active movet seu agit, cum producit actionem suam.

Et consonat propria vis etymologia verbi *agere.* Agere enim; ex graeco ἀγω, *ante se pellere,* litteraliter significat *ducere, conducere, dirigere, ordinare.*

lure ergo nomen actionis reservatur proprie *usui activo* voluntatis, quo active et efficaciter applicat potentias humanas executivas ad opus, eas veluti impellendo ante se; ipsa autem

l Videatur Aristoteles, *II Ethic. Nie.,* cap. 3, n.° 2, II, 16, 43-44; VI, cap. 4, Π, 68, 19-431 cap. *5,* n.° 3, II, 69, ιο-ιι; X, cap. 7, n.° 6, II, 124; et Auctor *Ethic. Eudem.,* lib. II, cap. 1, n.° 10. II, I93> 5-6.

l *In II Physic.,* lect, 10, n.° 4.

voluntas seipsam active movet et ducit et ordinat, cum perfecto dominio proprii actus [x].

252. Et in hoc etiam sensu videtur sumpsisse Aristoteles nomen πράξι in principio Ethicorum[1], quem S. Thomas imitatur in hoc articulo; nam tria alia quae ponit, nempe τέχνη, μέθοδο et ττροαίρεσι , videntur esse considerata veluti principia quaedam ultimi, scilicet πρδξεω , quia principium *actionis* humanae sunt intellectus speculativus et practicus et electio voluntatis [3].

253. *Agere ergo proprie loquendo est voluntarie et libere operari, cum pleno dominio sui actus, quasi se active movendo et agendo;* et hoc est proprium hominis in quantum est homo, nempe in quantum est imago Dei et consequenter est «suorum operum principium, quasi Uberum arbitrium habens et suorum operum potestatem», ut dicebat in ipso prologo ad totam partem moralem Summae Theologicae; et per hoc primo et formaliter differt homo *in hoc ordine* ab ahis creaturis inferioribus, quae non sunt factae ad imaginem Dei.

254. Itaque *sumendo actionem in sensu stricto et formali,* ut revera sumpsit S. Thomas, *eundem sensum habet in maiori et in conclusione argumenti propositi;* et in hoc ordine *actionis* idem omnino sunt homo in quantum homo et homo in quantum est dominus suorum actuum seu agens per intellectum.

Nulla est ergo aequivocatio in processu S. Thomae, quin potius est subtilissima et formaUssima argumentatio, quam non adnimadverterat obiiciens, eo quod diverterat ab actione stricte dicta ad simplicem operationem.

255. Quod si quis sumere vellet actionem et operationem in eodem sensu, *respondere potest cum quibusdam thomistis* [4] quatuor esse genera actionum seu operationum in homine.

1 **i-n**, 9, 3; 16, i et 4; 17 i.
2 *I Ethic.* Nie., cap. 1, n.° 1; II, 1, 1.
3 *In I Ethic.,* lect. 1, n.° 8.
4 Cf. Medina, h. 1., § tandem exponendum, p. 3 a; Joannes A S. Thoma, h. 1., disp. i, art. 1, n.° 39, pp. 10-11; Gonet, h. 1., disp. 1, art. 2, n.° 20, et *Manuale thorn.,* tract. 1, cap. 1, edit Patavii, 1704, t. III, p. 6.

Quaedam sunt *perfecte et complete humanae,* scilicet et *quoad substantiam* vel speciem et *quoad modum* agendi, ut intellectiones et volitiones liberae; nam, ut operationes essentialiter *rationales,* sunt humanae quoad *substantiam* vel speciem suam; et ut *liberae,* sunt humanae quoad *modum* eas producendi. — Aliae sunt *partialiter humanae tantum,* et quidem duplici sensu; nam quaedam sunt humanae *quoad substantiam tantum* et non quoad modum agendi, ut prima intellectio et prima volitio, quae non sunt liberae sed neccessariae; quaedam vero, ex adverso, sunt humanae *quoad modum tantum* et non quoad substantiam, ut comedere, bibere, ambulare, ex libero imperio voluntatis.

Denique, aliae *nullo modo* sunt humanae, quia non sunt humanae *quoad substantiam neque quoad modum* eas producendi, ut operationes mere vegetativae.

256. Actiones ergo, quae non sunt humanae neque quoad substantiam neque quoad modum, dicuntur *simpliciter* actiones *hominis;* quae sunt totaliter humanae, hoc est, et quoad substantiam et quoad modum, appellantur actiones *humanae simpliciter;* quae vero sunt humanae quoad substantiam tantum et non quoad modum, sunt *humanae secundum quid et hominis secundum quid,* quia psychologice loquendo sunt humanae sed moraliter sunt hominis; postremo, quae sunt humanae quoad modum tantum et non quoad substantium, pariter sunt humanae et hominis secundum quid, quia psychologice sunt hominis, sed moraliter sunt humanae.

257. Quae cum ita sint, *moraliter* loquendo, illae tantum actiones sunt *humanae* quae sunt propriae hominis in quantum est homo sive quantum ad substantiam operis et modum operandi, sive quoad modum operandi tantum; e contra, sunt actiones *hominis* omnes illae operationes quae non sunt propriae hominis ut est homo, sive quantum ad substantiam et modum, sive quoad modum tantum operandi.

258. Doctrina clara et utilis ad vitandas aequivocationes, sed *innecessaria* intelligent! sensum formalem quaestionis et exponenti textum in sensu proprio, ut iacet.

259. Quia igitur homini, in quantum homo, convenit

exercere *actiones humanas* in sensu proprio et stricto, quaerere utrum homini conveniat agere propter finem seu utrum hominis sit agere propter finem —ut habetur in distributione articulorum— idem est ac investigare *utrum actiones humanae, quas homo ut homo agit, sint propter finem.*

Itaque non quaeritur de actionibus *hominis,* in quocumque gradu sumantur, sed *formaliter et exclusive de solis actionibus humanis;* et quidem non de hac vel de illa actione tantum, sed universaliter *de omni actione humana,* ut Caietanus recte adnotavit (h. l. n.° i). Hanc enim universalitatem reddunt explicita verba S. Thomae tam in obiiciendo (obi. i et 2) quam in respondendo (arg. *sed contra* et finis corporis articuli), ubi ter ponit *omnia* et semel *omnes;* immo et ipsa indeterminatio verbi *agere* hanc universalitatem praesefert, eandemque exigebat quaestio de ultimo fine *totius* humanae vitae.

260. Et quidem hac simplici formula S. Thomas ponit *quaestionem fundamentalem de exsistentia ordinis moralis seu proprii obiecti moralis considerationis,* quod «est operatio humana ordinata in finem, vel etiam homo prout est voluntarie agens propter finem»[1]. Inde igitur momentum capitale huius articuli.

QUAESTIONIS RESOLUTIO

261. conclusio articuli est: *omnes actiones humanae sunt propter aliquem finem sibi a propria hominis ratione praestitutum* 2.

262. *Probatur primo a posteriori,* et quidem duplici argumento, scilicet ex propria uniuscuiusque experientia interna et ex inductione.

263. A) *Ex interna experientia uniuscuiusque.* — Experimur enim, quando libere et cum pleno dominio agimus,

[1] *In I Eth.,* lect i, n.° 3.

[2] Hic. in fine corporis articuli, et ad 3; I, 18, 3; *De Pot*

nos ponere actiones nostras *conscio modo,* scilicet cognoscendo *quod* agimus, et *quid* agimus et *quomodo* agimus et *propter quid* agimus, et percipiendo nos habere potestatem agendi vel non agendi, agendi hoc vel illud, agendi sic vel aliter, agendi propter hoc vel propter illud. Et sentimus nos habere ex propriis cognitionem hanc et hanc potestatem assignandi nobismetipsis exercitium actionis et obiectum eius, quod semper est aliquod bonum reale vel apparens, nempe aliquis finis. Unde et vulgo agere humano modo dicitur agere secundum ordinem, hoc est, secundum indicium et directionem rationis, agere scienter et prudenter, agere ex praemeditatione seu ex deliberatione, quasi librando seu ponderando motiva agendi vel non agendi. Et propter hoc homo «non est solum causa sui ipsius in movendo, sed etiam in indicando; et ideo est liberi arbitrii, ac si diceretur liberi iudicii de agendo vel non agendo» U

Qua de causa, actiones humanae sunt nobis *imputabiles* quasi auctoribus, qui et earum sumus *responsabiles,* quatenus rationem reddere possumus interroganti cur eas posuerimus; tunc enim «actus *imputatur* agenti, quando est in *potestate* ipsius, ita quod habeat *dominium* sui actus»2.

264. B) *Ex inductione.* —Omnes actiones humanae proprie et simpliciter dictae sunt elicitae a voluntate libera aut ab ea imperatae. Atqui ambae sunt propter aliquem finem sibi a propria hominis ratione determinatum seu praestitutum. Ergo omnes actiones humanae sunt propter aliquem finem sibi a propria hominis ratione praestitutum seu dictatum.

265. *Maior* constat ex notione supra tradita actionis humanae proprie dictae, quae est *usus activus* voluntatis. Potest autem voluntas uti *seipsa,* et tunc actus voluntarius est *elicitus* ab ipsa voluntate; potest etiam uti *aliis potentiis* exeeutivis, quae ei subduntur saltem quantum ad exercitium actus, v. gr., ratione speculativa et practica et appetitu sen-

[1] *De Verity* 24, 1, in fine corporis.

sitivo et membris corporis, quo in casu actus voluntarius resultans dicitur *imperatus.*

266. *Minor* vero probatur per partes.

a) Quantum ad actiones *elicitas,* quae sunt proprie loquendo *consensus et electio.* Nam *usus,* sicut et libertas, est proprie loquendo de mediis, non de ipso fine ut finis est J; et ideo sub usu activo voluntatis non cadunt actus eius circa ipsum finem in quantum huiusmodi sed circa media, nempe consensus et electio, cum praeter usum, non sint alii actus circa media. Propter quod ait optime S. Doctor quod voluntas *«utitur se ad consentiendum et eligendum»*1.

lam vero *media, in quantum huiusmodi, sunt relativa ad finem.* Ergo actiones elicitae circa media, eo ipso sunt ad finem. Omnes ergo actiones elicitae et liberae voluntatis sunt propter aliquem finem.

Et quidem propter finem dictatum seu determinatum a propria ratione practica, quae determinat per *consilium* quaenam sunt media conducentia ad finem, quibus voluntas *consentit;* et ex his mediis, per *ultimum indicium practicum,* determinat quodnam est aptius seu utilius ad finem, quod voluntas *eligit;* ac finaliter *imperative* dictat *usum activum* seu ipsam applicationem voluntatis ad agendum propter finem, adhibendo ipsum medium aptius quod elegit.

b) Similiter etiam actiones *imperatae* a voluntate libera et exercitae a potentiis exeeutivis.

Ita intellectus *practicus et membra corporis* applicantur a voluntate ad opera artis exercenda propter finem proprium uniuscuiusque artis, v. gr., opera artis medicinalis propter sanitatem, opera artis navifactivae propter navigationem, opera artis aedificatoriae propter habitationem, opera artis bellicae propter victoriam capessendam.

Pari modo voluntas utitur intellectu *speculativo* ad quaerendam veritatem, cuius possessio seu visio est finis eius; vel etiam ad docendos alios, ut in eis generet cognitionem veritatis, quae est finis docentis.

1 I, 82, i, ad 3Î 83, 3 et 4JI-II, 16, 3.
2 I-II, i6, 4 ad 3.

Denique, utitur quandoque passionibus *appetitus sen-*
ad perfectius exequendum opera virtutis, quae sunt finis voluntatis utentis a ratione practica dictatus *: exempli gratia, voluntas fortis utitur passione irae ad unum e suis actibus exercendum, qui est aggredi; et voluntas paenitentis utitur passione doloris et tristitiae ad melius et vividius exercendum actum detestationis peccati.

Constat ergo inductive omnes actiones humanas proprie dictas esse propter aliquem finem a propria ratione praestabilitum.

267. Et ad hoc videtur reduci argumentum quod adducit Aristoteles initio Ethicorum, cum ait: «omnis ars, omnis investigatio et doctrina, omnis actio et omnis electio, tendunt ad aliquod bonum tanquam ad finem: propter quod iure veteres definierunt bonum dicentes esse *id quod omnia appenmti*2. Hoc est aequivalenter dicere quod omnis activitas humana est propter aliquem finem; quod indicat enumerando, *quasi inductive,* singulas humanas activitates, nempe intellectus practici (ars) et speculativi (investigatio) et voluntatis (electio et usus seu actio stricte dicta). Omnes ergo actiones *agentis per intellectum,* κατὰ προαίρεσιν, ἀττὸ διανοία . sunt propter aliquem finem, ut dixerat in II Physicorum, cap. 2, n.° 23. Nimirum quod generatim affirmaverat in Physica, singillatim réaffirmât in Ethica. Utrobique tamen idem repetit per modum *simplicis affirmationis,* ac si ageretur de aliqua veritate *per se nota,* eo fere modo quo S. Thomas, intendens demonstrare exsistentiam Dei, exorditur: *«certum esi et sensu constat* aliqua moveri in hoc mundo»; *«invenimus in istis sensibilibus* esse ordinem causarum efficientium» 4.

268.Et vere, experientia uniuscuiusque constat quod *agens per intellectum* agit propter finem, ut paulo supra dictum est. Unde merito S. Thomas scribere potuit: «de agentibus per intellectum *non est dubium* quin agant propter

1 II-II, 123, 10.
l Ethic. Nie., cap. 1, n.° 1, II, 1, 1-3.
II, 266,10, 14.

finem; agunt enim praeconcipientes in intellectu id quod per actionem consequuntur, et ex tali praeconceptione agunt: hoc enim est agere per intellectum» h

269. *Secundo, a priori,* duplici quoque medio, nempe medio *proprio* et medio *analogico.*

Demonstratio procedens ex medio *analogico,* quae etiam solet dici argumentum *a pari* vel *a simili,* potius reducitur ad demonstrationem *quia* quam ad demonstrationem *propter quid,* eo quod analogum est quid *commune* pluribus analogous, licet cum modo *proprio seu appropriato* singulis; demonstrare autem ex communibus, licet aliquo modo appropriatis, est, presse loquendo, demonstrare tantum *quia.*

E contra, si demonstratio procedat ex omnino *propriis* et adaequatis, appellatur *propter quid* vel *simpliciter dicta.*

270. A) *Argumento analogico seu quia.* — Ita se habet finis in agibilibus sicut se habet principium demonstrationis in speculabilibus. Atqui in speculabilibus conclusiones sunt propter principia in genere causae efficientis. Ergo et in agibilibus actiones humanae seu liberae sunt propter finem, in genere causae finalis.

271. *Maior* traditur saepissime a S. Thoma, v. gr. I, 82, 1; I-II, 8, 2; 9, 3, quasi esset axioma prolatum ab Aristotele. Philosophus tamen non videtur illud proposuisse in hoc sensu, sed potius in hoc quod sicut in materia necessaria, dato principio, conclusiones intelligibiliter deducimus, ita in materia contingenti agibili, dato fine, intelligibiliter deducimus media necessaria ad finem, quasi conclusiones agibiles seu operabiles2. Et sic processus rationis speculativae in materia necessaria et rationis practicae in materia contingenti similes sunt. Id quod est per se notum.

272. Sed S. Thomas ampliavit hanc similitudinem ad ipsum ordinem seu processum voluntatis, ita ut processus rationis speculativae et practicae circa proprium obiectum intelligibile et processus voluntatis circa proprium obiectum appetibile sunt proportionaliter similes seu analogici analogia proportionalitatis propriae.

273. Ac profecto, etiam in hoc sensu, effatum est verum. Nam principium demonstrationis se habet ad conclusiones ut earum causa efficiens; quia cognitio conclusionis, ut est formaliter conclusio, causatur ex cognitione principiorum in genere causae efficientis 1.1 Finis autem se habet ad agibilia per voluntatem per modum causae finalis, sicut nomine ipso patet; causa vero habet rationem principii 2. Ideo ergo finis se habet ad agibilia per voluntatem ad modum principii in genere causae finalis.

274. Iam vero constat causam efficientem et finalem esse ad invicem proportionatas, sicut et sunt ad invicem causae in diverso genera 3. Est igitur proportio seu analogia inter principium demonstrationis relate ad conclusiones intelligibiles, et finem agibilium a voluntate relate ad actiones liberas exercendas. Verum est ergo quod sicut se habet principium in speculabilibus, ita se habet finis in agibilibus.

275. *Minor* patet ex modo dictis. Dicuntur autem conclusiones esse *per, ex* vel *propter* principia, quia «haec praepositio *propter* designat habitudinem causae»4, etiam efficientis.

276. Est autem *vera demonstratio,* quia procedit a magis notis ad minus nota. Magis enim cognoscimus efficientem quam finalem et melius intelligimus psychologiam intellectus quam psychologiam voluntatis. Iure igitur ex causalitate efficienti propria intellectus demonstramus et illustramus causalitatem finalem propriam voluntatis.

277. *Immo et in eodem genere causae, scilicet efficientis, datur similitudo inter processum rationis et processum voluntatis.* Ita enim se habet voluntas in volendo ex fine ea quae sunt ad finem, sicut se habet intellectus in cognoscendo

l *II Contra Gent.,* cap. 2.

! «Vid‘‘tur,// ‘‘P· 9. M· 3-4 (II, 272, 28-48); *VII Ethic. Hit.,* cap. 8, η.” 4 (Π, 84, 6-γ).

1 1,14, 75 19, *SSH Physic.,* leer. 5, η·° io. in fine.

2 *IV Metaphysic.,* cap. 1, n.° 3; II, 514, 41-42.

' *II Physic.,* cap. 3, n.° 4, II, 264, 35-36: *IV Metaphysic.,* cap. *2,* n.<> 4,Π,5I5, 25-26.

4 Hie. obi. 1; II-II, 26, 3; *De Pot.,* 5, 5 ad 3.

conclusiones ex principiis per se notis. Atqui humanus intellectus ex cognitione principiorum per se notorum movet seipsum active et efficienter ad cognitionem conclusionum, per discursum secundum causalitatem, qui est processus rationalis seu discursivus, proprius hominis in quantum est homo \ Ergo similiter humana voluntas, ex naturali volitione finis, seipsam active et efficienter movet ad volendum libere ea quae sunt ad finem, quae rursus vult propter ipsum finem in genere causae finalis. Et iste est modus volendi et agendi proprius hominis in quantum est homo, procedendo scilicet de potentia ad actum et quasi discurrendo tam in actibus rationis quam in actibus voluntatis.

27S. Ita igitur se habent actus humani proprie et stricte dicti ad voluntatem humanam, sicut se habet discursus proprie dictus, nempe secundum causalitatem, ad humanum intellectum, qui proprie loquendo est *rationalis,* hoc est, discursivus; et ideo sicut ratiocinari seu discurrere est proprium hominis in quantum est homo in ordine cognoscendi, ita agere ex deliberatione proprie dicta, movendo se active ad volendum hoc vel illud, est proprium hominis ut est homo in ordine appetendi et agendi[1].

Et sicut homo discurrendo cognoscit formaliter conclusiones, resolvendo ea in principia per se nota; ita homo deliberate volendo agit formaliter actiones suas, eas resolvendo in finem per se et naturaliter volitum, hoc est, eas producendo et efficienter et finaliter propter finem.

279. Atque ad hunc sensum accommodari potest argumentum quod S. Doctor tradit in *Sed contra;* quod quidem, prout iacet, satis est ad arguendum in contrarium, licet quidam, immerito tamen, difficultatem inveniant in *maiori,* scilicet *omnia quae sunt in aliquo genere derivantur a principio illius generis,* quae frequenter adducitur a S. Thoma[3]. Hoc tamen axioma non est Aristotelis sub hac forma, sed sub inversa, nempe *propter quod unumquodque tale et illud magù*

1 L 58, 3; 85, 5; *In Boetium de Trinitate,* q. 6, art. 1.
2 I, 19, 5; 60, 2; I-II, 9, 3.
3 Ex. gr. *In I Poster.,* lect. 4, n.° 16, in fine; I, 2, 3; II-II, 163, 3, obi. 3 eiusque resp.; III, 56, I.

seu *propter quod cetera talia et illud maxime tale* \ sub qua forma et S. Doctor saepissime illud usurpat[2].

280. Et cum agatur de materia necessaria seu per se, haec forma indefinita aequivalet universali[3], et conversim enuntiari potest. Eiusdem ergo veritatis et certitudinis est dicere: *propter quod cetera sunt talia, et illud maxime tale,* et: *quod est maxime tale est causa ceterorum ut sunt talia,* et hoc idem est ac dicere: *primum et maximum seu principium in unoquoque genere est causa omnium eorum quae sunt post ipsimi in eodem genere,* nam idem videtur esse primum et principium[4].

Nullam ergo seriam difficultatem patitur illa *maior.*

281. *Minor* autem, si sumatur ut principium in genere causae efficientis vel finalis, illustratur analogice, modo praedicto; si vero sumatur in genere causae formalis, non differt ab argumento dato in corpore articuli; si denique sumatur absolute, incidit in rationem propositam initio articuli sequentis. Oportebat ergo eam analogice expendere, ne idem argumentum secundum eundem sensum repeteretur, quod S. Thomas vitare intendit[5].

282. B) *Argumento propio seu propter quid.* — Omnes actiones humanae producuntur a voluntate secundum rationem formalem sui proprii obiecti. Atqui ratio formalis proprii obiecti voluntatis est finis a propria ratione apprehensus et iudicatus ut bonum. Ergo omnes actiones humanae producuntur a voluntate secundum rationem formalem finis a propria ratione apprehensi et iudicati ut bonum. — Sed producere actiones humanas *secundum* rationem formalem finis idem est ac eas agere *propter* finem; quia praepositio, *mundum,* sicut et praepositio, *propter,* dicunt habitudi-

1 *I Post.,* cap. 2, n.° 15, I, 123, 17-18; ***II Metaphysic.,*** cap. 1, η.° *ζ,* II, 486, 28-36.
2 V. gr., *In I Post.,* lect. 6, n.° 3; ***I Sent.,*** dist. 12, art. 2 ad 2; ***IV Sent.,*** disL 41 art. I qla. 1 obi. 1 et resp.; *De Veritate,* 10, 9, obi. 3 et resp.; I, 87, 2, obi. 3 ct resp.; 88, 3, obi. 2 et resp.
3 *In I Perih.,* lect. 11, n.° 9, in fine.
4 *In I Post.,* lect. 5, n.° 16, in fine.
5 *Summa theol.,* prolog.

nem causae: τό καθό Ισαχώ καί τό αίτιον υπάρξειι. Ergo omnes actiones humanae causantur a voluntate propter finem a propria ratione praecognitum et praestabilitum ut bonum. Omnes igitur actiones humanae sunt propter finem a propria ratione praestitutum.

283. *Maior* patet eo quod «ad proprium obiectum unaquaque potentia *per se* ordinatur *secundum quod ipsa*»2, «quia de *sui ratione* est ut in illud tendat»3; et ideo «omnes actiones quae procedunt ab aliqua potentia, causantur ab ea secundum rationem sui obiecti»4, eo ipso quod causantur secundum propriam rationem potentiae agentis. Unde et potentia definitur per actus et actus per obiecta 5. Cum ergo omnes actiones humanae sint voluntariae, necesse est quod a voluntate producantur secundum rationem formalem sui proprii obiecti.

284. *Minor assumpta* constat ex ipsa ratione voluntatis, quae est appetitus intellectivus seu rationalis. Ut ergo est *appetitus,* proprium eius obiectum est *bonum,* quia bonum est quod omnia appetunt; ut autem est appetitus *rationalis,* proprium eius obiectum debet esse *praecognitum* a ratione secundum illud: nihil volitum quin praecognitum. Proprium ergo obiectum voluntatis est bonum intellectum seu praecognitum a ratione.

Bonum autem ut patet ex dictis in introductione ad hanc quaestionem (nn. 215-219), habet rationem perfecti, et ratio perfecti est ratio finis: τέλο , τέλειον. Licet ergo voluntas sit et de fine et de mediis, formaliter tamen, hoc est, primo et per se, est de solo fine, sicut et bonum dicitur principaliter de solo fine, non de mediis 6. Ratio igitur formalis obiecti voluntatis, quod est bonum, est finis; quia finis est bonum per se, id est primo et principaliter. Unde oculatissime S. Thomas dixit quod «obiectum voluntatis est finis et bonum»1, utrumque ponens, prius tamen finem quam bonum, quia finis est ratio formalis *quae* boni simpliciter dicti; nomen enim boni, quod est commune fini et mediis, sicut nomen entis est commune ad substantiam et accidens, determinatur ad supremum analogatum boni per nomen *finis.* Itaque obiectum proprium et formale voluntatis est bonum *ut finis* seu reduplicative in quantum finis.

Mitior subsumpta nulla indiget probatione vel expositione, post dicta in ipso argumento. Cetera patent.

IVMetaph., cap. 18, n* *3,* II 538, 34; H-H, 26j 3. De PoLy 5› 5 ad3.

Hic, in corpore.
5 L 87, 3-
β *Dc Malo,* 13, 2.

§ III

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

285.In quaestione, *utrum hominis sit agere propterfinem*› sunt *lres termini,* scilicet *homo, agere* et *propter finem,* quorum principalis est *propter finem,* qui se habet per modum ultimi praedicati; deinde *agere,* qui se habet ut praedicatum proximum *hominis* et veluti subiectum immediatum του *propter finem;* postea *homo,* qui se habet ut merum subiectum.

Constat autem quod praedicatum est pars principalis enuntiationis quia «praedicatum comparatur ad subiectum ut forma ad materiam»2, cum sit *determinatio* quaedam subiecti, quod capax est plurium praedicationum. «Praedicatum ergo est quasi pars *formalis* enuntiationis, subiectum autem est pars *materialis* ipsius»3.

286. S. Thomas igitur movet tres difficultates contra totidem terminos, procedendo a maiori ad minus. Nam prima et gravior difficultas est contra *propter finem,* ex ipsa ratione finis; secunda et minus gravis est contra *agere* ut immediatum subiectum praedicati *propter finem,* ex propria ratione ipsius *agere;* tertia et levissima est contra *hominem* ut subiectum immediatum praedicati *agere* et ut primum subiectum ultimi praedicati *propter finem.*

1 Hic, in corpore. [Cf. *I Sent.,* d. 45, 1, 2 ad 1.]
I Periherm., lect. 8, n.° 11.
Ibid., lect. 10, n.° 23.

287. Sicut enim in docendo veritatem proceditur a faciliori ad difficilius, quasi ascendendo, ita in impugnando veritatem —quae contrarie se habet ad doctrinam— modo inverso seu contrario procedendum est, scilicet a difficillimo ad faciliora, quasi descendendo et retrocedendo paulatim coram efficaciter defendente veritatem. Unde apparet quod S. Thomas vere egit ut homo scribendo hunc articulum, scilicet deliberate et per intellectum, propter finem veritatis debito modo tradendae ac defendendae.

288. *Obiectio prima,* quae procedit *ex ipsa ratione finis.* Si homo ageret *propter finem,* finis haberet rationem causae respectu actuum humanorum, quia praepositio, *propter,* designat habitudinem causae. Atqui finis non habet rationem causae, quia finis, ut nomine ipso patet, habet rationem *termini* seu *ultimi,* dum nomen causae habet rationem *principii*[1]: πάντα γὰρ τὰ αἴτια ἀρχαί; *idtimo autem* repugnat esse *primum* seu *principium.* Ergo homo non agit propter finem.

Uno verbo; in locutione, *propter finem,* est contradictio in terminis, quia *propter* est nomen *principii, finis* vero est nomen *termini* seu *ultimi;* principium autem et terminus seu primum et ultimun contrarie opponuntur; et ideo non possunt esse simul, multoque minus idem. Haec ergo locutio, *etiam ut simplex dictio,* est radicaliter falsa et impossibilis, ut si quis dicat: *animal insensibile, circulus quadratus*·.

289. *Responsio. Cone. Maiorem. Nego Minorem et Conclusionem.*

Probationem *Minoris,* ubi stat tota vis obiectionis, *dist.:* finis habet rationem termini vel ultimi, finis *in executions,* hoc est, finis effectus vel obtentus actione agentis, *conc.;* finis *in intentione,* hoc est, finis alliciens et attrahens agentem, spirando seu diffundendo amorem, desiderium vel appetitum sui in agentem, quo in sensu est *principium, ut ratio movendi,* impetus seu motus vel actionis agentis in finem, *nego.*

290. Finis et agens sunt correlativi relatione praedicamentali et ad invicem causae in diverso genere; sicut et materia et forma sunt correlativae relatione trascendentali et ad invicem causae in diverso quoque genere. Cum hac tamen differentia, quod materia et forma, cum sint causae intrinsecae, sunt ad invicem causae quantum *ad esse,* qua ratione earum mutua relatio est *trascendentalis;* dum e contra, finis et agens, eo ipso quod sunt causae *extrinsecae,* sunt ad invicem causae quantum *ad fieri* vel *moveri,* atque ideo earum mutua relatio est *praedicamentalis,* scilicet fundata in actione aliqua et passione mutua, et non in ipsa entitate, ut in relatione materiae et formae x.

291. Quae quidem mutua relatio est *disquiparantiae,* quam vocant, et consequenter diversae appellationis in diversis extremis eius.

Et quia in correlativis relatione mutua idem potest esse simul principium et terminus relationis secundum diversum ordinem vel respectum unius relativi ad aliud, inde est quod eadem causa potest esse prior et posterior relate ad aliam secundum diversum genus causae, scilicet secundum quod consideratur ut causa alterius vel ut effectus eius; semper enim causa ut causa est prior, saltem natura et ratione, et effectus ut effectus semper est posterior causa.

292. Hac ergo ratione idem finis diversimode sumptus potest esse prior et posterior agente, et vicissim idem agens potest esse prior et posterior fine.

Finis *in intentione* est naturaliter prior agente ut agens est, et ideo est principium et causa, ut ratio seu motivum agendi, ipsius causalitatis causae efficientis, quam movet per modum obiecti motu quodam attractionis, «et sic, prout habet rationem moventis, pertinet *quodammodo* ad genus causae efficientis», hoc est, reductione impropria ut principium generis causae efficientis, non quod directe ponatur in hoc genere causae, ut optime ait S. Thomas 2; et in hoc sensu ipsa causa efficiens est effectus finis.

1 *IV Metaph.,* cap. 1, n.° 3, II, 5x4, 41-42.
2 *In III De Anima,* lect., 11, n.° 763; *De Verit.,* 1, 3.

1 *In II Physic.,* lect, io, n.° 15; *V Metaphysic.,* lect. 2, η.θ 775; *De Verit.,* 28, 7; *De Pot.,* 3, 16.
* *In librum de Causis,* lect. 1, circa finem, edit. Piana Operum S. Thomae. t. IV, fol. i vb; — mendose in editione Vives, t. XXVI, p. 517 b.

Sed postquam causa efficiens facta est in actu amoris, desiderii seu appetitus finis, qui est bonum et perfectio eius, ipsamet, *ut quae,* producit actionem suam, quae terminatur ad ipsum finem *in re* ponendum; *efficiendo* ipsum, si est agenti proportionatus; vel *obtinendo aut merendo* tantum, si sit finis excedens virtutem agentis Et tunc dicitur finis in *executione,* quasi terminus impetus agentis 2.

293. Itaque finis, secundum quod est *in intentione,* est causa, per modum attractionis obiectivae, actionum agentis, cum sit causa hoc modo ipsius causalitatis causae efficientis; at, secundum quod est in *executione,* hoc est, in esse producto vel obtento, est effectus causae efficientis, quae movet quasi impellendo ad habendum finem *in re 3.*

294. Quae quidem duplex causalitas manifestatur ex diverso modo causandi, quasi ex proprio effectu, «sicut solet manifestari vis motiva per motum»; nam «priora [ut sunt causae] non possunt notificari per aliqua priora, sed notificantur per posteriora, sicut causae per proprios effectus»4. «Sicut igitur influere causae efficientis est *agere,* ita influere causae finalis est *appeti et desiderari»5.* Et ideo movere causae finalis se habet per modum *attractionis vel obiecti,* dum movere causae efficientis se habet potius per modum *impulsionis* vel *subiecti.*

Ubi «sciendum est quod tractio a pulsione differt, quia *in pulsione* movens se habet ad mobile ut terminus *a quo* est motus eius, *in tractu* vero se habet ut terminus *ad quem.* Illud ergo *trahere* dicitur, quod movet alterum *ad seipsimu.* Et hoc modo «finis movet; unde et finis dicitur *trahere,* secundum illud poetae: *trahit* sua quemque voluptas»6.

295. Ad cuius maiorem evidentiam considerandum est quod formula, *finis, secundum quod est in intentione agentis, habet rationem causae, potest dupliciter intelligi.*

III C. Gent., cap. 2.
In V Metaph., lect. 2, n.° 775.
In I Ethic., lect. 1, n.° 9.
De Verit., 22, 2.
In VII Physic., lect. 3, n.° 7.

Primo, prout esse *in intentione* denominatur *ab actu voluntatis* qui est *intentio,* et in hoc sensu locutio, *finis prout est in intentione agentis habet rationem causae,* aequivalet huic: *finis, prout est intentus a voluntate agentis, habet rationem causae.*

Quo in casu finis in intentione continet in se totum *ordinem intentionis,* prout contradistinguitur ab *ordine executionisl,* et hoc modo S. Doctor sumit in hac responsione finem in intentione; nam eum contradistinguit a fine in executione. Unde et alibi exprimit principium hoc modo: «finis non est causa rei, nisi secundum quod est *in voluntate* agentis»2. Cui consonat illud: «cum dicitur, *finis prior est in intentione, intentio* sumitur *pro actu mentis* [= voluntatis quae, cum intellectu, pertinet ad *mentem],* qui est *intendere» 3.*

Quando ergo dicitur quod finis *in intentione* habet rationem causae, haec causalitas intelligitur respectu *executionis,* quasi diceretur: *ordo intentionis est causa ordinis executionis.*

297. Et vere, *executio,* quae est proprie et formaliter loquendo *agere seu uti active,* est ipse actus humanus stricte dictus, ut constat ex supra explicatis. Et haec executio causatur a fine intento non solum in genere causae finalis, sed etiam efficientis. Nam volitio finis absoluta et efficax est principium et causa *volendi* efficaciter, et effective *adhibendi,* media propter finem.

Finis ergo *in intentione,* hoc est, absolute et efficaciter volitus ut obtinendus per media adaequata —quod includitur nomine intentionis—, est causa *volendi* efficaciter et absolute media illa propter finem (electio), et *adhibendi* de facto media electa ad productionem vel consecutionem finis (usus activus seu executio proprie dicta), qui est finis consummationis vel perfectionis, secundum terminologiam S. Augustini supra citatam (nn. 218-219).

Itaque *finis ut intentus* causât *finaliter* actus humanos stricte dictos, qui pertinent ad ordinem executionis; at simul

Hic, art. 4.
II Sent., dist. 1, q. 2, 2, 3.
De Verit., 21, 3 ad 5.

actus intentionis finis causât *efficienter* actus executionis me diorum ad finem \

Apparet igitur S. Doctorem dedisse responsionem propriam et adaequatam obiectioni, secundum subiectam materiam, hoc est, *actus humanos proprie et stricte dictos.*

29S. *Secundo,* potest praedicta formula intelligi secundum quod esse *in intentione* denominatur *a termino actionis intellectus,* quae dicitur *intentio intellecta seu verbum mentis*[2], et tunc finis *in intentione* idem est ac finis *in apprehensione seu in intellectione,* hoc est, *finis cognitus* vel *intellectus* qui, ut sic, habet esse intelligibile seu *intentionale,* per contrapositionem ad esse eius *naturale* vel reale [3] seu *extramentale,* quod habet res in se. In hac ergo acceptione esse *in intentione* non contraponitur τφ esse in executione, quia non pertinet ad intellectum, ut est intellectus, exequi vel agere, sed τω *esse in re,* nam veritas, quae dicitur in ordine *ad esse,* pertinet ad intellectum. Unde et in hoc sensu contradistinguitur *secundum intentionem* a *secundum esse* [4].

299. Et sic formula, *finis, prout est in intentione, habet rationem causae,* reddit hunc sensum: *finis seu bonum, prout est apprehensum seu intellectum vel cognitum ab agente, habet rationem causae.* Non quidem causae efficientis, sed solum causae finalis seu per modum obiecti[5]; quae causalitas non limitatur ad solum ordinem executionis, ut in primo sensu, sed extenditur etiam ad ordinem intentionis, ita ut *finaliter* causet *ipsum velle et intendere* [6] seu *appeti et desiderari*

In hoc ergo sensu finis non solum est causa actuum humanorum stricte dictorum, *sed omnis omnino actus voluntatis, etiam necessarii et naturalis.*

Et secundum hoc, radicaliter solveretur difficultas de causalitate finis respectu actuum humanorum.

1 ,19, 5; I-II, 9, 3-

2 *I* C. *Gent.,* cap. 53; *IV C. Gent.,* cap. 11.

3 I, 56, *2* ad 3; I, 29, i, obi. 3 et resp. ; art. *2;* 30, 4. *I Sent.,* dist. 19, 5, *2* ad 1. I-II, *9,* 1-

4 *Ibid.,* et I-II, 26, 2.

5 *De Vent., 22, 2; I C. Gent.,* cap. 75; *In I Ethic.,* lect.

EXCURSUS DE FORMALI CONSTITUTIVO CAUSALITATIS FINALIS

300. At inde surgit nova *difficultas de ratione seu constitutivo formali causalitatis finalis.* Nam, ex contrapositione esse *intentionalis* finis ad esse *reale seu naturale,* videtur *excludi esse reale* boni vel finis a sua ratione causali, et *includi* duo, scilicet ratio *formalis* boni seu finis et *apprehensio* seu cognitio eius. Et quia praepositio, *secundum, prout,* importat habitudinem causae, ut supra vidimus (n.° 275), videretur quod ipsa cognitio seu apprehensio finis sit ratio seu constitutivum formale causalitatis finalis. Quod videtur absurdum; nam, quando appetimus finem, v. gr. sanitatem, non appetimus meram cognitionem seu apprehensionem sanitatis, sed veram et realem sanitatem.

301. Haec est ergo *vetus et difficilis quaestio* inter metaphysicos, ut eam appellat Bânez [x], *quodnam sit formale constitutivum causalitatis finalis m actu primo relate ad appetitum elicitum ipsius finis,* an scilicet sit exclusive sola bonitas obiectiva rei quae est finis, vel potius sit bonitas obiectiva finis una cum apprehensione seu cognitione eius, ita ut apprehensio seu cognitio finis intret in rationem formalem causalitatis finalis.

302. *Tres thomistarum sententiae.* Qua in re —ut de aliis taceam, quia non est nostrum in praesenti texere totam historiam huius controversiae, sed investigare germanam mentem S. Thoma etiam inter ipsos, qui thomistae per antonomasim vocantur, tres sunt sententiae, quarum duae sunt quasi *extremae* et tertia veluti *media* inter eas; et unaquaeque in suum favorem trahere conatur auctoritatem S. Thomae.

303. *Prima sententia* tenet rationem formalem causalitatis finalis esse *solam bonitatem obiectivam et realem finis,* non quidem quam habet prout formaliter dependet ab agente, quasi ab eo causatam, sed *quam habet res quae est finis absolute vel secundum se; apprehensionem* vero seu *cognitionem finis* ab appetente esse meram *conditionem sine qua non* causandi finaliter, cum *duplici* munere, scilicet ponendi *exsistentiam* intentionalem finis in intellectu appetentis *et applicandi* rem quae est finis ad appetitum.

304. Hanc videtur tenere Herveus, qui ait: «videtur mihi dicendum... quod causalitas causae finalis in hoc consistit quod aliquid habeat *bonitatem aliquam et appetibihtatem ex ordine ad*

1 *In I,* q. 80, art. *2,* dub. i, edit. Venetiis, 1591» coi. 1080.

ipsam, ita quod propter hoc quod talis res est *bona formalior* et ulterius ex illo quod habeat quod sit *bona ordinabiliter,* idest ex ordine ad illud, dicitur finis» \ Et paulo infra: «sicut dictum est —inquit—, *ratio causalitatis finalis stat* in hoc quod aliquid habeat aliquam *bonitatem* et *appetibilitatem in ordine ad ipsam»* *.

305. Deinde quaestioni, «utrum finis sit causa prout est ultimum *in executione* vel prout est primum *in intentione»,* respondet quod est causa prout est primum *in intentione.* Et addit: «esse autem primum *in intentione* vel esse *in intentione* dare sibi causalitatem finalem potest intelligi dupliciter: uno modo, quod *intendi* det sibi *primam rationem* causalitatis finalis, scilicet quod ex hoc sit finis quod *intenditur,* et isto modo non est verum; non enim ideo est finis quia intenditur, sed ideo intenditur quia est finis vel saltem apparet esse finis; sed prima ratio causalitatis finis est dare bonitatem et appetibilitatem alteri ex hoc quod habet ordinem ad ipsum: — alio modo potest intelligi esse primum intentione finis *sicut causa sine qua non,* quia scilicet finis non consequitur effectum suum nisi concurrendo aliquo *tntendeme* finem et ordinante illud quod est ad finem ad ipsum finem, et sic finis habet quod sit causa per hoc quod est *intendi* sicut per causam aliam necessario concurrentem cum ea ad hoc quod habeat effectum» 3.

Sed praesertim docet quod intellectio est causa volendi *sicut causa sine qua non* 4, quod idem est ac dicere quod apprehensio seu cognitio rei quae est finis est conditio *stne qua non* causalitatis finalis eius.

306. Principalis tamen auctor huius expositionis est Caietanus, qui eam suadet per analogiam ad causalitatem efficientem, ubi manifeste distinguimus rationem formalem causalitatis a conditione *sine qua non* eius °. Neque contrarium docet in I-II, q. 30, art. 3, n.° 4, in fine, sed solum negat cognitionem finis se habere proprie per modum applicationis seu approximationis boni ad appetitum, cum potius se habeat ut ratio obiectiva, hoc est, ut conditio *sine qua non* in esse obiecti motivi appetitus.

307. Et inde maior et melior pars thomistarum sequuti sunt hanc explicationem, ut Conradus Koellin \ Ferrariensis 2 3 Ioannes a S. Thoma3, Complutenses Ord. Praed. 4, et alii.

308. *Secunda sententia* docet *non solam bonitatem realem a obiectivam rei quae est finis esse rationem formalem causalitatis finalis, sed etiam, et quidem magis, apprehensionem seu cognitionem dus ab appetente.*

309. Hanc sententiam videtur tradisse Capreolus. Dicit enim quod «obiectum voluntatis dat speciem actui, non tantum secundum esse quod habet *extra* intellectum, sed *potius* secundum esse *cognitum* quod habet *in intellectu» 5.*

Deinde concedit quod «cognitio est causa *per se* volitionis», non solum in genere causae formalis, sed et finalis 6, et quod *imotitia obiecti* est ipsi voluntati *formalis ratio* agendi» 7.

Fusiori calamo eandem explicationem tuetur Soncinas 8.

310. Attamen isti duo auctores non videntur explicite distinxisse esse reale seu bonitatem realem finis, contradistinctam a bonitate intentionali quam habet in intellectu, in esse reale quod habet *ab agente,* quod est terminus ordinis *executionis,* et in esse reale quod fini seu bono convenit *secundum se* ex propria ratione boni. Hanc enim distinctionem primus explicite posuisse udetur Caietanus.

311. Quando ergo tam Capreolus quam Soncinas dicunt bonum non esse causam finalem secundum esse quod habet extra intellectum, sed secundum esse quod habet in intellectu, videntur intellexisse esse extra intellectum pro esse *in executione,* hoc est, prout pendet ab actione agentis.

312. Sicut etiam Herveus, ut ex eius verbis supra relatis patet, non videtur explicite distinxisse *esse finis in intentione agentis* in esse in intentione *voluntatis* et in esse in intentione *intellectus,* quod est esse cognitum seu intentionale eius; sumit

1 *Quodiib.* I, q. 8, art. 1, edit. Venetiis, i486, sine numeratione folior... revera tamen fol. 12 va.
2 *Ibid.,* b.
3 *Quodiib.* II, q. 1, fol. 28 rb.
4 *Quodiib.* I, q. 1, fol. 1 va et sequentibus.
In I, q. 5, art. 4, n.· 2; h. 1., nn. 9-11; II-II, q. 17, art. 5, n.0 5.

1 *Hoc loco,* p. 4; in q. 27, art. 2, p. 217; in q. 67, art. 6, ad 2, p. 473 a.
1 *In I C. Gent.,* cap. 44, n.° V, 2, edit. leon.
3 *Cursus phil. Philosophia Naturalis,* I P., q. I3> art. 1, edit. Reiser, L II, pp. 272-276.
4 *In Octo libros Physicorum,* q. 12, art. 1, nn. 9-29- Compluti, 1736, pp. 480-488.
* *II Sent.,* dist. 25, art. 3. § III, contra tertiam conclusionem, II ad I, edit Paban-Pégues, Turonibus, 1903, t. IV, p. 254 b-
' *Ibid.,* ad i sub ad 5, p. 255 b.
' *Ibid.,* ad 3 sub ad 5, in fine.
' *In IV Metaph.,* q. 3. edit. Venetiis, 1583, PP· 54'55-

enim esse in intentione prout contradistinguitur ab esse in executione, et per intentionem intelligit intentionem *voluntatis* potius quam intentionem *intellectus.* Et in hoc sensu *intentio voluntatis* non dat *primam rationem* causalitatis finalis, cum ipsamet sit causata a fine, *sed secundam,* nempe in ordine ad ea quae sunt ad finem, quae constituunt ordinem exeeutionis.

313. Hac ergo de causa Herveus potius est praecursor quam Auctor primae sententiae; et similiter Capreolus et Soncinas sunt praecursores potius quam Auctores secundae sententiae.

314. Sed hanc secundam sententiam explicite defendit Medina1. Quamvis principalis eius expositor et defensor sit Ioannes Martinez de Prado, qui asserit tam bonitatem obiectivam finis quam eius apprehensionem concurrere ad rationem formalem causalitatis finalis ordine quodam, nempe bonitatem obiectivam ut rationem formalem *quae,* apprehensionem vero ut rationem formalem *sub qua,* non solum prout se tenet ex parte subiecti appetentis, sed praesertim prout se tenet ex parte obiecti apprehensi, secundum quam considerationem non ponit in numero cum ipso bono apprehenso, cuius vicem gerit intentionaliter \

315. Et istae sunt duae sententiae *quasi extremae* relate ad modum intelligendi axioma: *finis, secundum quod est m intentione agentis, habet rationem causae.* Cum enim particula, *secundum quod,* importet habitudinem causae, ut patet ex supra dictis (n.° 275), prima sententia eam intelligit in sensu *diminuto ei specificativo,* pro mera *conditione sine qua non,* quae est causa *per accidens;* secunda vero eam interpretatur in sensu *adaequato et reduplicativo,* nempe ut veram *rationem formalem causandi per se.*

Itaque, in secunda expositione axioma est verum in sensu formali et reduplicativo, ut sonat; in prima autem est verum in sensu materiali et specificativo tantum.

316. Denique, adest *tertia sententia quasi media intereas.* luxta hanc sententiam, *apprehensio boni seu finis non est mera conditio sine qua non* causalitatis eius finalis, ut dicebat prima opinio; hoc enim esset *nimis diminuere* causalitatem cognitionis seu intellectus in voluntatem; — sed *neque est ratio formalis quae* aut *qua* causalitatis finalis, ut secunda opinio contendebat; hoc namque esset nimis *extollere* causalitatem cognitionis in

1 *Hoc loco.* § in solutione ad primum, pp. 6-7.
Controversiae Metaphysicales Sacrae Theologiae ministrae, II P., Conirov. 14, art. 2. nn. 39"47· Compluti, 1649. pp. 573-575.

detrimentum obiecti realis. Itaque *apprehensio boni* neque est mera conditio *sine qua non,* neque vera *ratio formalis* causalitatis finalis, sed aliquid *quasi medium inter utramque, nempe est vera ratio radicatis, hoc est, per modum radicis seu originis causalitatis finalis, quae quidem est vera causa per se, non tamen formalis.*

317. Et ratio huius est, quia hoc modo se habet actus intellectus (apprehensio seu cognitio) ad actum voluntatis (appetitio seu desiderium finis), sicut se habet ipsa potentia intellectus ad potentiam ipsam voluntatis; nam talis est actus qualis est potentia. Atqui ipsa potentia intellectus est *radix seu origo* potentiae appetitivae; *dimanat* enim potentia appetitiva a potentia apprehensiva J. Ergo apprehensio boni est vera causa *radicatis* 'ea *originativa* appetitionis eius, et hoc modo concurrit ad causalitarem finalem boni.

318.Ita Bânez, in I, q. 80; art. 2, dub. i 2. Ubi notanda est evolutio eius a sententia prima seu Caietani, quam prius incunctanter et iterato defenderat3, ad hanc novam explicationem.

Et motivum huius mutationis videtur fuisse attentior consideratio doctrinae S. Thomae *de origine et ordine unius potentiae ab alia,* quam paulo antea commentariis illustrabat4 .

319.Quod quidem utile est considerare, ut appareat vera tnentalitas Banezii, quae non est prurigo ceteros theologos crisi subiiciendi et novam opinionem excogitandi, sed germanam doctrinam S. Thomae fideliter exponendi, ut sincerum commentatorem et discipulum decet 5.

Non enim debet trahi S. Thomas ad commentatores, sed commentatores ad Thomam.

320. *Inquisitio in germanam mentem S. Thomae. Quomodo procedendum.* Hoc ergo ducti criterio, necesse est *directe* investigare germanam mentem S. Thomae, et inde iudicare poterimus de dore et veritate praedictarum sententiarum.

321.Atque in primis notandum est quod S. Doctor nusquam *in terminis* sibi posuit hanc quaestionem, et ideo non est ab eo

l *I Sent.* dist. 3, 4, 3; I, 77, 7> corp, et ad 1; 80, 1; *Quodlib.,* 8, art. 19.
1 Edit. Venetiis, 1591. coi. 1180-1202, specialiter coi, 1198-1201, in responsionibus ad argumenta primae sententiae.
' *In J,* q. 5, art. 4, § alterum dubium, edit. Urbano. Valencia, I934> pp. 188-189; et in II-II, q. 26, art. 2, circa solutionem ad 1, initio commentarii, edit Salmanticae, 1584, coi. 1020.
4 *In 1,* q. 77, art. 6-7, una cum q. 80, art. 1.
1 Vide eius verba *In II-II^* q. 24. art. 6, dub. 2, edit, cit., col. 899·

petenda responsio *formalis et explicita.* Consequenter, recurrere debemus ad *indicia* naturaliter connexa cum quaestione praesenti, in quibus, veluti in actu exercito, continetur eius doctrina de formali ratione causalitatis finalis.

Et hoc sine discursu proprie dicto, sed per simplicem interpretationem vel exegesim textus; nam ab actu exercito ad actum signatum non datur proprie discursus, cum sit immediata aequipollentia terminorum utrobique, sicut inter definitum et definitionem, puta inter hominem et animal rationale. Qui enim dicit: *horno,* actu implicite seu in confuso dicit: *animal rationale,* quae formula *actu explicat distincte* id quod dicebatur per terminum, *homo,* sicut definitio explicat definitum.

Quod prae oculis habere debent tirones, ne in excessum *litteralismi* incidant, in quem viri ceteroquin docti et prudentes aliquando impingunt, dicentes: hoc non continetur in textu terminis expresis et formalibus; ergo nullo modo continetur *immediate* in ipso textu, sed est glossa quaedam commentatorum, quae ab historico doctrinae S. Thomae negligi potest et debet.

Sed norunt omnes quod sensus litteralis, historicus, immediatus alicuius textus potest in eo dupliciter contineri: *explicite, distincti, signate; et implicite, confuse, exercite seu aequtvalenter.* Postulat autem sana methodus historica quod, cum adsunt termini explicit!, distincti, formales, praeferantur hi terminis confusis et implicitis et aequipollentibus; at, illis deficientibus, confugiendum est ad terminos aequipollentes, ut critice et historice determinetur eorum sensus *immediatus,* sed confusus vel implicitus. Quod si hoc inter *fabulas* commentatorum amandetur, eo ipso in *fabulair. historicismi* fit lapsus. Unde *commentator* iure respondere potest *historicistae: «quid rides? mutato nomine, de te fabula narratur»*[1].

322. Ergo S. Thomas conceptis verbis exigit *duo* ad causalitatem finalem rei, quae est finis, in appetitum, scilicet *bonitatm obiectivam,* quasi proprium obiectum appetitus; et *cognitioner. seu apprehensionem* eius ab intellectu appetentis, «sicut praesentans voluntati obiectum suum» [2].

323. Et quidem haec duo concurrunt ad praedictam causalitatem, sicut et ad appetitionem, quae est proprius eius efectus. *in eodem genere causae,* hoc est, per modum *finis* seu *obiecti*[*].

1 Horatius, *Satyrae,* lib. I, v. 69-70, ed. F. Villeneuve, Collect. G. Budt p. 34. Paris, 1932.
2 MI,9,i.
3 I, 82, 4; I-II, 9, i, corp, et ad 2.

Nam «*cognitio* est *causa* amoris, ea *ratione qua et bonum;* quod non potest amari nisi cognitum», idest *eodem genere causae seu cadent ratione causandi*[1]. Hoc enim et non aliud significat phrasis: « *ratione qua et bonum,* hoc est, *in eodem genere causae; non* quod *cadent ratione seu proportione* intrent cognitio boni et bonum ipsum *in rationem formalem causalitatis finis,* ut vult interpretari Martinez de Prado 2, ut manifeste constat ex locis parallelis citatis et ex pluribus aliis quae afferri possent, ubi quaestio est exclusive *de genere* seu *modo* vel *ratione* qua voluntas movetur ab intellectu, et universaliter appetitus a cognitione seu apprehensione correspondenti.

324. Et sane, haec duo *non* se habent *ex aequo seu in eadem proportione* in hac causalitate, sed secundum prius et posterius. Nam S. Doctor *simpliciter* affirmat quod bonum seu bonitas obiectiva finis est causa appetitionis in genere causae finalis seu formalis, cum sit proprium et formale obiectum voluntatis seu appetitus[3]. Sed de cognitione seu apprehensione loquitur *cum quadam restrictione,* scilicet ut *praesentans* obiectum [4], ut *proponens* seu *offerens obiectum* [5], ut *persuadens* obiectum propositum habere rationem boni, quando alius intelligens concurrit cognitione sua ad apprehensionem alterius exterius suggerendo, ut diabolus vel homo tentantes ad peccandum [6].

325. At praesertim haec diversitas apparet *ex propriis effectibus* boni apprehensi in appetitu.

Primus effectus quasi formalis huius causalitatis est *specificatio et distinctio appetituum* seu facultatum appetitivarum. Cum enim appetitus sit essentialiter motus seu inclinatio vel tendentia in appetibile[7], eius distinctio potest sumi *ex tribus:* primo, ex diverso modo tendendi in appetibile, hoc est, ex parte ipsius tendendae ut tendentia est; secundo, ex diversitate appetibilis in quantum est appetibile; tertio, ex diversitate apprehensionis eiusdem appetibilis.

326. Docet autem S. Thomas quod diversitas potentiarum appetitivarum sumitur *directe et principaliter ex diverso modo*

I-II, 27, 2.
Loc. cit., n.° 47, in fine, p. 575 a.
I-II, 9,1; 27,1; 29, 1.
4 MI, 9, i-
I-II, 80, i.
Ibid.
***Ini** Ethic.,* lect, 1, n.° 11; ***III** De Anima,* lect. 15, n.° 821; I-II, 8, 1.

tendendi in appetibile, ex consequenti vero et secundario ex diversitate appetibilis et ex diversitate apprehensionis, quae per *accidens* se haberet ad differentiam appetitus, si separatim sumeretur; at se habet *per se* ut coniuncta cum ipso appetibili apprehenso, quod *per se* dicit ordinem ad appetitum. Sic enim scribit: «voluntas ab appetitu sensibili *non* distinguitur *directe per* hoc quod est sequi *apprehensionem hanc vel illam,* sed ex hoc quod est determinare sibi inclinationem vel habere inclinationem determinatam ab alio; quae duo exigunt potentiam non unius modi. — Sed talis diversitas *requirit* diversitatem apprehensionum... Unde *quasi ex consequenti* accipitur diversitas appetitivarum virium penes distinctionem apprehensivarum *et non principaliter»* [1]. «Et ideo sicut appetitus *ex consequenti* distinguitur per differentiam apprehensionis quam sequitur, ita *ex consequenti* distinguitur per universale et particulare» 2.

Similiter ait: «appetitus vero superior et inferior non differunt per differentias appetibilis in quantum est appetibile, cum in idem tendat bonum quandoque uterque appetitus, sed penes diversum *modum* appetendi» (112). Quasi dicat: penes diversum appetibile *formaliter,* non penes diversum appetibile *materialiter* aut mere *fundamentaliter.*

327. *Sed per prius se habet bonum apprehensum quam ipsa apprehensio boni in distinctione potentiarum appetitivarum;* «diversitas apprehensionum —inquit— *per accidens* se haberet ad appetitivas vires, *nisi* diversitati apprehensionum diversitas *apprehensorum* coniungeretur; nam sensus, qui non est nisi particularium, non apprehendit bonitatem absolutam, sed k bonum; intellectus vero, quia est universalium, apprehendn bonitatem *absolutam;* ex quo [diverso bono apprehenso] diversificatur appetitus inferior a superiori» 3.

328. At *in operibus posterioribus S. Thornas, sumens appetibili ut appetibile formaliter, reducit tres fontes distinctionis potentiam appetitivarum ad duos,* nempe ad appetibile apprehensum et ad ipsam apprehensionem eius.

Et ad eandem difficultatem quam sibi obiecerat in *De Veritau,* magis categorice respondet: «appetibili *non accidit* esse apprehensum per sensum vel intellectum, sed *per se* ei convenit; nan

De Verit., 22, 4 ad I.
Ibid., ad 2.
Ibid., ad 4.
De Verit., 25, 1 ad 6.

appetibile non movet appetitum nisi in quantum est apprehensum. Unde differentiae *apprehensi* sunt *per se* differentiae appetibilis. Unde potentiae appetitivae distinguuntur secundum differentiam *apprehensorum* sicut secundum propria obiecta» h

329. At *semper retinet priorùatem et principalitatem appetibilis seu boni super apprehensione eius;* nam scribit: «cum bonum appetitus animalis sit bonum *apprehensum,* diversitas *apprehensionis* pertinet *quodammodo* ad diversitatem *obiecti»* 2, et ideo est diversitas *quodammodo* formalis3. Ex his textibus luce clarius apparet quod apprehensio boni, si sola separatim sumeretur, se haberet *per accidens* ad appetitum; at, si consideretur ut coniuncta cum ipso bono apprehenso, *per se* respicit appetitum. Non tamen eodem iure ac ipsum bonum apprehensum; nam hoc est simpliciter et absolute obiectum appetitus, eiusque diversitas simpliciter causât diversitatem appetitus; sed apprehensio boni, etiam ut coniuncta bono apprehenso, *quodammodo* tantum habet rationem obiecti, atque ideo diversitas eius *quodammodo* tantum pertinet ad diversitatem obiecti, et eodem gradu, scilicet *quodammodo,* nata est causare diversitatem appetitus.

At *vi sui* non potest talem diversitatem specificam causare, si eadem maneat ratio formalis bonitatis seu appetibilitatis boni apprehensi. Unde S. Doctor, ad *obiectionem:* «habitus et actus distinguuntur secundum obiecta; sed obiectum amoris est bonum *apprehensum;* cum ergo alia sit *apprehensio* praesentis vitae et alia *apprehensio* futurae vitae, videtur quod non maneat eadem caritas utrobique»; —*respondet:* «caritas non habet pro obiecto ipsam *cognitionem;* sic enim non esset eadem in via et in patria; sed habet pro obiecto ipsam *rem* cognitam, quae est eadem, scilicet ipsum Deum»4.

330.*Alius effectus* appetibilis et cognitionis seu boni apprehensi *in genere causae finalis* est *appetitio seu motus appetitus in ipsum bonum apprehensum,* eo quod finis movet per modum *attractionis,* ut supra dictum est (n.° 294). Et sicut bonum describitur et notificatur per motum appetitus seu per appetitionem in ipsum, sicut causa per proprium effectum 5; ita etiam proportio

[1] I, 8o, 2 ad i.
I-II, 3b 3 ad i.
I-II, 30, 3 ad 2.
[4] I-II, 67, 6 ad 2.
In I Ethic., lect. 1, n.° 9.

causalitatis finalis, quae convenit bono apprehenso et apprehensioni eius, notificari debet per proportionem effectus utriusque, hoc est, *appetitionis boni* apprehensi et *apprehensionis eius.* Atqui prius et magis appetimus ipsum bonum apprehensum secundum *realem* suam bonitatem quam *apprehensionem seu cognitionem* eius; hanc enim non appetimus nisi quatenus est quoddam bonum reale seu perfectio intelligentis, qui est simul amans vel appetens.

Unde S. Thomas nervose scribit: «appetens bonum non quaerit habere bonum secundum esse *intentionale,* sed secundum esse *essentiale* [reale]; et ideo per hoc quod animal habet bonum ut *cognoscens* ipsum non excluditur quin possit ipsum appetere», ut habeat *in re* 1. «Appetibile enim movet appetitum, faciens se quodammodo *in eius intentione;* et appetitus tendit in appetibi *realiter* consequendum, ut sit ibi finis motus ubi fuit principium»* Ergo principium motus seu appetitionis est appetibile *reale,* licet cognitum seu apprehensum; cognosci enim seu apprehendi non opponitur realitati, quin potius eam exigit.

331. Eo vel magis quod cognitio movens appetitum in genere causae finalis est *cognitio practica,* non mere speculativa, quia debet esse cognitio alicuius boni seu appetibilis3. Est ergo ipsum appetibile cognitum quod praebet cognitioni seu apprehensioni eius vim suam finaliter motivam, quasi propria causa et principium eius, quae ideo in movendo non se habet ex aequo cum ipso appetibili; secus, quaecumque apprehensio ut mera apprehensio, aequaliter moveret.

Quapropter S. Thomas iterum scribit: «*quia* enim ipsum appetibile, quod est primum consideratum ab intellectu practice, movet, *propter hoc* dicitur intellectus practicus movere, quia scilicet eius *principium,* quod est appetibile, movet. Et quod dicitur de intellectu, intelligendum est etiam de phantasia...; non enim movet nisi in quantum repraesentat appetibile, sicut nec intellectus. Sic igitur apparet quod *unum est movens, scilicet appetibile;* hoc enim appetitum movet et est *principium intellectus;* quae duo ponebantur moventia» 4.

322. Quia enim appetitus natura sua ordinatur ad bonum prout est in re, idem est pro ipso obiectum per se primo motivum et termmativum, *quo* et *quod;* et non sicut intellectus qui fertur

De Verit., 22, 3 ad 4.
2 I-II, 26, 2.
3 I-II, 9, i ad 2.
4 *In III de Anima,* lect. 15, nn. 821-823.

in obiectum suum prout est in cognoscente, atque ideo necesse est in ipso distinguere obiectum motivum a terminativo 1. Quod si aliquando applicatur appetitui, hoc est respectu obiecti mere materialis et secundarii, nempe medii, quod est mere terminativum, et non respectu obiecti primarii seu principalis, quod est finis; nam appetitus finis non movetur ab alio praeter finem, sed appetitus mediorum movetur ab appetitu finis.

333. Constat ergo ex his textibus S. Thomae quod, iuxta ipsum, apprehensio finis seu boni non tantummodo non habet principalitatem respectu bonitatis obiectivae in formaliter constituenda causalitate finali, sed neque aequalitatem seu paritatem cum ipsa; et ideo apprehensio boni non est ratio formalis *quae* nec *sub qua* causalitatis finalis.

334.*Improbatur secunda sententia.* Unde *secunda sententia* supra relata, quae potiores vel saltem aequales partes ac ipsi bonitati tribuebat apprehensioni in constituenda ratione formali causalitatis finalis, *non est de mente S. Thomae,* quin potius exorbitat a germana doctrina eius.

335. Similiter etiam est *contra rationem.* Nam, ut optime arguit Froylanus Diaz, «ratio *quae* et ratio *sub qua* debent esse in eadem linea». Atqui bonitas obiectiva finis et apprehensio eius non sunt in eadem linea, quia, «ratio *quae* boni est in linea appetibili», dum «apprehensio absolute considerata non est in linea appetibili, sed in linea intelligibili. Ergo apprehensio non potest esse ratio *sub qua* finalizandi» 2.

336. *Examinatur tertia sententia.—Improbatur.* Aliunde tamen S. Thomas conceptis verbis docet quod potentiae animae *oriuntur* ab essentia animae per modum cuiusdam naturalis resultantiae seu dimanationis ordine quodam, ita ut posterior oriatur mediante priori, a qua immediate dimanat seu resultat. Unde causalitatem, per modum dimanationis, non solum attribuit animae respectu potentiarum omnium, sed etiam uni potentiae respectu alterius (125). Est ergo quidam *ordo originis* unius potentiae ab alia, et consequenter etiam actus unius potentiae ab actu alterius, «ut scilicet origo unius potentiae originem alterius praesupponat, qua mediante quodammodo ab essentia animae procedat; *quod ex actibus* considerari potest: actus enim unius potentiae

1 I-II, 27, 2 ad 2.
* *Philosophia Naturalis per quaestiones et articulos divisa^ tuxta mentem D. Thomae,* q. 4, art. 1, § II, p. 321 t>. Vallisoleti, 1698.
1 *I Sent.,* dist, 3, 4, 3; I, 77, 6 et 7, corp, et ad 1.

necessario actum alterius praesupponit, sicut *actus appetitivae action apprehensivaen x.*

Adest igitur quidam ordo originis inter intellectum et voluntatem, et proportionaliter inter actus utriusque; ita ut voluntas oriatur seu dimanet ab intellectu, et similiter actus voluntatis ab actu intellectus, hoc est, appetitio a cognitione seu apprehensione.

Unde verum est apud S. Thomam quod apprehensio boni est *radix* seu *origo* appetitionis eius, sicut anima est *radix* potentiarum 1.

337. Sed videndum superest *in quo sensu. Proprie* loquendo, iste ordo dimanationis pertinet ad causalitatem *efficientem,* quia et ipsa dimanatio reducitur ad genus causalitatis efficientis, cum naturaliter sequatur ad *generationem* formae, quae ad efficientem pertinet 3.

Et hunc ordinem causalitatis admittit exprese S. Doctor in cognitione respectu appetitionis. Unde cognitio dicitur *radix* seu *origo* appetitionis, hoc est, causa seu principium seu potius *via* quaedam ad appetitionem. «Dupliciter —inquit— est aliquid causa dilectionis: uno modo, sicut id quod est *ratio* diligendi, et hoc modo *bonum* est causa diligendi, quia unumquodque diligitur in quantum habet rationem boni; alio modo, quia est *via quaedam* ad acquirendum dilectionem, et hoc modo *visio* est causa dilectionis: non quidem ita quod ea ratione sit aliquid diligibile quia est visibile, sed quia *per visionem perducimur ad dilectionenm*.* Quod quidem alibi explicat hoc modo, quod ubi terminatur cognitio ibi incipit dilectio; «nam est cognitionis terminus, et ideo dilectio *incipere* potest» 5, «per modum cuiusdam *circulatio*ms» 6. Et hoc ideo, quia «in potentiis ordinatis ita est quod ubi terminatur operatio prioris potentiae, ibi *incipit* operatio sequentis» 7.

338. Sed tunc sumus extra quaestionem; quia loquimur de formali constitutivo causalitatis *finalis,* quae nequit reponi in causalitate *efficienti,* etiam improprie et reductive sumpta; nam diversa genera causarum sunt formaliter impermixta. Unde et signanter S. Doctor contradistinguit *rationem* formalem diligendi, quae est bonum ut finis, a visione seu apprehensione eius x. Nequit ergo formaliter constitui neque explicari per apprehensionem, quae ideo non intrat constitutivum formale appetibilitatis neque causalitatis finalis. Immo et S. Thomas reducit cognitionem hanc ad causalitatem *quasi materialem seu dispositivam,* excludendo causalitatem formalem, efficientem et *finalem*2; nam revera dispositio est *via quaedam* ad formam.

339. Potest tamen sumi iste *ordo originis* secundum genus causae *finalis;* nam «secundum rationem *finis* oritur una potentia animae ex alia per comparationem ad *obiecta*» 3, prout obiectum unius est naturaliter prius et perfectius obiecto alterius, atque ideo est quodammodo eius *finis* 4. Et hoc modo vitia capitalia dicuntur *radices* ceterorum vitiorum, et caritas *radix et mater* aliarum virtutum 5; «sic enim est in omnibus potentiis et artibus ordinatis, quod illa quae altiorem *finem* respicit, largitur formam arti quae sub ipsa est, cuius actus in suum *finem* ordinatur» 6.

Cum igitur proprium obiectum intellectus sit altius et nobilius obiecto voluntatis 7, videtur quod voluntas oriatur ab intellectu secundum rationem *finis,* et similiter appetitio a cognitione. Itaque apprehensio boni, quae respicit *ipsam rationem* boni appetibilis, est *radix* per modum finis, appetitionis, quae attingit ipsum bonum appetibile. Unde et *veritas,* quae est proprium bonum intellectus, ponitur *finis ultimus totius universi*8.

340. Sed notandum est quod duplex est apprehensio seu cognitio rationis boni: una *imperfecta, abstractiva, intentionalis,* non perfecte commensurata ipsi realitati boni, cum aliquando possit esse falsa, et haec manifeste non est finis appetitionis boni, quia bonum seu appetibile dicit formaliter esse reale seu boni-

1 ***II*** *Sent,* dist, 24, 1, 2.
2 *De Verit.,* 14, 5.
3 **I**, 77, 6.
4 **II-II**, 26, 2 ad i.
5 **II-II**, 27, 4 ad i.
* *Ibid.,* ad 2.
7 ***III*** *Sent.,* dist, 27, 3, i, edit. Moos, n.° 197. Vide eüam *De Voit,* 10, ii ad 6.

1 II-II, 26, 2 ad i.
2 II-II, 27, 3 ad i.
3 *De Anitna,* art. 13, ad 7.
4 I, 77, 6 ad 2 et art. 7.
5 *De Malo,* 8, 2 ad 14; 3 ad 13; **I-II**, 84, 1 ad 1; *in* ***II*** *Cor.,* cap. XII, lect. 3, edit. Marietti, 1912, p. 509 b; *in Joan.,* cap. XV, lect. 2, edit. Marietti, 1912, p. 407, et alibi passim.
4 ***II*** *Sent.,* dist. 26, 2, 4 ad 5 et passim.
7 1,82,3.
' *I C. Gent.,* cap. 1.

tatem obiectivam 1; *aha, perfecta, intuitiva,* realis seu perfecte adaequata ipsi esse reali, quod est ratio obiectiva boni, et haec cognitio semper est vera, ac per eam homo appetens primo habet seu possidet bonum reale quod appetebat2. Haec ergo apprehensio est finis appetitionis, non tamen *cuius gratia,* primo et per se, sed *quo.* Unde neque hoc modo formaliter et primo constituit causalitatem finis, quae per se primo convenit ipsi fini *cuius gratia,* sed *coappetitur* una cum fine *cuius gratia.*

341. Haec tamen cognitio seu apprehensio boni est ultima in ordine exeeutionis, quamvis sit prima in ordine possessionis boni adepti. Unde potius se habet ut finis *effectus* quam ut finis *causa;* neque de hac cognitione loquimur quando dicimus quod bonum apprehensum est obiectum appetitus, sed de cognitione imperfecta; secus, non posset appeti bonum quandiu non perfecte et in re possidetur ab intellectu, quod manifeste patet esse falsum.

342. Itaque dicendum videtur quod *tertia sententia,* quae est Banezii, licet vera et profunda contineat, *non est* tamen *ad rem;* quia vel est extra quaestionem, si radix intelligatur *efficienter,* prouti revera videtur sumpsisse Banezius; vel *non sat radicaliter* explicat causalitatem finalem boni, si radix sumatur *finaliter.*

Nam, si loquamur de apprehensione *intentionali* appetibilis —quae revera pertinet ad ordinem intentionis—, haec non est radix et causa appetibilitatis eius sicut neque τοϋ esse ipsius, sed potius ea supponit; est ergo merum *signum* bonitatis obiectivae et realis, non causa.

Si vero loquamur de cognitione *intuitiva et reali,* quae primo *tenet rem* finis *cuius gratia,* haec pertinet ad ultimum *exeeutionis* seu ad finem *effectum,* et ideo nequit esse causa in quantum huiusmodi; neque etiam *absolute* considerata, prout abstrahit *ab exeeutione* et solum consideratur realis et prima possessio vel adeptio finis *cuius gratia,* quia tunc solum habet rationem finis *quo.* At hic loquimur de constitutivo formali causalitatis finalis, ut *quae* finaliter primo et per se causât; quae non est nisi finis obiectivus seu *cuius gratia.*

343. *Examini subiicitur prima sententia. Concluditur eius ventas.* Denique S. Doctor *comparat exsistentiam realem, quae omnino requiritur ad causalitatem efficientem, cum exsistentia solum intentionali seu in actu animae, quae requiritur et sufficit ad causa-*

- I-II, 3, 4 et alibi passim.

litaiem finalem boni. Sic enim ait; «nihil autem prohibet id quod est posterius tempore, antequam sit, movere, secundum quod praecedit *in actu animae;* sicut finis, qui est posterius tempore, movet agentem secundum quod est *apprehensus et desideratus ab ipso:* —sed illud quod nondum est *in rerum natura,* non movet secundum usum exteriorum rerum. Unde causa efficiens non potest esse posterior in *esse,* ordine durationis, *sicut causa finalis»* \

344. Quae comparatio praesefert hanc *analogiam:* ita se habet esse *intentionale* seu in actu animae ad causalitatem *finalem,* sicut se habet *esse reale* seu in rerum natura ad causalitatem *efficientem.* Iam vero esse reale seu exsistentia causae non est ratio formalis causalitatis efficientis, sed solum conditio quaedam *sine qua non* insupplebilis, secundum illud: nihil agit nisi in quantum est in actu. Ergo similiter esse intentionale seu esse apprehensum ab appetente est solum conditio *sine qua non* insupplebilis boni seu appetibilis *ut finaliter moveat* appetitum, non vero ratio formalis causalitatis finalis.

345. Et tamen, quia est conditio omnino *necessaria* seu insupplebilis, non debet dici *per accidens,* eo modo quo accidens dicitur quintum praedicabile, sed *per se;* non quidem prout convenit rationi formali, cui convenit *per se primo,* sed prout convenit quarto praedicabili, nempe *proprio,* quod praedicatur in quali *necessario,* quasi *per se secundo.* Quo in sensu potest dici quaedam *concausa* in ratione causandi finaliter, quae primo et principaliter convenit ipsi bono prout est in re. Nam potest dici «aliquid necessarium, *sine quo non* potest aliquid vivere et esse; quod licet non sit principalis causa rei, est tamen quaedam *concausa:* sicut respirare est necessarium animali respiranti, quia sine respiratione vivere non potest; ipsa enim respiratio, etsi non sit causa vitae, est tamen *concausa;* in quantum cooperatur ad contemperamentum caloris, *sine quo non* est vita» 2.

346. Eo autem ipso quod appetibile exsistit intentionaliter in actu animae, iam habet approximationem seu applicationem ad appetitum; quae approximatio solet poni secunda conditio *sine qua non* causalitatis efficientis.

347. Et quidem in causalitate efficienti hae duae conditiones realiter differunt et separatae esse possunt; at in causalitate finali coincidunt re, et sola ratione differunt; nam, ut dictum est, bonum apprehensum, eo ipso quod apprehensum est, habet esse

1 111,62,6.
2 *In V Metaph.,* lect. 6, n.° 827.

intentionale in intellectu appetentis, atque ideo est intentionaliter praesens appetenti. Et haec est ratio cur tantummodo una conditio explicite ponatur in causalitate finali, quando dicitur: bonum, prout est in intentione agentis, habet rationem causae.

Dicendum est ergo quod *prima sententia* supra relata (nn. 303-306), quae est sententia Caietani et maioris partis thomistarum, *est aequivalenter tradita ab ipso S. Thoma.*

348. *Explicatur sententia S. Thomae analogia duplici. Primo, analogia metaphysica.* Praedicti thomistae solent hoc explicare analogice ad causalitatem efficientem, et quidem merito, quia causa efficiens et causa finalis sunt ad invicem proportionales; proportionalia autem sunt proportionaliter explicanda, incipiendo a membro clariori, quod in casu est causalitas efficiens. Sicut igitur —ait Caietanus— in causalitate efficienti distinguimus *rationem efficiendi* et *conditionem* efficientis, ita etiam in causalitate finali distinguendum est inter *rationem* finalizandi et *conditionem* finalizantis «Ita quod, sicut forma est *ratio* causandi effective, exsistentia autem est *conditio* formae efficientis; ita esse [in re] est *ratio* causandi finaliter, esse autem in intentione est *conditio* esse causantis finaliter; — esse autem in executione non est finis, sed terminus et effectus tam finis quam efficientis» [2]; nam *esse in executione prout in executione* est esse ut pendens ab agente, esse vero reale ut sic hanc dependentiam ab agente neque includit neque excludit [3].

Consequenter, esse appetibilis, prout est in intentione agentis, non est ratio finis, sed solum conditio *sine qua non;* esse eiusdem, prout est in executione, hoc est, executum seu productum ab agente, neque est ratio finis, neque conditio eius *sine qua non,* sed utpote esse reale, potest materialiter coincidere cum re quae habet rationem finis; esse denique reale appetibilis, prout simpliciter et absolute est reale seu in rerum natura, est *ratio finis*[1].

349. *Secundo, analogia psychologica.* Potest, insuper, adhiberi alia *analogia* explicativa ordinis psychologici, scilicet ex proportionalitate quae viget inter ordinem voluntatis ad proprium suum obiectum et ordinem intellectus ad suum. Explicamus enim psychologiam voluntatis per analogiam ad psychologiam intellectus, quae clarior est nobis et magis nota.

[1] *Hoc loco,* n.° 9.
[2] *In I»* 5» 4] n.° 2.
[3] *Hoc loco,* n.° 9.
[4] *Ibid.,* in fine.

Ergo *intellectus* noster habet pro obiecto proprio ens concretum quidditati sensibili seu essentiam rei sensibilis *. Haec autem essentia potest *tripliciter* considerari: uno modo, *absolute vel secundum se,* hoc est, secundum praedicata *essentialia* seu quidditativa, quae ei *secundum se* conveniunt, v. gr., humanitati conveniunt animalitas et rationalitas, quae ponuntur in eius definitione essentiali, qua homo dicitur animal rationale; alio modo, *accidentaliter,* secundum esse quod habet *in singularibus extra animam,* et ratione huius status accidentalis conveniunt essentiae praedicata *denominativa* individualia seu incommunicabiliajquae consequuntur ad intentionem *singularitatis,* v. gr., huic homini convenit habere hanc aetatem, hanc staturam, hanc commensurationem et ceteras notas individuales, quae ponerentur in definitione eius, si singulare detineretur; tertio modo, *accidentaliter* etiam, secundum esse quod habet *in intellectu prout est «entia intellecta,* et ratione talis status accidentalis conveniunt ssentiae praedicata *denominativa* universalia seu communicabilia, quae consequuntur ad intentionem *universalitatis,* ex. gr., homini in hoc statu convenit esse, secunda intentione, species sub genere animalis.

Et dicuntur isti duo status, in singularibus et in intellectu prout in intellectu, *accidentales,* quia non conveniunt ipsi essentiae absolute vel secundum se, hoc est, secundum propriam et puram rationem essentiae; cum enim contraria praedicata sint esse materiale quod habet in singularibus et esse immateriale quod habet in intellectu, et contraria non possint esse simul, si haec praedicata essent essentialia, nunquam essentia posset esse in singularibus aut in intellectu, quia tunc contraria praedicata ei simul convenirent.

Et tamen essentia haec non est nobis intelligibilis secundum esse materiale quod habet in singularibus, quia materia repugnat intelligibilitati; sed est nobis intelligibilis secundum quod est in intellectu, hoc est, abstracta abstractione *totali* a materia et conditionibus individualibus.

Haec tamen abstractio *totalis,* quae est fundamentum secundae intentionis universalitatis seu universalis logici, non est ratio formalis *qua* universalis metaphysici seu directi, quod convenit ipsi essentiae secundum se, prout negative, per modum simplicitatis, abstrahit ab esse accidentali in singularibus vel in intel-

lectu, sed solum *conditio sine qua non.* Itaque proprium et formale obiectum intellectus nostri est essentia rei sensibilis absolute vel secundum se sumpta, prout subiacet abstractioni *formali* per modum simplicitatis, quae est essentia universalis universalitate reali seu directa; sed abstractio *totalis,* quae fundat universalitatem reflexam seu logicam, non est primum et per se obiectum intellectus, sed *solum conditio sine qua non* eius, qua exit a statu inintelligibilitatis quem habebat in singularibus, quasi removens prohibens intelligibilitatem universalis metaphysici latentis in singularibus.

Ex his ergo tribus, *singularitas* repugnat intelligibilitati seu esse obiecti essentiae rei sensibilis; abstratio *totalis,* et consequenter secunda intentio universalitatis ex ea consequens, non est ratio formalis constitutiva illius essentiae in esse intelligibili directo, sed solum *conditio sine qua non;* sed abstractio *formalis* obiectiva per modum simplicitatis est ratio formalis *qua* essentia illa constituitur in esse intelligibili directo seu universalis metaphysici, quod est primo et per se obiectum intellectus et scientiae realis l.

350. Similiter proprium obiectum *voluntatis* est bonum ut finis seu bonitas finis. At finis potest considerari in *triplici* statu: primo, secundum esse *intentionale,* quod habet in intellectu apprehendente, et tunc dicitur finis *in intentione;* secundo, secundum esse *reale* quod habet in re, *quando producitur vel assequitur operatione agentis,* et tunc vocatur finis *in executione;* tertio, secundum esse *reale* proprium seu obiectivum, *quoi convenit bono absolute vel secundum se sumpto* et non prout dependet ab actione agentis.

Finis in intentione correspondet essentiae in statu abstractionis totalis seu prout est in intellectu, in quo habet esse logicum seu mere intentionale; finis in executione correspondet essentiae in statu singularitatis et materialitatis seu prout est in singularibus; finis absolute vel secundum se, cui convenit per se bonitas realis et obiectiva ex propria et essentiali ratione, correspondet essentiae reali absolute et secundum se consideratae.

351. Sicut ergo essentiae in statu singularitatis et materialitatis repugnat intelligibilitas; ita fini, prout est in executione,

l Vide *De ente et essentia,* cap. 4, edit. Baur, pp. 29-37, Monasterii, 1926, vel edit. Roland-Gosselin, O. P., cap. 3, pp. 23-29, Kain, 1926 (Bibliothèque thomiste, t. 8); II *De Anima,* lect. 12, nn. 377-380; *De Pol.,* 5, 9 ad 16; I, 85, 1-2; 3 ad 1, et alibi passim: J. M. Ramirez, *De Philosophia in universum,* apud *La Cienda Tomista,* t. XXVI (1922), pp. 341-349 fin hac ed. *Opera Omnia,* I, pp. 68-77]. L

repugnat causalitas finalis: — item, sicut essentiae in statu abstractionis *totalis* seu universalitatis logicae convenit intelligibilitas non primo et per se neque ut ratio formalis *qua,* sed solum ut conditio *sine qua non;* ita fini, prout est *in intentione* agentis, convenit causalitas finalis, non quidem ut ratio causandi, sed solum ut conditio *sine qua non:* — rursus, sicut essentiae absolute vel secundum se consideratae, ut stat sub abstractioni *formali,* convenit intelligibilitas directa primo et per se; ita fini absolute et secundum se considerato, ut stat sub bonitate *obiectiva et reali et propria,* convenit primo et per se, hoc est, formaliter, causalitas finalis.

352. Ita igitur se habent haec tria in constitutione proprii obiecti voluntatis, quod est finis, et consequenter in constitutione causalitatis finalis appetibilis in voluntatem; sicut se habent illa tria in constitutione proprii obiecti intellectus, quod est essentia rei sensibilis, et consequenter in constitutione causalitatis formalis intelligibilis in intellectum. Unde haec secunda analogia resolvitur demum *in analogiam causalitatis finalis ad causalitatem formalem.* Et iure quidem, quia forma est essentialiter actus seu perfectio, quae per se primo convenit bono et fini: τό τέλο .

353. *Secunda obiectio,* quae procedit *ex ipsa ratione* του *agere.* Actio, quae est ipse ultimus finis, non est propter finem; quia quod est ultimus finis non est propter finem, ut patet ex terminis, secus esset processus in infinitum si finis esset propter finem. Atqui datur aliqua actio humana, quae est ipse ultimus finis, ex. gratia, visio divinae essentiae, iuxta thomistas; fruitio eius, iuxta scotistas; visio et fruitio simul, iuxta suarezianos. Ergo aliqua actio humana non est propter finem, et consequenter non omnis actio humana est propter finem.

354. *Responsio. Prima solutio. Dist. Mai.:* actio, quae est ipse ultimus finis, non est propter finem *quo, conc.;* non est propter finem *cui* et *cuius gratia, nego.*

Contradist. Min: datur aliqua actio humana, quae est ipse ultimus finis *quo, trans.;* quae est ipse ultimus finis *cui* et *cuius gratia, nego.*

Contradist. etiam Conclusionem: datur aliqua actio humana, quae non est propter finem *quo, transeat;* quae non est propter finem *cui* et *cuius gratia, nego.*

355. Nulla actio cuiuscunque creaturae est sua essentia et suum esse, sed re differt ab eis l; et ideo nulla essentia creata est immediate operativa, sed operatur per potentias realiter ab essentia distinctas 2. Consequenter, cum omnis creatura transeat de potentia ad actum operandi, impossibile est quod primum et proprium obiectum operationis eius sit sua ipsa operatio, nam potentia actuatur per proprium obiectum.

Unde S. Thomas profunde scribit: «prius est potentiam ferri in aliquod obiectum, quam quod feratur super actum suum; prius enim intelligitur actus alicuius potentiae quam reflexio eius super actum illum; actus enim terminatur ad obiectum, et ita quaelibet potentia prius fertur in obiectum quam in actum suum, sicut visus prius videt colorem quam videat se videre colorem» 3. «Non enim potest intelligi in aliqua potentia reflexio super actum suum, nisi actu suo, in quem fit reflexio, prius terminato per obiectum proprium, quod sit aliud ab ipso actu potentiae illius; alias oporteret in infinitum procedere. Si enim intellectus intelligit se intelligere, oportet quod intelligat se intelligere aliquid; et, si dicas quod intelligit se intelligere hoc quod est se intelligere, adhuc oportebit aliud ponere et sic in infinitum.

Patet ergo quod *ipsum intelligere non potest esse primum obiectum intellectus;* et eadem ratione *nec ipsum velle potesi esse obiectum primum voluntatis» 4.*

Nulla ergo actio creata potest esse finis obiectivus et multo minus ultimus finis *ut res,* qui est finis *cuius gratia,* et cui primo et per se convenit ratio finis.

356. Sed neque potest esse finis *cui,* nam hic finis est persona *cui* bonum aliquod volumus. Actio autem creata, cum sit accidens, non potest esse *id cui* bonum volumus, cuius non potest esse subiectum. Unde S. Doctor recte dixit quod «ipsa amoris operatio, cum sit quoddam accidens, non dicitur amari nisi propter suum subiectum» K

I, 54, I et 2.
2 L 54, 3; 59, 2; 77, 1.
3 *Quodlib.* VIII art. 19.
IV Sent., dist. 49, 1, 1, qla. 2.

Actio igitur aliqua potest esse finis *quo,* hoc est, id *quo* attingimus vel possidemus *rem* quae est finis *cuius gratia,* et *quo* rem amatam exoptamus *alicui* subiecto rationali. Quod si sit operatio *qua* attingimus ultimum finem obiectivum, eo ipso non potest esse propter alium finem *quo* seu propter aliam operationem. Semper tamen et necessario est propter finem *cui* et maxime propter finem *cuius gratia,* cum sit essentialiter circa *rem quae* est ultimus finis.

Merito ergo S. Thomas scribit: «manifestum est quod omnis appetitus est propter aliquid; stultum enim est dicere quod aliquis appetat propter appetere, nam appetitus est quidam motus in aliud tendens. Sed illud cuius gratia est appetitus, scilicet *appetibile,* est principium intellectus practici; nam illud quod est primo appetibile est *finis,* a quo incipit consideratio intellectus practici» 4.

Et iterum: «obiectum operationis terminat et perficit ipsam, et est finis eius; unde impossibile est operationem habere rationem finis ultimi. Sed quia obiectum non consequimur nisi per operationem, ideo est idem appetitus operationis et obiecti», idest, operatio *coappetitur* una cum obiecto in actu exercito ut appetibile secundarium2. Est ergo haec actio «sicut *finis sub fine,* coniungens ultimo fini, cum operatio in obiectum tendat»3.

Quando vero dicimus quod finis est *causa,* intelligimus finem *cuius gratia.* Unde *Maior* non infirmat, sed potius confirmat doctrinam traditam de causalitate universali finis relate ad omnem actionem.

357. *Minor* posset contradistingui, eam concedendo de fine *quo* et negando de fine *cui et cuius gratia.* Nolui tamen simpliciter concedere de fine ultimo *quo,* sed dixi: *transeat.*

Revera enim deberet *subdistingui* hoc modo: datur aliqua actio humana, quae est ipse ultimus finis *quo,* naturalis, cow.; supematuralis, *nego.*

1 *III Sent.,* dist. 29, 4, ed. Moos, n.° 52.
In III de Anima, lect. 15, n.° 821.
I Sent., dist. 1, 2, 1 2d 2.
II Sent., dist. 38, 2 corp, in fine.

358. Si enim sumamus actionem humanam *in sensu stricto,* prout est actio *libera,* saltem quoad exercitium actus, actio, *qua* attingitur et possidetur ultimus finis *supernaturalis, non est actio humana,* sive eum possideamus formaliter per actum intellectus, sive per actum voluntatis, sive per actum utriusque simul; nam isti actus sunt *necessarii quoad specificationem et quoad exercitium,* ut postea explicabitur, Q· 4' 4> Q· 5> 4·

Sunt ergo actus humani *phychologice* loquendo, immo et superhuman!, cum sint ordinis prorsus divini; at non sunt humani *moraliter,* quin potius sunt in termino et culmine totius moralis activitatis. Unde *negandum est quod ipse actus beatificus supernaturalis sit actio humana in sensu proprio et formali.*

359. Sed actio, *qua* finis ultimus *naturalis* attingitur et possidetur, est *libera,* saltem quoad exercitium actus; quia, naturaliter loquendo, Prima Veritas et Summa Bonitas non efficiuntur nobis intuitive et quidditative evidentes in seipsis, et ideo semper possumus ab eis avertere intellectum et voluntatem nostram. De hac ergo actione attingente finem ultimum *naturalem,* concedimus quod est actio humana in sensu stricto et morali; immo et debet esse *actio maxime moralis, quae naturaliter haberi potest.*

Sive autem sumatur in uno sive in alio sensu et ordine, semper tamen actio quaecumque humana, etiam quae forte est ipse ultimus finis *quo,* est propter ultimum finem *cui et cuius gratia.*

360. Sed S. Thomas ulterius progreditur, et negat quod ultimus finis *quo* seu actio formaliter possessiva ultimi finis obiectivi sit actus elicitus voluntatis. Hoc autem ex professo tractabitur infra (q. 3, a. 4).

361. Revera, haec actio est formaliter actus intellectus; ergo aliquo modo actus imperatus a voluntate, cum simul sit actus maxime voluntarius. Et cum omnis actus imperatus sit primo et per se propter finem *cuius gratia* actus imperantis, eo ipso talis actus erit propter finem *cuius gratia* ipsius voluntatis. «Quidquid ergo homo faciat —concludit merito S. Doctor—, verum est dicere quod homo agit

propter finem, etiam agendo actionem quae est ultimi finis» *quox.*

362. Quod si poneretur ipsum intelligere vel contemplari quasi ultimus finis obiectivus voluntatis, ut quidam philosophi fortasse dixerunt, et S. Thomas hypotetice admittere videtur in hac responsione usque dum res absolute determinetur in quaestione sequenti, adhuc salvatur doctrina proposita; quia talis actus, qui esset simul finis ultimus obiectivus, esset virtualiter voluntarius ex voluntate imperante, et, in quantum huiusmodi, esset propter seipsum sicut propter finem. Neque esset processus in infinitum, quia non requirit novum actum voluntatis reflexum, ut esset voluntarius in actu signato; sed eodem actu imperante esset voluntarius in actu exercito, et consequenter in actu exercito esset propter seipsum sicut propter finem.

Et hoc est illud *occultum* quod Littera vult pandere ut verbis utar Caietani2. Est tamen processus *ad hominem* contra philosophos potius quam simpliciter; nam simpliciter et absolute negare debemus quod ipsum intelligere humanum sit ultimus finis naturalis aut supernaturalis.

Et haec dicta sint de obiectione sumpta prout iacet et roborata per ea quae intendit obiiciens.

363. *Secunda solutio.* Sed, si *critice* consideretur *per relationem ad fontes eius, adhuc invenitur deficiens.* Nam Aristoteles, in loco qui citatur ex I Ethic. Nie., non loquitur de ultimo fine, sed solum de fine proximo seu immediato. Cum enim totam activitatem humanam distingueret in actiones immanentes et in actiones transeuntes seu effectiones, et de singulis affirmaret quod sunt propter aliquem finem, ut supra vidimus (n.° 267), statim notat differentiam finium per relationem ad differentiam actionum, dicens quod finis actionum immanentium sunt ipsae operationes ut perfectiones ipsius operantis, sicut finis visus est videre et finis intellectus est intelligere; dum e contra finis operationum transeuntium seu effectionum sunt operata per ipsas, quasi per-

1 *Hic,* ad *2,* in fine. Cf. etiam **I-II,** 19, 1 ad *2.*
1 *Hoc loco,* n.° 12.

fectio ipsorum operatorum in se, non ipsius operantis, sicut finis aedificantis domum est perfectio domus aedificatae. Itaque perfectio et finis, τέλο , actionis immanentis, πράξι$, manent in ipso operante ut operans est, χρήσι , ένέργεια; dum perfectio et finis actionis transeuntis seu effectionis, ποίησι , cui correspondet τέχνη, de qua paulo ante locutus fuerat, transit in operatum, έργον, a quo denominatur operatio operantis, ενέργεια, quasi tendens ad perfectionem ipsius operati, πρό τήν έντέλεχειαν 1.

Locus ergo ab obiiciente allatus potius est contra ipsum, quia ibi explicatur quomodo omnis humana operatio est propter aliquem finem proximum seu immediatum, relicta penitus quaestione de fine ultimo.

364. Unde ipse S. Thomas, cum sibi obiecisset alibi eadem verba Aristotelis, respondet «quod Philosophus loquitur de finibus *artium,* quorum quaedam habent pro finibus operationes ipsas, sicut citharistae finis est citharizare; quaedam vero habent pro fine quoddam operatum, sicut aedificationis finis non est aedificare, sed domus»2.

Constat autem quod finis artis est finis particularis, non finis universalis totius humanae vitae 3.

Et eodem modo verba Philosophi intelligit, exponendo ipsum in proprio loco 4. Verum est tamen quod Aristoteles in Ethic. Nie. non loquitur exclusive de finibus artium, sed de finibus actionum humanarum proprie dictarum et artium, quibus proportionaliter respondet duplex modus producendi rem quae est finis, ut paulo supra ostendimus (n.° 363).

Habetur ergo in praedicta obiectione *transformatio verborum Philosophi de fine proximo seu immediato in finem ultimum* quod certe non licet.

365. Videtur autem quod haec transformatio verborum Philosophi in mente S. Thomae provenit ex influxo loci

1 *I Ethic. Nie.,* cap. 1, n.° 2, II, 1, 3-5; quae uberius explicatur in *VIII Metaph.,* cap. 8, nn. 8-9, II, 570, 36-55; 571, 1-7.
2 I, 103, 2 ad 2.
3 I-II, 21, 2 ad 2, et alibi passim.
4 *In I Ethic.*, lect. i, nn. 12-13.

paralleli Metaphysicae x, ubi reduplicans duplex verbum synonimum Aristotelis, scilicet finem, τέλο , et ultimum, έσχατον, interpretatur: *finis ultimus.* Ita enim exponit S. Doctor: ♦quarundam activarum potentiarum *ultimus finis* est usus potentiae et non aliquid operatum per actionem potentiae, sicut *ultimus finis* potentiae visivae est visio, et praeter eam non fit a potentia visiva aliquod opus operatum»2.

At Philosophus pro eodem sumit τέλον et έσχατον 3, neutraliter dicens έσχατον, et non masculine έσχατο , ut deberet dicere si cum τέλο iungere voluisset: τέλο έσχατο 4.

Reducit tamen Philosophus ευδαιμονίαν ad hoc genus operationum immanentium5; quia operatio vitalis beatifica est ultimus finis *quo.*

Et inde probabiliter veniunt *vis et intentio* objectionis, quae in textu allato Ethicorum frustra quaererentur.

Ruit igitur objectio ex omni parte.

366. Neque urget difficultas particularis de finalitate actionum ludicrarum, de quibus loquitur in III C. Gent., cap. 2. Dupliciter enim possumus exercere operationes ludicras: uno modo, ut sunt nobis utiles ad aliud bonum consequendum, «ut cum ludimus ut postmodum melius studeamus», quot est aliquantulum quiescere ut postea laboremus, et tunc manifeste aguntur propter finem; alio modo, ut sunt *pure delectabiles,* et tunc habent quandam rationem finis in seipsis, nam bonum delectabile est quodammodo finis 6. Attamen non habent rationem finis objectivi seu *cujus gratia,* neque finis *quo* primarii, sed mere secundarii et consecuentis operationem perfectam attingentem finen *cujus gratia.*

At de delectatione, an sit finis ultimus objectivus vel saltem formalis, infra ex profeso redibit sermo 7.

367. *Tertia obiectio,* quae procedit *ex ipsa ratione ho-*

1 *Lib. IX,* lect. 8, nn. 1862-1865.
2 *Loc. cit.,* n.° 1862.
3 *VII Metaph.,* cap. 8, n.° 9, II, 46, 50.
4 [N. B.: τέλο est neutrum.]
5 *Ibid.,* n.° 9, circa finem, II, 571, 6-7.
6 I, 5, 6. [Cf. III *Contra Gent,* cap. 25, arg. 6.)
7 I-II, 2, 6; 3, 4; 4, i « 2.

minis agentis. Tunc solum homo agit propter finem quando agit ex deliberatione. Atqui non semper homo agit cum deliberatione, quia multa operatur homo quin de eis quidquam cogitet, sicut cum quis movet pedem vel manum vel fricat barbam, aliis intentus. Ergo homo non semper agit propter finem, quin potius multa operatur non propter finem; consequenter non omnia quae homo agit, agit propter finem.

368. *Responsio. Dist. Mai.:* tunc solum homo agit propter finem quando agit ex deliberatione, propter finem sibi a propria ratione praestitum seu dictatum, *conc.;* propter finem naturalem ab Auctore naturae praestitutum aut a propria cogitativa repraesentatum, *nego.*

Conc. Min. et *contradist. Conclusionem:* homo non semper operatur propter finem, quin potius multa agit absque fine, absque fine sibi a propria ratione praestituto, *conc.;* absque ullo fine, sive ab Auctore naturae praestabilito, sive a propria cogitativa reprasentato, *nego.*

369. Verum est quod homo tunc solum agit, active se movendo aut se determinando, propter finem, quando agit ex deliberatione, quia ex deliberatione sibi ipsi determinat finem prosequendum et actiones et modum agendi quibus finis praefixus assequi debet *in re.* Hoc enim est munus deliberationis, inquirere et determinare bonum seu finem prosequendum et consequenter media, idest motus seu actiones quibus *re* finis ille effective assequi potest. Deliberatio ergo rationis practicae est causa autodeterminationis proprii finis et propriarum actionum seu motuum ad illum finem. Et tunc vere homo agit formaliter ut homo, in sensu proprio et formali *actionis* et *hominis.* Unde verum est dicere quod solum homo ut homo agit propter finem, quando agit ex deliberatione. Et sic omnes actiones proprie et formaliter humanae sunt propter finem a propria ratione hominis praestabilitum.

370. At non semper homo operatur ex deliberatione, hoc est, ut homo. Et quando sic operatur, hae operationes non sunt *actiones* in sensu stricto, neque etiam *humanae* reduplicative, sed solum *specificative,* atque ideo dici debent

actiones *hominis* seu humanae *mere materialiter,* non formaliter. Istae ergo operationes, cum non procedant ex deliberatione, per definitionem non possunt esse propter finem a propria ratione praestabilitum.

371. Verumtamen non solum datur finis praestitutus a propria ratione operantis, sed etiam finis repraesentatus ab alia facultate apprehensiva inferiori, nempe a cogitativa; vel ab Auctore naturae, si sit operatio mere naturalis non consequens apprehensionem boni. Tunc ergo istae operationes sunt propter finem cogitatum aut imaginatum, vel saltem propter finem naturalem ab Auctore naturae praestabilitum. Et ita omnis omnino actio est propter aliquem finem, licet non semper eodem modo et propter eundem finem; ut sic diversus finis respondeat diverso generi et modo actionis.

Itaque, quando homo agit *ut homo,* semper agit propter finem a seipso sibi determinatum; quando agit *ut animal,* semper agit propter finem a propria cogitativa apprehensum; quando vero agit ut *mera natura,* semper agit propter finem naturalem ab Auctore naturae praestabilitum.

372. Unde S. Doctor exacte scribit: «actiones autem quae fiunt sine attentione, non sunt ab intellectu, sed ab aliqua *subita imaginatione vel naturali principio;* sicut inordinatio humoris pruritum excitantis est causa confricationis barbae, quae fit sine attentione intellectus: et haec ad aliquem finem tendunt, licet praeter ordinem intellectus» proprii seu coniuncti [1].

Hoc exemplum de confricatione barbae saepe occurrit apud S. Thomam: ***II*** *Sent.,* dist. 40, 5, circa finem corp.; *In* ***II*** *Physic,* lect. 8, n.° 5, in fine; ***III*** *C. Gent.,* cap. 2; *De Malo, 2,* 5 ad 6; I-II, i, i obi. 3; 18, 9, in fine corp.

[1] *HIC. Genl.fap- 2,* circa finem.

Art. 2.— Utrum agere propter finem sit proprium rationalis creaturae

PRAENOTANDA

SENSUS ET STATUS QUAESTIONIS

373. Duplex est genus agentis, scilicet agentis per intellectum et agentis per naturam. Postquam ergo ostensum est quod agenti per intellectum convenit agere propter finem, quaeritur consequenter an etiam conveniat agenti per naturam. Si enim convenit etiam agenti per naturam, eo ipso agere propter finem est *commune* omni agenti; sin autem, agere propter finem erit *proprium et exclusivum* agentis per intellectum.

374. Et hoc est necessarium investigare, quia ad perfectam scientiam non sufficit demonstrare *quod* praedicatum convenit subiecto —hoc enim pertinet ad demonstrationem *quia,* quae imperfecta est in genere demonstrationis—, sed requiritur etiam demonstrare *quomodo et qua ratione* praedicatum conveniat subiecto, quod pertinet ad demonstrationem *propter quid.* Non ergo satis erat scire *quod* hoc praedicatum, *agere propter finem,* convenit homini; sed necesse est amplius inquirere an hoc praedicatum sit commune aut quasi genericum ad alia agentia, vel potius proprium et quasi specificum hominis.

375. Et inde manebit determinata propria materia considerationis moralis, determinato proprio eius subiecto. Nam si hoc praedicatum, *agere propter finem,* quod directe cadit sub morali consideratione, extenditur etiam ad agens per naturam, eo ipso scientia iMoralis debet extendi ad considerandum omne agens per naturam; quod si restringitur ad solum hominem, ipso facto Moralis circunscribitur ad unum hominem considerandum, qui est agens per intellectum.

Unde iste articulus non est mere incidentalis, sed *ad fundamentum totius moralis considerationis spectat.*

yfi. Et modo simili procedit S. Doctor infra, q. 6, quando investigat naturam voluntarii. Postquam enim determinavit quod in actibus humanis invenitur voluntarium (art. 1), statim quaerit an inveniatur quoque in motibus brutorum animalium (art. 2). Est ergo perfectus parallelisms in suo genere inter duos primos articulos huius quaestionis et duos primos quaestionis sextae.

377. Ut autem sensus articuli huius penitus intelligatur, exponendi sunt eius termini.

Agere propter finem potest dupliciter sumi: uno modo, *large,* pro mero *facto* operandi propter aliquem finem, abstrahendo a modo operandi propter finem; alio modo, *stricte,* pro *modo perfecto et activo* agendi propter finem, quatenus agens non solum operatur *de facto* propter aliquem finem, sed etiam *se active movet et ducit ad finem* a seipso praestabilitum.

Et in hoc secundo sensu sumebatur in articulo praecedenti, ut ibi declaratum est (nn. 247-254). An vero in eodem sensu accipiatur in hoc articulo, dubitari potest.

378. *A priori,* sensus debet esse idem; secus mutaretur terminus medius comparationis et demonstrationis, quod esset sophisticam introducere in scientiam Theologiae moralis. Quatenus ergo iste articulus consideratur *ut connexus* cum praecedenti, eundem sensum termini formalis, qui est *agere propter finem,* retinere debet.

379. Et vere, in distributione articulorum identitas sensus manifeste exprimitur per pronomen *hoc.* Quaesierat enim *tprimo,* utrum hominis sit *agere propter finem»;* ac statim inquirit *«secundo,* utrum *hoc* sit proprium rationalis naturae».

Non repetiit materialiter eandem phrasim, *agere propter finem,* in principio secundi quaesiti, quia eam posuerat in fine primi, ad vitandam cacophoniam; sed ei substituit verbum aequivalens, *hoc,* demonstrans *agere propter finem,* et quidem in eodem sensu, secus non esset *hoc,* sed aliud.

Et idem sensus manifeste retinetur in obiectionibus articuli secundi.

Sed in corpore articuli et in responsionibus ad obiecta videtur substitui alius sensus; et tamen deberet esse idem, ut responsio concordaret quaesito.

380. Attamen *haec sunt potitis apparientia quam realia.* Duae sunt enim partes corporis articuli: in prima ostenditur quod omne agens, sive per intellectum, sive per naturam, *operatur* propter aliquem finem; in secunda vero probatur *quomodo* utrique generi agentis conveniat agere propter finem. Quae quidem pars est per se et directe intenta et necessario praesupponit primam, quia *modus* agendi propter finem supponit *simplexfactum* agendi propter finem. Et iste modus consideratur relative ad modum *perfectissimum* agendi propter finem, qui est *se active dirigendo* ad finem ab ipso agente sibi praestabilitum.

Nulla est ergo aequivocatio et nulla alienatio termini a propria ad impropriam significationem; eo vel magis quod in prima parte non consideratur solum agens per naturam, sed omne agens, et consequenter etiam homo stricte agens per intellectum.

Et idem observatur in responsionibus ad obiecta, ubi formaliter respondetur de *modo* agendi tantum.

381. Quantum vero ad alium terminum, scilicet, *rationalis naturae,* Medina [1] mysterium invenire conatus est, ac si *rationalis natura* significaret omnem naturam intellectualem, sive increatam (Deum) sive creatam (angelum et hominem). Unde S. Thomas oculate dixisset: rationalis *natura,* et non: rationalis *creatura,* quae staret solum pro homine Et hac de causa disputat an non solum homo, sed etiam Deus agat propter aliquem finem.

Et inde alii commentatores per longum et latum disputare solent hoc loco an Deus agat propter finem.

382. At haec animadversio non est fundata. Nam tota haec quaestio, ut vel ex ipso titulo quaestionis patet, est de fine *hominis,* et *hominem* repetit per singulos articulos, ut patet intuendi. Quomodo ergo S. Thomas, sui oblitus, diverteret ad *naturam* intellectualem in tota sua latitudine? Et tamen nec verbum respondet in hoc articulo nisi de sola natura rationali, quae est homo.

Quod vel ipsum adiectivum, *rationalis*, sat clare indicat; *rationale* enim, proprie loquendo, soli humanae naturae convenit. Oportet autem sumere substantivum secundum exigentiam adiectivi, sicut subiectum iuxta exigentiam praedicati.

383. Et melius dixit: *natura,* quam: *creatura.* Nomen enim *creaturae* est nomen *effectus* a Creatore, non nomen causae. Et tamen hic erat sermo de *agente,* quod est nomen *causae.* Hoc autem optime et oculatissime exprimitur verbo *natura,* quia nomen naturae significat «essentiam rei, *secundum quod habet ordinem ad propriam operationem rei*»

384. Denique, *proprium* sumitur stricte pro quarto praedicabili, quod scilicet convenit omni et soli subiecto eius semper, et conversim praedicatur de ipso, quamvis non sit de eius essentia. Est ergo accidens speciei, non individui tantum, et ideo necessario et semper convenit omni et soli rei cuius est, sicut risibilitas aut disciplinabilitas convenit homini[2]. Quod Aristoteles uno verbo expressit dicens quod ἰδιον δ' εστιν ὁ μή δηλοϊ μέν τό τί ήν εναι, μόνω δ' υπάρχει καί ἀντικατηγυρεῖται του πράγματο , οἰον ἰδιον ἀνθρώπου τό γραμματική δεκτικό ἐστι, και εἰ γραμματική δεκτικό ἐστίν, ἀνθρωπο εστιν [3].

385. Quia ergo ex articulo praecedenti constat quod *omni homini* convenit agere propter finem, et quidem *semper,* in omni sua actione stricte humana, supererat investigare an etiam *soli* homini conveniat, cum exclusione cuiuscumque alterius agentis per naturam.

Ideo sensus articuli est: *utrum agere propter finem ita conveniat homini, ut ei soli et nulli alteri agenti inferiori competat, sicut risibilitas aut disciplinabilitas.*

[1] *Hoc loco,* p. 8 a.

[1] *De ente et essentia,* cap. 1, edit. Baur, p. 14, 5-7.

[1] *In I Post.,* lect., 8, n.° 7; lect, 10, nn. 4 et 8; lect. 14, n.° 2; lect. 27. n.0 9; lect. 31, n.° 13; *I Sent.,* dist. 3, 4, 2, circa finem corporis; dist. 8, 1, i ad 1; *De Verit.,* 21, I ad io; *De spiritualibus creaturis,* ii; *De Anima,* 12 ad 7; I, 77, i ad 5.

* *I Topic.,* cap. 4, n.° 5, I, I74> 45-49·

§ II

QUAESTIONIS RESOLUTIO

386. Hac in re sunt duae sententiae extremae. *Prima* est eorum qui *naturae omnem causalitatem finalem denegant,* sive quia nondum pervenerant ad explicitant cognitionem causalitatis finalis, ut antiqui philosophi naturales, Leucippus, Democritus, Empedocles —quos Aristoteles *balbutientes* et S. Thomas *grossiores* appellant[1]—; sive quia eam positive respuunt, ut Spinoza, qui fidenter se ostensurum iactat «naturam finem nullum sibi praefixum habere, et omnes causas finales nihil nisi humana figmenta esse» [2]; sive quia notioni causae eiusque clasificationi in quatuor genera nullum tribuunt valorem obiectivum et scientificum, sed uti purum putumque artificialismum et anthropomorphismum derident, ut non pauci philosophorum nostri temporis, agnosticismum profitentes, dictitant, cum L. Brunschvicg [3].

387. *Secunda,* ex adverso, illorum est qui *brutis animalibus rationem et intellectum attribuunt,* ut pythagorici, qui μετεμψύχωσήν vel potius μετεμσωμάτωσιν —ut Olympiodoro placuit— docebant, quae est τη ψυχή ττεριπόλησι$, ut dicit Diogenes Laertius [4]; aut etiam qui ττα\ινγένεσι vel ττα\ν ψύχην crude defendunt. Unde et Bonnetus, ut Rossell narrat, asserebat «in futura rerum conversione animas brutorum tantam fore acquisituras organorum evolutiones, ut simiae et elephantes in Newtonos et Leibnitios evadant» [5].

1 *I Metaph.,* cap. io. io, n.° i, II, 485, 40; I, 44, 2; *III C. Gent.,* cap. 2, in fine.

2 *Ethices,* Pars I, Appendix. Opera, edit. J. van Vloten et J. P. N. Land, Hagae Comitum, 1913, t. I, p. 69.

3 *L'experience humaine et la causalité physique,* Paris, Alcan, 1922, pp. 145-146; 166-170; 225-237.

4 *De clarorum philosophorum vitis, dogmatibus et apophthegmatibus,* lib, VIII, cap. i, n.° 4, edit Cobet, Parisiis, Didot, 1850, p p 206 1-2

5 *Summa Philosophica,* II-II, q. 29, art 2, edit. Matriti, 17: t. IV p. 487, nota.

Nec desunt qui nostris temporibus veram intelligentiam brutis concedant, motivis ducti experimentalibus, ut aiunt, v. gr., Brehm, Romanes, Büchner et alii [1].

Animalia ergo tam perfecte agerent propter finem sicut ipse homo, immo et perfectius quam plures homines, ut dicebat Montaigne: «il y a plus de distance de tel à tel homme qu'il n'y a de tel homme à telle beste» [2].

Sed de his, ad philosophos et scientificos; nostrum enim non est in praesenti, qui theologum agimus, haec omnia ex amussim expendere.

388. *Media* inter has oppositas sententias exstat positio philosophiae perennis, iuxta quam *omne agens, etiam per naturam, agit propter finem, non tamen eodem modo sicut homo,* qui solus habet intellectum inter omnia entia huius mundi adspectabilis. Unde et hominibus dictum est: «nolite fieri sicut equus et mulus, *quibus non est intellectus*» [3]. Quem in locum S. Thomas adnotat: «Deus dat homini intellectum; sed et *intellectu excedit animalia:* qui ergo indignum se reddit dono intellectus, comparatur animalibus [4].

389. DICENDUM EST ERGO*.

PRIMO.—*Si agere propter finem sumatur large, pro simplici facto operandi utcumque propter aliquem finem, tunc agere propter finem non est proprium hominis, sed est commune omni agenti.*

Hac propositione exprimitur id quod vulgo appellari solet *pricipium finalitatis seu causalitatis finalis,* quod ita effertur: *omne agens agit propter finem* [5].

Quod quidem principium est *analyticum seu per se notum,* et ideo directe non potest nec debet demonstrari, quia neque indiget demonstratione. Potest tamen *declarari,* exponendo terminos eius per discursum improprium seu mere explica-

1 Vide Frobes, *Psychologia Speculativa,* lib. I, cap. i> § 4, Friburgi Brisgoviae, 1927, t. I, pp. 38-54.

Essais, lib. I, cap. 42, edit. Flammarion, Paris, s. d., t. I, p. 303.

Psalm. XXXI, 9.

Opera, edit. Vives, t. XVIII, p. 4°7 b.

rivum 1; et *indirecte* demonstrari per reductionem ad absurdum, si eius veritas negaretur2.

390. A) *Declaratur.*—Declaratio veritatis principiorum analyticorum potest fieri dupliciter: uno modo, *formaliter,* per analysim terminorum, quae dat eis quasi intrinseca constitutiva, ut dicit Caietanus 3, nam principia constituuntur ex terminis, scilicet ex subiecto tanquam materia et ex praedicato quasi forma 4; alio modo, *quasi materialiter,* per deductionem terminorum *ad sensum,* quasi ad eorum originem psychologicam, nam primi termini per experimentum ex sensibus ope abstractionis intelligibilis accepti sunt.

391. *a) Declaratio formalis et quasi a priori, per discursum universalem mere explicativum.* Duo sunt termini in hoc principio: agens seu efficiens per modum *subiecti,* et finis per modum *praedicati.* Nam quando dicitur: omne agens *agit* propter finem, idem est ac si diceretur: agens *est* agens propter finem, nam quod agit *est* agens, sicut quod ambulat *est* ambulans 5. Et quidem sumitur agens seu causa efficiens in actu secundo, prout scilicet *actu agit;* et similiter finis seu causa finalis, prout *actu exercet* causalitatem suam finalem; hoc enim exprimitur per verbum indicativum de praesenti: *agit,* quod significat exercitium seu actualitatem agendi.

392. Dicimus ergo quod *in ipso conceptu ut agens est includitur essentialiter dependentia causalis a fine.*

1 Distinguunt Scholastici duplicem discursum: unum, proprium seu illativum, qui est discursus secundum causalitatem, quo praedicatum concluditur de subiecto per medium: alium improprium seu mere explicativum, qui est quidam discursus secundum solam successionem et quoad meram lormam, non quoad materiam, «et talis discursus potest inveniri circa prima principia et circa ea quae per sensus externos cognoscimus* (Joannes A S. Thoma, *De Fide,* disp. i, art. 2, n.° 8, edit. Lugdini, 1663, p. 13 b. Vide Salmanticenses, *De Fide,* disp. 1, dub. 4, n.° 122, edit Palmé, Parisiis, 1879, t. XI, p. 157 b).

* *In III Melaph.,* lect. 5, nn. 389-390; *IV Metaph.,* lect. 6, nn. 597-599; 607-610.

3 *In I-II,* 66, 5, circa finem.
In I Periherm., lect. 9, n.° 8; lect. 10, n.° 8.
In I Physic., lect. 4, nn. 2-3.

Agens enim est formaliter agens in actu secundo per actionem suam. Actio autem est formalietr actus seu motus ab agente in aliud, hoc est, in alterum tendens continue et sine aliqua interruptione \ Qua de causa actio intelligitur ut *wffluxus* in actum ab agente»2 et ut *influxus* agentis in aliud seu *productio* in illud; haec enim duo verba, *influere aproducere,* exprimunt causalitatem causae efficientis 3. Agens ergo ut agens se habet formaliter *ut inclinans,* ut *impellens,* ut *impetens* in aliud 4.

393. At vero inclinatio, impulsio, impetus idem sonant ac intentio et appetitus; nam «appetitus nihil est aliud quam inclinatio appetentis in aliquid» 5, hoc est «in appetibile» 6, et hoc idem est ac intentio appetibilis, quia «ipsum tendere in bonum est appetere bonum» 7, ut nomine ipso patet: *intendere, ad-petere,* secundum illud: «*appetere* autem nihil aliud est quam *aliquid petere, quasi tendere in aliquid ad ipsum ordinatum*»8; itaque «*intendere est in aliud tendere*» 9, appetere est *ad aliud petere,* impetere *in aliud petere.* Idem ergo sensus formalis exprimitur omnibus istis nominibus.

394. Constat autem evidenter «*quod* omnis appetitus est *propter aliquid;* stultum est enim dicere quod aliquis appetat propter appetere; nam appetere est quidam motus *in aliud* tendens», scilicet in appetibile 10.

395. Atqui appetibile idem est ac bonum, «cum bonum proprium sit *motivum appetitus»* u, seu *obiectum eiusformale;* habet autem rationem formalem boni *exfine,* quod est supre-

1 *In III Physic.,* lect. 5, nn. 9 et 15.
L 54, 2.
In librum de causis, lect. *1,* edit. Vives, t. XXVI, p. 517 a.
In VII Physic., lect. 3, n.° 7; *III Contra Gentes,* cap. *2, II Sent.* dist. 25, i, 2.
MI, 8, i.
De Malo, 16, 2.
7 *In I Ethic.,* lect. I, n.° 11.
8 *De Verit. 22, 1,* in corp, circa finem.

10 *In III De Anima,* lect. 15, n.° 821. [Cf. *De Sp. Creat., 6 c.; De Vent.,* 22,12, arg. 3, *Sed contra.]*
ll *In I Ethic.,* lect. 1, n.° 9-

mum analogarum boni, a quo in cetera bona descendit[1]. Omnis ergo appetitus, omnis intentio, omnis impetus seu impulsus, omnis motus seu actio agentis in quantum huiusmodi, *ex propria definitione,* est propter aliquem finem. *Ordo* igitur *adfinem* includitur *in ipsa ratione* impetus, influxus, productionis, actionis, et consequenter ipsius agentis ut formaliter agens est.

Unde et S. Thomas formulam communem, *omne agens agit propter finem,* ita aequivalenter vertit: «omne agens in agendo *intendit* aliquem finem»[2], et: «omne agens aliquo modo *appetit* finem» [3].

396. Itaque agens, ut agens est, est essentialiter relativum ad finem ut finis est, ut subiectum relationis ad terminum eius; et propterea dicitur esse *ad* finem, quia essentialiter fluit *in* finem, petit *in* finem, ducitur *ad* finem, agitur *in* finem. Finis ergo intrat in definitionem agentis ut terminus eius, sicut terminus relationis intrat in definitionem subiecti quod relative terminat.

397. Et propterea dictum est quod principium finalitatis est *analyticum;* nam praedicatum eius est de ratione subiecti et intrat in eius definitionem; non quidem directe ex perseitate praedicationis, sed ex perseitate causalitatis, quae pertinet ad quartum modum dicendi per se et fundat primum in subiecta materia [4].

398. Ad cuius profundiorem intelligentiam notandum est quod haec est differentia inter causam materialem et formalem ex una parte et causam efficientem et finalem ex alia, quod causae materialis et formalis *propria sua entitate* causant esse, et ideo de eis dicitur quod, *essendo,* causant, prout forma dat suum esse materiae, quod materia recipit se submittendo formae, et ideo in eis non distinguimus esse et agere; at causae efficiens et finalis, cum sint causas extrinsecae, non causant *propria entitate,* sed propria *causalitate,*

[2] ***III*** *C. Gent.,* cap. 2, initio.

In ***I*** *Post.,* lect. io, n.° 7, una cum nn. 2 et 3.

et ideo in eis distinguimus rationem *entis* et rationem *causae* seu ordinem *essendi* et ordinem *causandi.*

Unde quando loquimur tam de causa efficienti quam de causa finali, necesse est caute discernere an loquamur de eis reduplicative ut *causae* sunt, aut specificative ut sunt *entia.*

399. Si ergo loquamur de fine et agente *specificative et materialiter ut sunt entia quaedam,* non necessario incidunt in idem re, immo impossibile est quod incidant in idem numero sub eodem respectu, licet possint incidere in eadem specie; et ideo non necessario definitio unius intrat in definitionem alterius, sed unaquaeque propriam definitionem habet quae, quandoque, materialiter coincidit cum definitione alterius. Unde sub hoc respectu agens et finis non praebent materiam iudicio formaliter analytico.

400. At si loquamur de eis *reduplicative et formaliter m sunt causae,* tunc causalitas causae finalis intrat in causalitatem causae efficientis, non quidem ut causa *quae* efficienter causer, sed ut *ratio qua* causa efficiens efficienter causare potest, cum sit ratio vel causa ipsius causalitatis causae efficientis. Et in hoc sensu causalitas finalis intrat in definitionem causalitatis efficientis, ut *qua* efficiens est formaliter causa; et sic vere fundat indicium analyticum, quod est principium causalitatis finalis.

401. Quapropter S. Thomas profunde scribit: «finis est causa efficientis, non quantum ad *esse,* sed quantum ad *rationem causalitatis;* nam efficiens est causa in quantum agit, non autem agit nisi causa finis: unde ex fine habet suam *causalitatem efficiens»* \ Et inde est quod «causa finalis non causât seorsum aliquid ab agente; in tantum enim finis habet rationem causae, in quantum movet agentem»[2]; «et sic, prout habet *rationem* moventis [causam efficientem ad agendum], *pertinet quodammodo ad genus causae efficientis»* [3].

Et alibi: «sciendum —inquit— quod tam finis quam efficiens *movere dicuntur,* sed *diversimode,* cum in qualibet

[1] *In V Metaph.,* lect. 2, n.° 775.
[*] *In* ***III*** *Physic.,* lect. 5, n.° 15.
[3] *In librum de Causis,* lect. 1, circa finem.

actione *duo* considerentur, scilicet *agens* et *ratio agendi,* ut in calefactione *ignis* est *agens,* et *ratio* agendi *calor.* — *In movendo* [= in genere causae efficientis] dicitur *finis* movere [= efficienter] sicut *ratio* movendi, sed *efficiens* sicut *agens* [= producens] motum, hoc est, educens mobile de potentia ad actum.

Ratio autem *agendi* est *forma agentis per quam agit* [= non forma agentis per quam agens est specificative ens, sed per quam agens reduplicative est agens seu agit]; unde oportet quod *insit* agenti ad hoc ut agat. — Non autem inest *secundum esse naturae perfectum* [= secundum esse *reale],* quia, hoc habito, quiescit motus, sed inest agenti *per modum intentionis;* nam finis est prior *in intentiotie* [= in causando, ut ratio causandi ipsam causalitatem efficientis], sed est posterior *in esse* [= in essendo, scilicet proprio esse causae efficientis ut ens est]; et ideo finis *praeexsistit* in movente proprie *secundum intellectum [* = secundum esse intentionale, quod est *ratio agendi* vel *causandi],* et *non secundum esse naturae* [= secundum esse *reale,* quod est *ratio essendi* rei quae est finis]» [1].

402. Dicendum est ergo quod *principium causalitatis finalis est magis analyticum quam principium causalitatis efficientis,* cum finis sit causa ipsius causalitatis causae efficientis; iam vero, propter quod unumquodque tale, et illud magis. Unde et causalitas *efficiens* per se, quae directe pertinet ad quartum modum dicendi per se, solum fundat perseitatem praedicationis *secundi* modi2; at causalitas *finalis* per se, quae est ipsa ratio causalitatis causae efficientis ut *qua* agens agit, cum directe pertinet ad primam *formam* quarti modi dicendi per se, fundat perseitatem praedicationis *primi* modi, secundum quod in relativis haberi potest. Et sic, in principio causalitatis finalis, praedicatum *propter finem,* ut didt *rationem agendi,* est *de ipsa ratione subiecti,* scilicet agentis ut reduplicative et formaliter agens est.

403. Sicut ergo forma ut informans ponitur in definitione materiae, quae non est intelligibilis nisi per ordinem ad formam; ita etiam finis ut finalizans ponitur in definitione agentis, quod non est intellibile ut tale —etiam prima operatione mentis— nisi per ordinem ad finem. Nam «ratio boni *respectum* implicat; non quia ipsum nomen boni significet ipsum respectum solum, sed quia significat id ad quod sequitur respectus, cum respectu ipso», sicut nomen scientiae significat qualitatem (habitum conclusionum) cum respectu ad scibile x. At nomen *finis* hoc addit supra nomen boni, quod *significat formaliter ipsum respectum finalizandi seu perficiendi;* se habet enim ad bonum *ut formale ad materiale.*

404. Hanc analogiam ipse S. Thomas egregie et profunde expendit hisce verbis: «effectum a *sua* causa dependere oportet; hoc enim est *de ratione* effectus et causae. — Quod quidem *in causis formalibus et materialibus manifeste* apparet. Quocumque enim materiali vel formali principio subtracto, res statim esse desinit, cum huiusmodi principia *intrent* essentiam rei.

Idem autem iudicium oportet esse de causis efficientibus et formalibus vel materialibus; nam efficiens est causa rei secundum quod formam inducit vel materiam disponit: unde *udem dependentia rei est ad efficiens et ad materiam et formam,* cum per unum eorum ab altero dependeat.

De finalibus autem causis oportet etiam idem esse iudicium quod de causa efficienti; nam *finis non est causa nisi secundum quod movet efficientem ad agendum.* Non enim est primum in esse, sed in intentione solum; unde et *ubi non et actio, fion est causa finalis»*2.

405. Apparet igitur quam ruditer loquantur illi qui, admittentes principia causalitatis formalis et materialis, immo et efficientis, esse analytica, hoc negant de principio causalitatis finalis. Eo enim ipso quod fini convenit primus modus causandi per se, haec causalitas fundat primum modum dicendi per se in ordine ad ipsam causalitatem et actionem agentis.

1 *De Vent,* 22, 12. [Cf. *De principiis naturae,* I, p. 385.]

1 *De Veril., 21, 6.*
1 *De Potent,, 5, 1.*

406. *b) Declaratio materialis et quasi a posterion, per discursum particularem mere explicativum seu per deductionem ad sensum.* Nam, quia «primum principium nostrae cognitionis est sensus oportet ad sensum *quodammodo* resolvere omnia de quibus iudicamus» [1]. Et hoc est resolvere terminos intellectus *in experientiam,* quasi *in materiam causae* intellectionis [2]. Quem processum antiqui appellabant *syllogismum expositorium,* qui «*non* est *vere* syllogismus, sed magis quaedam *sensibilis demonstratio* seu quaedam resolutio facta ad *sensum* ad hoc ut consequentia, quae vera erat secundum *intellectualem* cognitionem, *declaretur* in *sensibili*», ut dicit Auctor Opusculi *De Natura syllogismorum* [3].

407. Et licet «experientia *proprie* ad *sensum* pertineat», qua singularia sensibilia «prout sunt hic et nunc» cognoscuntur, «transfertur» tamen, extendendo «experientiae nomen, etiam *ad intellectualem* cognitionem» immediatam et incomplexam intelligibilis in sensibili, et maxime ad cognitionem intellectualem concretam rei intelligibilis prout in conscientia psychologica intellectuali exhibetur [4]; et relate ad hunc modum cognoscendi, intellectus dicitur etiam *sensus,* quia rem percipit *quasi sentiendo* [5].

Quae quidem experientia nobis est dupliciter utilis: *primo* ante cognitionem intellectualem huius principii, ut eam acquiramus, quia omnia nostra cognitio ex experientia ortum ducit; *secundo,* post eius cognitionem intellectualem immediatam et certissimam, ut in ea delectemur, nam «experientia etiam eorum quae prius sciebamus delectabilis est» [6] et quodammodo corroborat certitudinem intellectualem, sicut omnis delectatio fortificat operationem [7].

408. Haec ergo deductio experimentalis potest esse duplex: una, ad experientiam *internam,* quae est experientia, de se, pure intellectualis, per reflexionem psychologicam intellectus in proprios actus; alia, ad experientiam *externam,* quae materialiter est sensus externi, sed formaliter est intellectus utentis cogitativa

409. His dictis in gratiam tironum, ut *terminos* adhibitos cognoscant, *syllogismus expositorius ita proponi potest:* «omne agens vel agit per naturam vel per intellectum» [2]. Atqui utrumque agit propter aliquem finem. Ergo omne agens agit propter finem.

410. *Maior experientia constat,* qua perspicimus nos agere per intellectum; alia vero agentia infra nos agere sine intellectu, per naturam; et in his duabus categoriis continentur omnia agentia sensibilia, quae videmus et experimur. Haec ergo *Maior* continet simplicem catalogationem agentium quae videmus, classificatam secundum ipsam experientiam immediatam.

411. *Minor etiam experientia comprobatur,* quoad utramque categoriam agentium.

Agentia per intellectum sumus nos, homines. Et *experientia interna* percipimus nos semper agere propter aliquem finem quando, ut homines, per intellectum agimus, ut articulo praecedenti declaratum est (n.° 263); quia experimur nos, per nostrum intellectum practicum, praedeterminare actiones voluntatis et motus appetitus sensitivi atque etiam operationes membrorum exteriorum, producendo *ordinem* in actionibus voluntatis et in exterioribus rebus per artem [3] in proprios fines. *Experimur* enim quod intellectus practicus non est mere repraesentativus rei quam intelligit, sicut intellectus speculativus, sed est *praesignativus* et *productivus* rei quam ordinat, «sicut exemplar factivum» eius [4].

Ista ergo ordinatio actionum nostrarum in finem praestitutum et dictatum a nostro intellectu practice, *cadit sub*

De Verit., 12, 3.
I, 84, 6; *II Post.,* lect. 20, n.° 12.
Inter opuscula spuria S. Thomae, edit. Vives, t. XXVIII, p. 64 a.
De Malo, 16, 1 ad 2; *De Vertt.,* 10, 8 ad 8 in contrarium; *In Psalm.* 33, n.° 9. edit. Vives, t. XVIII, p. 419 b.
I, 54, 5 ad obiecta; II-II, 49, 2 ad 3.
II Sen.,. dist, 23, 2, 2 ad 2; *IV* Sent., dist I, I, 2, qla. 2 ad 2. /P' *Sent;* dist. 49, 3, 1, qla. 1.

In I Metaph., lect. i, n.° 15.
III Contra Gent., cap. 2. [Cf. Algazel, *Metaphysica,* p. 58.]
In I Ethic., lect. 1, nn. 1-2.
IV Sent., dist. 8, 2, 1, qla. 4 ad 1; *I Periherm.,* lect. 3, n.° 7.

experientia immediata interna, sicut alia quae sunt per essentiam suam in anima, ut ipse S. Thomas observat: «illa —inquit— quae sunt per essentiam sui in anima, cognoscuntur *expérimentait cognitione,* in quantum homo *experitur* per actus principia intrinseca; sicut voluntatem *percipimus* volendo, et vitam in operibus vitae», et eodem iure percipimus *ordinem* actionum nostrarum in finem in ipsis actionibus quas deliberata voluntate exercemus \ utpote *conscia et deliberato modo* active imponentes talem ordinem per proprium actum rationis practicae.

412. *Agentia vero per naturam,* quae sunt cetera agentia inferiora seu irrationalia, agunt *per motum,* ut videmus; nam et *natura* est *principium motus.* Unde et nomen naturae primo est impositum «ad significandam generationem viventium, quae *nativitas vel pullulatio* dicitur, ut dicatur natura quasi *nascitura»* \

Et *videmus* etiam quod iste motus *uniformi et determinate modo* fit, nisi alius motus contrarius et *determinatus* alterius naturae illum impediat aut perturbet. *Experimur* enim quod non ex quocumque semine generatur quodeumque aut quomodocumque, sed ex determinato semine determinatum vivens per vias fixas et determinatas; v. gr., «ex determinato semine fit homo, et ex determinato semine oliva»[2], et non e converso, ex semine olivae fit homo aut ex semine humano fit oliva; et quidem secundum determinatum modum procedendi, «quia oportet primum fieri semen et non statima principio est animal; et ipsum semen non statim est induratum, sed a principio est molle et quodam ordine ad perfectionem tendit»[3], et secundum determinatum tempus pro unaquaque specie viventis.

Similiter etiam *videmus* quod non ex quocumque vivente vel natura emittitur quodeumque semen, sed ex determinato vivente determinatum semen, ut ex tritico semen triticeum et ex cane caninum[1].

Experimur ergo quod in operationibus naturalibus agentium per naturam habetur determinatum principium, determinatus processus et determinatus finis seu terminus. *Experimur* igitur *ordinem* priorum et posteriorum *in motu naturali,* ita ut prima sint *ad* posteriora et haec *ad* ultima motu continuo[2]. Hoc autem idem est ac dicere quod omnia praecedentia sunt propter ultimum tanquam propter finem; nam ideo sunt naturaliter *ad* illud ordinata, quia sunt *propter* illud[3].

413. Quod confirmatur *experientia interna et externa in innim adunatis. Experimur* enim experientia *interna* quod, exercendo opera artis, v. gr., medicinae, aedificationis, picturae, agimus propter aliquem finem praedeterminatum ab intellectu practico. Simul autem *experimur* quod in his operibus, quando rite et secundum exigentiam artis fiunt, *imitamur* naturam et *utimur* legibus naturae. Medicus enim, ut sanet, scrutatur conditiones naturae aegrotae et porrigit aegroto medicamenta proportionata suae naturae, *utendo,* quantum est possibile, principiis sanis naturae, et ea *adiuvando,* ut naturaliter sanent. Unde et bonus medicus non omnibus aegrotis eadem remedia praescribit, sed alia parvulis, alia viris, alia mulieribus, secundum naturalem conditionem uniuscuiusque.

Pariter aedificator in aedificando leges naturae soli, lapidum, lignorum, ferri, arenati, observare debet, ne domus construenda in praeceps eat, sed solida maneat, sicut ipsa natura. Unde et quanto magis ad naturam accedit, tanto sapientior est aedificator.

Eodem modo, pictor observare debet leges naturales perspectivae seu opticae in dispositione colorum et lucis; immo et se submittere debet legibus naturalibus chimicis

[1] I-II, 112, 5 ad r.
[2] III, 2, i.
In II Physic., lect. 7, n.° 7.
Ibid., lect. 14» n® 4·
Ibid., n.° 6.
Ibid., lect. 13, n.° 3; lect. 14, n·0 7-

in colorum elaboratione et mixtione, attendendo etiam ad naturalem conditionem superficiei, v. gr., lapidis, ligni, lintei, in qua imaginem depingere intendit.

414. Si ergo opera artis sunt propter finem et haec pendent a legibus regulantibus opera naturae, a fortiori natura operatur propter finem; nam propter quod unumquodque tale, et illud magis

Unde nullus est artificialismus, quem quidam tantopere irrident; quia non concipimus naturam sicut artem, sed artem sicut naturam.

Propter quod S. Thomas profunde arguit dicens quod, si agens per intellectum agit propter finem, quia actio eius *determinatur* per *praedeterminationem* finis *praeconcepti,* multo magis agens per naturam, ubi multo maior est determinatio actionis in suo principio, in suo processu et in suo termino; nam «ubicumque sunt *determinata* principia et *determinatus* ordo procedendi, ibi oportet esse *determinatum* finem propter quem alia fiunt» [2].

415. Neque ista relatio ordinis causalis agentis per naturam in finem est pro nostro intellectu aliquid mediatum et deductum, sed est quid immediatum; quia est quid sensibile per accidens et *intelligibile per se* in sensibili *communi* et per se *motus naturalis* agentium per naturam. Nam inter sensibilia *per se,* inveniuntur sensibilia *communia,* quae sunt sensibilia *per se secundo,* per contrapositionem ad sensibilia *per se primo,* quae sunt sensibilia *propria.* Sunt autem quinque sensibilia *communia,* scilicet *motus,* quies, numerus, figura et magnitudo [4].

Quando ergo experientia externa videmus, sentiendo per se, *motum* naturalem, sentimus per accidens et intelligimus per se *principium* eius, quod est causa efficiens seu agens; et *ordinem* ad terminum ipsius, qui est causa finalis; et *dependendam* causalem agentis a fine, quae est principium causalitatis finalis.

[2] ***III*** *C. Gent.,* cap. 2; ***II*** *Physic.,* lect. 14, n.° 8.

[3] ***II*** *Physic.,* lect 14, n.° 4. [Cf. S. Augustinum, *in Psalm. 101,* Serai. III, n.025.]

[4] ***IV*** *Sent,* dist 49, 2, 2; II *De Anima,* lect. 13, n.° 386; *De Sensu et Sensato,* lect. 2, n.° 29; ***III*** *Ethic.,* lect. 19, n.° 605; I, 17, 2.

416. Pro cuius maiori evidentia sciendum est quod, ad hoc ut aliquid sit *sensibile per accidens et intelligibile per* se, requiruntur *tres conditiones: prima, «quod accidat* ei quod est sensibile per se, sicut accidit albo esse hominem et esse dulce»; *secunda,* «quod sit apprehensum *per se ab aliqua alia jacultate cognoscitiva sentientis'»,* nempe ab intellectu; «si enim ita accideret sensibili per se quod lateret sentientem, non diceretur per accidens sentiri»; *tertia,* quod *«statim, ad occursum rei sensatae, absqtie ulla dubitatione et discursu, apprehendatur ab intellectu» sentientis,* «sicut statim cum video aliquem loquentem vel moventem seipsum, apprehendo per intellectum vitam eius, unde possum dicere quod video eum vivere» \ si enim daretur discursus, non esset sensatio et experimentum, quae sunt cognitiones immediatae, neque esset cognitio *in* sensibili, sed *ex* sensibili abstracto et intellecto, «sicut sensibilia *intellecta* manuducunt in intelligibilia *divinorum»*[2].

417. Iam vero, hae tres conditiones cumulative verificantur in casu praesenti. Prima quidem, quia accidit huic sensibili per se, quod est *motus* naturalis, esse effectum causae efficientis et causae finalis, non quidem quatenus est motus ut motus, sed quatenus est sensibilis; — secunda etiam, quia *quod quid est* motus proprium obiectum intellectus, atque ideo intelligibile per se; — tertia denique, quia *statim,* ad occursum rei sensatae, quae est motus naturalis, intellectus sentientis, absque ulla dubitatione et discursu, percipit *quod quid est* eius; nam videndo sensu motum, intellectu video moventem, sicut videndo sensu motum vitalem intellectu video vitam et viventem: movens autem est causa efficiens motus; video ergo causam efficientem motus in suo exercitio causandi: — similiter, videndo sensu prosecutionem motus, video intellectu ordinem et directionem ipsius ad aliquem terminum, qui est finis; video ergo intellectu causam

II *De Anima,* lect. 13, nn. 395"39ò; ***IV*** *Sent.,* dist. 49, 2, 2. *De Vent.,* 10, 6 ad 2.

finalem motus prout est in ipso moveri, et consequenter causalitatem eius in moventem prout est in exercitio activo movendi, cum totum *moveri* videam quod est a *movere* sicut motus a movente.

418. Videndo ergo sensu motum naturalem, video intellectu quidditatem motus in actu exercito; et in hac quidditate *cointelligo,* videndo per intellectum, causam moventem et causam finalem motus, una cum dependentia causali moventis a fine, in actu quoque exercito, cognitione scilicet vulgari et directa, non cognitione reflexa et critica, quae est cognitio scientifica seu in actu signato. Sicut omnes naturaliter cognoscimus veritatem in actu exercito quandocumque verum indicium proferimus, licet non omnes sciant definire veritatem critice et in actu signato 1.

419. Nec mirum; quia *iinaquaeque facultas, in obiecto materiali ei obversato, percipit rationem formalem proprii obiecti,* ut in saccharo visus percipit albedinem, gustus dulcedinem. Proprium autem obiectum intellectus est *quod quid est.* Unde quando sensui exhibetur motus, intellectus sentientis percipit eius quidditatem, quae consistit in eo quod sit *ab* aliquo *in* aliquid, hoc est, *ab* agente *in* finem. Et cum *ordo* etiam sit proprius intellectus, quando plura percipit, ea intelligit ut unum, quia *ut ordinata.* Propter quod, intelligendo motum, percipit simul *ordinem* prioris et posterioris, nempe agentis ad finem, ex attractione finis, quae est causalitas finis in agentem.

420. Quando ergo sensus percipit *successionem* unius posi alterum, videndo *motum,* intellectus videt *causalitatem efficientem prioris* in posterius, simulque *causalitatem finalem* posterioris in prius. Neque ulla est ratio cur causa *efficiens* sit sensibilis per accidens et intelligibilis per se in motu seu effectu sensibili per se, et causa *finalis* sit alterius conditionis sensibilis et intelligibilis; sunt enim causae *essentialiter correlativae in causando,* atque ideo, *ut tales,* sunt etiam *simul cognitione*2.

1 Vide Caietanvm, *In I,* i6, *2,* n.° 6.

2 («Causa intelligitur *in* effectu» (I *Sent.,* d i8, 1, r ad. 1).]

Quae cum ita sint, non possum consentire Hugon dicenti «principium illud non esse immediate notum, sed *concludi»,* eo fere modo quo immortalitas animae humanae non est immediate nota, sed *concluditur,* licet, praedicatum contineatur in subiecto h Hoc est *reducere* tale *principium ad meram conclusionem,* et quidem sat remotam et difficilem intellectu, ut est conclusio de immortalitate animae humanae.

421. B) *Demonstratur.*

Non potest demonstrari demonstratione *directa seu ostensiva.* Aut enim demonstratio haec esset a priori aut a posteriori. *Non a priori,* quia demonstratio *a priori* est *per causam;* finis autem, cum sit prima causarum, non habet causam priorem se, ex qua posset demonstrari. Quod si finis causatur ab agente, hoc est quantum ad *esse* finis, nempe quantum ad rationem specificativam *entis,* non quantum ad rationem formalem et reduplicativam *causae.* Ergo principium finalitatis, quod est principum causae finalis ut formaliter et reduplicative est causa, non potest a priori demonstrari demonstratione directa.

Sed neque *a posteriori.* Nam demonstratio directa a posteriori est *ex proprio effectu* eius quod demonstrandum est. Atqui proprius effectus causae finalis est ipsamet causalitas causae efficientis. Deberet ergo haec demonstratio procedere ex ipsa causalitate causae efficientis, non specificative ut est ens, sed reduplicative et formaliter ut est causa efficiens et effectus quasi formalis finis. Hoc autem supponit praecognitionem finis ut causae causalitatis efficientis. Supponitur ergo notum id quod erat demonstrandum, et concluiso demonstranda sumitur ut principium demonstrationis; quod est incidere in circulum vitiosum.

422. Unde, si quae demonstratio dari potest de hoc principio, haec debet esse *demonstratio indirecta seu ad absurdum.*

Et vere hoc genere demonstrationis demostrari potest, sicut et alia prima principia.

1 *Cursus philosophiae thomisticae, Metaph. Ontol.,* tract. 4, q n? 14. Parisiis, 1907, L VI, p. 204.

423. *a) Primum argumentum ad absurdum* est quod, negato principio causalitatis finalis, eo ipso omnes causae de medio tolluntur, et consequenter omnis possibilitas scientiae, quae *essentialiter est cognitio rerum per causas.* Maximum et supremum absurdum!

Et hoc est argumentum, quod suggerit S. Thomas in prima parte corporis articuli huius:

Sublata causa causarum, omnes causae de medio tolluntur et omnis possibilitas cognitionis scientificae destruitur. Atqui negato principio causalitatis finalis, omnes causae tolluntur de medio et destruitur omnis possibilitas cognitionis scientificae.

424. *Aiajor* patet, quia sublata causa, tollitur effectus. Omnes autem ceterae causae et omnis possibilitas cognitionis scientificae se habent ad causam causarum ut effectus ad causam, ut patet ex terminis. Sublata ergo causa causarum, omnes causae et omnis possibilitas scientiae de medio tolluntur.

425. *Minor* facile constat. Negato principio causalitatis finalis, negatur aequivalenter ipsa causa finalis, ut ex terminis patet. lam vero causa finalis est causa causarum, cum sit *prima* omnium, et quatuor genera causarum sint ad invicem *per se* ordinata. Causarum autem ad invicem *per se* ordinatarum, si prima subtrahatur, necesse est et alias subtrahi. Ergo negato principio causalitatis finalis, causa causarum de medio pellitur.

426. Hunc ordinem *per se* inter quatuor genera causarum ita perspicue exponit S. Thomas: «causae autem *ad invicem ordinem habent;* nam ex una sumitur ratio alterius. Ex forma enim sumitur ratio materiae; talem enim oportet esse materiam, qualem forma requirit: efficiens autem est ratio formae; quia enim agens agit sibi simile, oportet quod secundum modum agentis sit etiam modus formae, quae ex actione consequitur: ex fine autem sumitur ratio efficientis; nam omne agens agit propter finem»\ «Ulterius autem non est procedere in generibus causarum; unde dicitur quod finis

1 *In I Post.,* lect. 16, n.0 5.

est causa causarum»1, «quia est causa causalitatis in omnibus causis2.

427. Quod rursus ordine inverso ostendit, nempe *descendendo* a fine ad ceteras causas; nam in verbis modo citatis hoc ostenderat *ascendendo* a materia usque ad finem. Finis ergo «dicitur causa causarum, quia est causa causalitatis in omnibus causis. Est enim causa causalitatis efficientis...; efficiens autem est causa causalitatis et materiae et formae, nam facit per suum motum materiam esse susceptivam formae et formam inesse materiae: et, per consequens, etiam finis est causa causalitatis et materiae et formae» 3.

Revera experimur quod forma non recipitur nisi in materia disposita; materia autem non disponitur nisi ab aliquo disponente, qui est causa efficiens eius, quatenus «praeparat materiam ad formam, sicut ille qui dolat ligna et lapides dicitur domum facere» 4; et insuper, quando est causa per se et principaliter efficiens, educit formam de potentia materiae eamque efficienter unit materiae, efficiendo per se ipsum compositum; efficiens vero non agit ad dispositionem materiae neque ad eductionem formae neque ad unionem utriusque nisi propter bonum et finem, ut scilicet generet sibi simile in specie vel ut diffundat aut communicet speciem suam alteri.

428. Quae quidem causalis dependentia agentis, ut reduplicative agens est, a fine, demonstratur *ad absurdum* hoc modo: agens actione sua aut tendit in aliquem effectum certum et determinatum et definitum, aut in aliquem effectum incertum seu indifferentem et indeterminatum et indefinitum; nam agens actione sua necessario tendit in aliquem effectum, quod si secus, eo ipso desineret esse agens actu; inter determinatum autem et indeterminatum, definitum et indefinitum, certum et incertum seu indifferens, non datur

1 *In II Post.,* lect 8, n.° 3.

» *In V Metaph.,* lect. 3, n.° 782. Vide etiam Guillelmum Peraldum, 0. P., *Summa Virtutum et Vitiorum,* t. I, II P., tract 1, prolog., edit. Lugduni, 1556, p. 38 a.

3 *In V Metaph.,* lect. 3, n.° 782. [Cf. *in I Meteor.,* lect. 2, n. 4.]

4 *Ibid.,* lect. 2, n.° 767.

medium, ut ex terminis constat. Si *primum,* habemus quod volumus; nam tendere in aliquid determinatum et *definitum* est tendere in aliquem *finem,* ut nomine ipso patet. *Sin alterum,* omnes effectus essent agenti *indifferentes* et vicissim agens ut agens *indifferenter* se haberet ad omnes et singulos effectus. Atqui ex indifferenti *nihil* sequitur; quia quod *indifferenter* se habet ad multa, non magis unum *determinate* operatur quam aliud, cum ad omnia illa *aequali modo* se habeat. Ageret ergo omnia actione sua aut nihil. *Non omnia,* ut videmus. Ergo ageret *nihil.* Agens autem quod actione sua nihil ageret et nihil posset agere, est contradictio in adiecto. Ergo sublato fine actionis et agentis, eo ipso funditus evertitur omnis causa efficiens et omnis causalitas eius[1].

429. Et tamen actio revera est, et quidem determinata specie et numero, cum non possit dari actio realis quae non sit individuata neque sub aliqua specie constituta. Ergo necesse est quod tendat in aliquem effectum determinatum specie et numero sicut in proprium finem.

Propter quod S. Doctor merito scribit: «in unoquoque motu, *motoris intentio* fertur in aliquid *determinatum,* ad quod mobile perducere *intendit;* intentio enim est *de fine,* cui repugnat *infinitum*»[2]; et ideo «qui ponit *infinitum* in causa finali, *destruit* et naturam boni» [3].

430. *b) Secundum argumentum ad absurdum est specialiter pro agente per naturam,* et consistit in eo quod, si agens naturale seu per naturam non ageret propter finem, *ipsamet natura destrueretur,* et consequenter *ipsummet agens per naturam;* nam primum argumentum erat *pro quocumque* agente.

431. Est absurdum quod deducit Aristoteles his verbis: ολω δ' αναιρεί ὁ ούτω λέγων τά φύσει τε καί φύσιν[4]; et

1 [Cf. Algazel, *o. c.,* p. 38].

2 62, 9.

De Pot., 5, 5. Videatur etiam ***III*** *Sent.,* dist. 27, 1, 3, edit Moos, ”'° nS' ^erit· 283 7' 111 Genl·, cap. 2, ult. ratio; cap. 17, rat. ult.; t *leCt' 5' D-° II; Iect· IO' n'° I5i 11 Post” Iect· 7,* n.o 2; I, 5, 4; 44, I-II3 h. 1.

4 ***II*** *Physic.,* cap. 8, η.θ io, II, 270, 43-44.

S. Thomas exponit dicens: «ille qui sic dicit, naturam scilicet non agere propter aliquid, *destruit naturam et ea quae sunt secundum naturam.* Haec enim dicuntur esse secundum naturam, *quaecumque ab aliquo principio intrinseco moventur continue, quousque perveniant ad aliquem finem,*- non in quodcumque contingens neque e quocumque principio in quemcumque finem, sed *a determinato principio in determinatum finem;* semper enim ab eodem principio proceditur in eumdem finem, nisi aliquid impediat» \

432. Haec est enim differentia inter agens naturale et agens intellectuale, quod agens *intellectuale, ex se,* se habet *ad utrumlibet,* et determinat seipsum per proprium intellectum ad unum ex illis determinate operandum, — et hoc est sibi ipsi praestituere finem; — agens vero *naturale* est, *ex se, determinatum* ad unum, et ideo non sibi praestituit finem, sed tendit in finem sibi naturaliter determinatum vel potius ab Auctore naturae praefixum, ut postea explicabitur. Eo ergo ipso quod natura est naturaliter determinata ad agendum, naturaliter operatur propter finem, utpote naturaliter procedens in suis operationibus a determinato principio in determinatum finem per determinatas vias.

433. Unde sublata causa finali ab agente per naturam, *motus naturalis* statim tollitur et consequenter ipsum movens *naturale;* quia tota *naturalitas* eorum radicitus evelleretur, quae procedebat ex fine *naturali.* Sublato autem motu *naturali, natura* ipsa destruitur, quae est, per definitionem, principium per se motus *naturalis* [2]. Quapropter qui negat agens naturale agere propter finem, sustinet positionem *extraneam* a philosophia naturali[3], neque indiget proprie loquendo ratione in hoc ordine, sed *sensu,* ut ait S. Thomas post Aristotelem respectu negantis *motum naturalem* [4].

434. Patet ergo ex omnibus hucusque dictis quod omne agens agit propter finem seu quod omne agens in agendo

In ***II*** *Physic.,* lect. 14, n.° 7.

II *Physic.,* cap. 1, n.° 2, II, 260, 49-5°; 261, 1.

3 *De Malo,* q. 6, art. unie., circa principium corporis.

In VIII Physic., lect. 5, n.° 3.

intendit, hoc est, *tendit in* aliquem finem; licet quandoque impediatur per accidens ab eius executione vel consequutione reali et effectiva, si finis ille sit *operatum* realiter distinctum ab operatione agentis. At hoc non solum non infirmat, sed et confirmat omne agens agere propter finem.

435. SECUNDO, DICENDUM est quod, *si agere propter finem sumatur proprie et stricte pro modo perfecto et activo agendi propter finem, prout scilicet agens tendit in finem quasi se agens vel ducens ad finem a seipso per propriam rationem praestitutum, tunc agere propter finem est proprium et exclusivum hominis inter omnia agentia sensibilia huius mundi adspectabitis.*

436. *Demonstratur.* Agere propter finem modo activo et perfecto, hoc est, cum perfecta cognitione et perfecto appetitu finis, quasi se active dirigens et movens in finem a proprio appetente excogitatum, est proprium agentis per intellectum coniunctum seu ex voluntate deliberata. Atqui agere per intellectum coniunctum seu ex voluntate deliberata est proprium et exclusivum hominis inter omnia agentia sensibilia huius mundi adspectabilis. Ergo agere propter finem modo activo et perfecto, hoc est, cum perfecta cognitione et perfecto appetitu finis, quasi se active dirigens et movens in finem a proprio appetente excogitatum, quod est antonomastice agere propter finem, est proprium et exclusivum hominis inter omnia agentis sensibilis huius mundi adspectabilis.

Maior constat ex dictis articulo praecedenti.

437. *Minor* vero patet ex eo, quod solus homo inter omnia agentia huius mundi sensibilis habet intellectum coniunctum, cum sit *essentialiter animal rationale;* et per *rationalitatem,* quae est eius differentia *specifica,* differt essentialiter a ceteris substantiis sensibilibus seu corporalibus, quae *irrationales* sunt seu non habentes intellectum coniunctum, ut ex simplici inspectione arboris porphyrianae apparet.

Manifestum est enim quod agentia huius mundi adspectabilis sunt substantiae corporeae; quia sola substantia per se *est,* et ideo sola substantia per se *agit;* unde et actiones dicuntur esse suppositorum seu subsistentium, quae directe

pertinent ad categoriam substantiae. Agentia ergo huius mundi sensibilis sunt *corpus,* nam substantia corporea est corpus. Corpus autem physicum immediate et adaequate dividitur in animatum et inanimatum; animatum vero, quod est corpus vivens, adaequate et immediate subdividitur in sensitivum et insensitivum; sensitivum denique, quod est animal, immediate et adaequate subdividitur in *rationale,* quod est *homo,* et irrationale, quod sunt bruta animalia.

Sub homine autem non amplius datur divisio essentialis seu specifica, sed solum materialis et individua, cum homo sit species infima seu atoma. Constat ergo quod solus homo inter omnes substantias corporeas *habet intellectum coniunctum,* et consequenter solus homo inter omnia agentia sensibilia seu corporalia *est agens per intellectum coniunctum.*

438. Et quidem, quod *animal adaequate et immediate dividatur in rationale et irrationale,* hoc est, *in hominem et cetera bruta animalia,* manifestis argumentis comprobatur, sive ex modo operandi sive etiam ex modo essendi.

439. *Ex modo operandi.* Nam, quantum ad *cognitionem,* «non intelligunt neque ratiocinantur; quod ex hoc *apparet,* quod omnia animalia eiusdem speciei similiter operantur, quasi a natura mota et non ex arte operantia: omnis enim hirundo similiter facit nidum, et omnis aranea similiter telam» [1] «et sic est in omnibus aliis brutis considerare» [2]; «quod non esset, si ex seipsis quasi per artem operantia, sua opera disponerent» [3]. Itaque «ex iudicio naturali agunt et moventur omnia bruta; quod quidem patet *tum* ex hoc quod omnia quae sunt eiusdem speciei similiter operantur, sicut omnes hirundines similiter faciunt nidum, *tum* ex eo quod habent iudicium ad aliquod opus determinatum et non ad omnia, sicut apes non habet industriam ad faciendum aliquod aliud opus nisi favos mellis; et similiter est de aliis animalibus» [4]. Equidem «animalia bruta bene cognoscunt aliqua

[1] *II Contra Gent.,* cap. 82.
[2] *De Virtutibus in communi,* 6.
[3] *II Sent.,* dist. 25, a. ad 7; I-II, 13, 2 ad 3.
[4] *De Verit.,* 24, I.

vera [ut *rem)* puta hoc dulce, sed non [ut *veram,* quia non cognoscunt] *veritatem* huius propositionis: hoc [dulce] est verum; quia hoc consistit in adaequatione huius intellectus ad rem, quod non possunt facere bruta»[1].

Carent ergo vero progressu ex seipsis, quasi *per inventionem.* Unde et a saeculis omnia animalia eiusdem speciei eodem modo suas operationes et sua operata exercent, absque ullo progressu et retrocessu.

Possunt tamen aliqualiter progredi quantum ad aliquas operationes *ex hominis disciplina,* ut in canibus, equis, elephantibus, simiis aliisque animalibus videmus, quae inde domita et mansueta vocantur. At haec perfectio, quam acquirunt, deficit a vera ratione habitus, sed est mera habilitas, «quia non habet dominium utendi vel non utendi, quod videtur ad rationem habitus pertinere»[2]. Quod quidem ita egregie explicat S. Doctor: «tam homines quam bruta beneficiis inducuntur et flagellis prohibentur, vel praeceptis vel prohibitionibus; sed *diversimode,* quia in potestate hominum est ut eisdem rebus similiter repraesentatis, sive sint praecepta et prohibitiones, sive sint beneficia et flagella, eligant vel fugiant iudicio rationis; — sed in brutis est iudicium naturale determinatum ad hoc id quod uno modo proponitur vel occurrit, eodem modo accipiatur vel fugiatur.— Contingit autem ex memoria praeteritorum beneficiorum vel flagellorum ut bruta aliquid apprehendant quasi amicum, et prosequendum vel sperandum; et aliquid quasi inimicum, et fugiendum vel timendum: — et ideo post flagella, ex passione timoris, quae inde eis insurgit, inducuntur ad obediendum motui instructoris» [3].

440. Similiter, quantum ad eorum *appetitiones.* Nam «*delectationes* brutorum animalium omnes referuntur ad conservantia corpus; non enim delectantur in sonis, odoribus et aspectibus, nisi secundum quod sunt indicativa ciborum

[1] *In Psalm. 35,* n.° 5, ed. Vives, t. 18, p. 439 b
[1] I-II, 50, 3 ad 2.
[*] *De Verit.,* 24, 2 ad 7.

vel venereorum, circa quae est omnis eorum delectatio» [1]; «neque enim odoribus leporum canes gaudent, sed cibatione: neque leo voce bovis, sed comestione, ut dicitur in III Ethic.»[2].

441. Et huius *signum* est quod bruta animalia *non habent loquelam,* sed solam vocem; nam «etsi bruta animalia, aliquid manifestent, non tamen manifestationem *intendunt,* sed naturali instinctu aliquid agunt, ad quod manifestatio sequitur»[3], quod requiritur ad loquelam proprie dictam. Unde neque substitutionem loquelae per scripturam adinvenerunt animalia bruta.

442. Explicationem huius egregiam dedit iterum S. Thomas, cum scribit: «videmus enim quod, cum quaedam alia animalia habeant *vocem,* solus homo supra alia animalia habet *locutionem.* Nam etsi quaedam animalia locutionem humanam proferant, non tamen proprie loquuntur, quia non intelligunt quid dicunt, sed ex usu quodam tales voces proferunt.

Est autem *differentia inter sermonem et simplicem vocem.* Nam *vox* est signum tristitiae et delectationis, et per consequens, aliarum passionum, ut irae et timoris, quae omnes ordinantur ad delectationem et tristitiam, ut in II Ehic. dicitur. Et ideo *vox* datur aliis animalibus, quorum natura usque ad hoc pervenit, quod sentiant suas delectationes et tristitias, et hoc sibi invicem significent per aliquas *naturales* voces, sicut leo per rugitum et canis per latratum, loco quorum nos habemus *interiectiones.*

Sed *locutio* humana significat quid est utile et quid nocivum; ex quo sequitur quod significet iustum et iniustum. Consistit enim iustitia et iniustitia ex hoc quod aliqui adaequentur vel non adaequentur in rebus utilibus vel nocivis. Et ideo locutio est propria hominibus; quia hoc est proprium eis in comparatione ad alia animalia, quod habeant cogni-

[1] *II C. Gent.,* cap. 82.
[«] I-II, 31, 6.—Vide *IV Ethic.,* lect. 19, nn. 609-611.
[*] II-II, no, i.

tionem boni et mali, iusti et iniusti et aliorum huiusmodi, quae sermone significari possunt» [1].

Et hanc *naturalem* vocem, quam emittunt, semper eandem et uniformiter emittunt animalia eiusdem speciei. E contra, homo vocem etiam suam mutat et praesertim verba seu locutionem, quae est signum artificiale, significativum ad placitum [2].

443. Praesertim vero carentia intellectus in brutis animalibus apparet ex hoc quod *non cognoscunt relationem causae et effectus, finis et mediorum.* Unde et mutatis vel paululum conditionibus agendi, omnino inepte actiones suas prosequuntur. Propter quod S. Augustinus ait: «frui quidem cibo et qualibet corporali voluptate, non adeo absurde existimantur et bestiae; *uti* autem aliqua re non potest nisi animal quod rationis est particeps: *scire namque quo quidque referendum sit, non datum est rationis expertibus;* sed neque ipsis rationalibus stultis» [3].

Et profundius S. Thomas: «bruta animalia —inquit— moventur ad finem, *non quasi considerantia quod per motum suum possunt consequi finem,* quod est proprie intendentis; sed, concupiscentia finem naturali instinctu, moventur ad finem quasi ab alio mota, sicut et cetera quae moventur naturaliter» [4].

His ergo momentis constat quam merito S. Doctor dicat quod «causa operationum brutorum animalium est *instinctus quidam quo moventur in modum naturae;* non enim habent dominium sui actus» [6].

444. *Ex modo etiam essendi et standi.* Aliam enim morphologiam et aliam staturam habent homo et bruta animalia, Qua de re dignus est qui audiatur iterum S. Thomas. «Tactus, qui est fundamentum aliorum sensuum, est perfectior in homine quam in alio aliquo animali; et propter hoc oportuit quod homo haberet temperatissimam complexionem inter omnia animalia.

Praecedit etiam homo omnia alia animalia quantum ad vires sensitivas interiores... Necessarium enim fuit quod homo inter omnia alia animalia, respectu sui corporis, haberet maximum *cerebrum...,* ut liberius in eo perficerentur operationes interiorum virium sensitivarum, quae sunt necessariae ad intellectus operationem...» [1].

«Cornua et ungula, quae sunt quorundam animalium arma, et spissitudo corii et multitudo pilorum aut plumarum, quae sunt tegumenta animalium... repugnat aequalitati et teneritudini complexionis humanae; et ideo haec homini non competebant. Sed loco horum habet *rationem et manus,* quibus potest parare sibi arma et tegumenta et alia vitae necessaria infinitis modis. Unde et manus, in III de Anima, dicitur organum organorum. Et hoc magis competebat rationali naturae, quae est infinitarum conceptionum, ut haberet facultatem infinita instrumenta sibi parandi» [2].

«Habere *staturam rectam* conveniens fuit homini *propter watuor. Primo* quidem, quia *sensus* sunt dati homini non solum ad vitae necessaria procuranda, sicut aliis animalibus, sed *etiam ad cognoscendum.* Unde, cum cetera animalia non delectentur in sensibilibus nisi per ordinem ad cibos et venerea, solus homo delectatur in ipsa plenitudine sensibilium *secundum seipsam;* et ideo, quia sensus praecipue vigent in facie, alia animalia habent faciem pronam ad terram, quasi ad cibum quaerendum et providendum sibi de victu: homo vero habet faciem *erectam,* ut per sensus, et praecipue per visum, qui subtilior et plures differentias rerum ostendit, libere ex omni parte sensibilia cognoscere, et coelestia et terrena, ut ex omnibus intelligibilem colligat veritatem.

Secundo, ut interiores vires liberius suas operationes habeant, dum *cerebrum,* in quo quodammodo perficiuntur, non est depressum, sed super omnes partes corporis *elevatum.*

Tertio, quia oporteret quod, si homo haberet pronam

in *I Polit.,* lect. i, edit Vives, *Opera,* t. XXVI, pp. 98-99.
In I Perth., lect. 4, nn. 5-6.
De diversis quaestionibus octoginta-tribus, q. 30. ML. 40, 19.
I-II, 12, 5 ad 3.
II-II, 95, 7-

1 I, 9b 3 ad I.
1 *Ibid.,* ad 2.

staturam, uteretur manibus loco anteriorum pedum, et sic utilitas manuum ad diversa opera perficienda cessaret.

Quarto, quia, si haberet pronam staturam et uteretur manibus loco anteriorum pedum, oporteret quod cibum caparet ore; et ita haberet os oblongum et labia dura et grossa et linguam etiam duram, ne ab exterioribus laederetur, sicut patet in aliis animalibus. Et talis dispositio omnino impediret *locutionem,* quae est proprium opus rationis»x.

Apparet ergo quam vera et fundata sit divisio animalis in animal rationale [= hominem] et irrationale [= bruta animalia]; et quam solidis argumentis antiqui eam defenderunt. Neque experimenta nova a quibusdam recentioribus, v. gr., W. Kohler, allata, quidquam probant in contrarium, ut Morgan, Thorndike, Ettlinger, Kafka et alii demonstrarunt. Sed de his, ad zoologos.

445. *Patres* etiam solent in favorem huius distinctionis adducere verba Scripturae: «nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus» (Psalm. 31, 9). — «Hoc est dicere, ait S. Augustinus: praeposui te equo et mulo, te ad imaginem meam feci, potestatem super ista tibi dedi. Quare? *Quia non habent ferae rationalem mentem;* tu autem rationali mente capis veritatem, intelligis quod supra te est; subdere ei qui supra te est, et infra te erunt illa quibus praepositus es»l. Et alibi: «si haberent, inquit, intellectum pecora, non nobis diceret Deus: nolite esse sicut equus et mulus, quibus non est intellectus (Psalm. 31, 9). Quando hortatur nos ut non simus ut *pecora, sine intellectu,* ostendit nobis quia homini tribuit intellectum ad laudandum Deum»3.

446. Et magis nervose S. Fulgentius dicit: «firmissime tene et nullatenus dubites, in omni creatura quam spiritualem atque corpoream Summa Trinitas fecit, *solos* spiritus angelicos et humanos *tntelligendi facultatem* divinitus accepisse; ceteros vero spiritus *brutorum animalium* rationem et intelligentiam non accepisse, et etiam hoc omnino habere

In Epistolam Joannis ad Parthos, tract. 8, n.° 6. ML. 35, 2030
In Psal. 148, n.° 3. ML. 37, i939. 35' 2°39*

non posse. Propter quod dicitur hominibus: «nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus» (Psalm. 31, 9); et ideo animas hominum et animas pecorum unius naturae non esse, nec animas pecorum in homines nec animas hominum in pecora posse aliquando transire»

447. Iure igitur S. Augustinus, etiam independenter ab auctoritate Scripturae, scribit: «sensu nos bestiae multae superant, cuius rei causam non est hic locus ut quaeramus; *mente* autem, *ratione, scientia, nos illis Deus praeposuit»* l.

Et alibi pulcherrime describit differentiam inter modum operandi brutorum et hominum. «Ex multis rebus —inquit— passim ante iacentibus, deinde in unam formam congregatis, unam facio domum. — Melior ego, siquidem ego facio, illa fit; ideo melior quia facio, non dubium est inde me esse meliorem quam domus est.

Sed non inde sum melior hirundine aut apicula; nam et illa nidos affabre struit, et illa favos; sed *his melior, quia rationale animal sum.*

At si in ratis dimensionibus ratio est, numquidnam et aves quod fabricant minus apte congruenterque dimensum est? — Immo numerossisimum est. — *Non ergo numeros faciendo, sed numeros cognoscendo, melior sum.*

Quid ergo, illae nescientes operari numerosa poterant? Poterant profecto. — Unde id docetur? Ex eo quod nos quoque certis dimensionibus linguam dentibus et palato accommodamus, ut ex ore litterae ac verba prorrumpant, nec tamen cogitamus cum loquimur quo motu oris id facere debeamus.

Deinde, quis bonus cantor, etiam si musicae sit imperitus, non ipso sensu naturali et rhythmum et melos perceptum memoria custodiat in canendo? Quo id fieri numerosius potest? hoc nescit indoctus, sed tamen facit operante natura. Quando autem melior et pecoribus praeponendus? Quando novit quod facit?

l *De Fide ad Petrum,* cap. 24, n.° 67. Inter opera S. Augustini. ML. 40, 773'774-
l *Liber de quantitate Animae,* cap. 28, n.° 54› *32*› 1066.

At nihil aliud me pecori praeponit, nisi quod rationale animal stmv> h

448. *Ulterior explicatio multigeni modi agendi propter finem.* Ut tamen diversus modus agendi propter finem in diversis agentibus penitius intelligatur, recolendum est ex supra dictis, in prima parte huius articuli, quod *duo* sunt principia actionis propter finem, scilicet finis intentus seu intentio finis ut *ratio* agendi, et ipsa natura agentis ut *quod* agit, secundum illa verba S. Thomae: «in qualibet actione *duo* considerantur, scilicet *agens* et *ratio* agendi; ut in calefactione, *ignis* est *agens,* et *ratio* agendi *calor.* In movendo dicitur *finis* movere sicut *ratio* movendi, sed *efficiens* sicut *agens* [= producens] motum, hoc est, educens mobile de potentia in actum»2.

Ergo secundum diversum modum quo haec duo principia conveniunt agentibus propter finem, convenit etiam eis diversimode agere propter finem; nam sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet tale ad tale, hoc est, magis ad magis et minus ad minus et maxime ad maxime3.

449. Iam vero haec duo principia actionis propter finem *tripliciter* se habere possunt ad id quod in finem tendit.

Uno modo, quando *utrumque* principium est *extra ipsum* quod in finem tendit, quia neque per seipsum cognoscit finem, neque elicit motum in finem, et tunc id quod tendit in finem *coacte et violenter movetur in finem* sibi a compellente impositum; et ideo agens per violentiam *non vadit* in finem, quia nullo modo appetit finem neque cooperatur compellenti in finem, sed *solum ducitur materialiter in finem compellentis,* «ut sagitta inclinatur a sagittante ad signum determinatum», et «lapis movetur sursum usque ad altitudinem determinatam ab impulsu proficientis»4.

1 *De ordine,* lib. II, cap. 19, n.° 49. ML. 32, 1018
2 *De Vml,,* 22, 12.
3 Aristoteles, *V Topic.,* cap. 8, n.° 3, I, 233j I0_24 nj *III C. Gent* cap. 27 et 129 versus finem.
4 *De Veru., 22,* 1; I-II, 6, 1, 4 et 6 ad 1.

450. *Alio modo,* quando *utrumque* principium est *intra* id quod tendit in finem, quia tendens in finem non solum *elicit motum* in finem, sed etiam *cognoscit* finem in quem dirigitur actione et motu suo, et istud agens *movet se active* in finem, quia in eo est principium intrinsecum non solum ut agat, sed etiam ut agat propter finem, hoc est, non solum *actionis,* sed etiam *intentionis* \ Et huiusmodi agentia dicuntur *voluntarie* agere propter finem, quasi sponte et a propria inclinatione 2; «hoc enim dicimus voluntarium, quod quis sponte et proprio motu operatur» 3.

451. Sed in hoc secundo modo datur *duplex gradus* se active movendi in finem, pro duplici gradu cognitionis finis. Est enim duplex cognitio finis: una, *perfecta seu formalis,* «quando non solum apprehenditur *res* quae est finis, sed etiam cognoscitur *ratio* finis et *proportio* eius quod ordinatur in finem ad ipsum», ad quod «requiritur cognitio ipsius finis, et eius quod est ad finem, et *debitae proportionis* inter utrumque» 4; haec est enim *ratio* finis, quod ipse propter se et in se habet bonitatem, alia vero propter ipsum et ad ipsum, «et talis cognitio finis competit soli rationali creaturae», quia solius rationis est «cognoscere *proportionem* finis et eius quod est ad finem, et unum *ordinare* in alterum», cum hoc importet *collationem* finis et medii et *distinctionem* utriusque et mutuam eorum *relationem* ordinis, quae non contingunt sine conceptibus universalibus 1: — alia vero est cognitio finis *imperfecta* seu *mere materialis,* «quae in sola finis *apprehensione* consistit, sine hoc quod cognoscatur *ratio* finis et *proportio* actus ad finem», absque ulla collatione finis ad media et sine ulla ordinatione medii ad finem, quia solum apprehendit materialiter *rem* quae est finis, «et talis cognitio finis invenitur in brutis animalibus, per sensum et aestimationem naturalem»6, cum sit cognitio mere sensitiva.

De Potent., 3, 16; I-II, 6, 1.
De Verit., 23, i; *III Ethic.,* lect. 3, n.° 427; I-II, 6› x·
III Ethic., loc. cit.
II C. Gent., cap. 23.
I, 18, 3; I-II, 6, 2.
I-II, 6, 2.

452. Inter quam duplicem cognitionem finis est magna differentia, *etiam quantum ad modum eam habendi* ab agente propter finem. Nam cognitio *imperfecta* finis *elicitur* quidem ab ipso cognoscente, sed *non est ab eo adinventa seu excogitata,* cum potius naturaliter ei adveniat ex impressione sensibilium exteriorum, et ideo eam non habet perfecte ex seipso et quasi ab intrinseco; «in animalibus enim brutis formae sensatae vel imaginatae moventes *non sunt adinventae* ab ipsis animalibus brutis, sed *sunt receptae in eis ab exterioribus sensibilibus,* quae agunt [directe] in sensum, et diiudicatae per naturale aestimatorium» *; unde bruta animalia non sunt *liberi iudicii,* quia omnia elementa cognitionis eorum recipiunt a natura, nempe facultates sentiendi et sensata, quamvis illae ab interiori et haec ab exteriori eis adveniant, et hac de causa non habent dominium suae cognitionis neque eam possunt utcumque immutare in melius vel in peius 2.

453. E contra, cognitio *perfecta* finis non solum elicitur a cognoscente, *sed etiam est ab eo concepta et excogitata,* quia non solum patitur ab intelligibili, sed etiam agit, et quidem prius, per intellectum agentem in ipsum intelligibile in potentia ut fiat actu intelligibile, et sic moveat intellectum possibilem ad *eliciendum* actum intellectionis. Haec ergo passio intellectus possibilis radicaliter venit ex actione intellectus agentis. Sed post primam simplicem apprehensionem, ipsemet intellectus possibilis *activus* est ad *iudicia, etiam immediata, preferenda;* nam, ut profunde ait S. Thomas: «intellectus formans quidditates non habet nisi similitudinem rei exsistentis extra animam, *sicut et sensus* in quantum accipit speciem rei sensibilis, [licet similitudo non sit ex omni parte, eo quod non datur sensus agens qui faciat species sensibiles, sicut datur intellectus agens qui facit species intelligibiles impressas]: — sed quando incipit iudicare de re apprehensa, tunc *ipsum iudicium intellectus* est quoddam *proprium* ei, quod non invenitur extra in re»3.

II C. Gent,y cap. 47.
Γι id.9 cap. 48.
De Verit.y 1, 3.

454. Quia ergo cognitio perfecta et formata stat in solo iudicio et non in simplici apprehensione, quia in solo iudicio est formaliter et primo veritas \ cognitio perfecta et formalis finis manifeste pertinet ad secundum operationem mentis, hoc est, ad indicium. Unde sicut ipsum iudicium, *haec cognitio est essentialiter propria cognoscentis,* non solum ex parte intellectus agentis, sed etiam ex parte intellectus possibilis.

455. Et multo magis quando iudicium cadit super materiam contingentem, ut sunt humana agibilia, quia tunc iudicium est *totaliter* in potestate indicantis, hoc est, non solum quantum ad exercitium actus, sed etiam quantum ad specificationem. Qua de causa homo in hac materia est omnino *liberi iudicii,* quatenus «per virtutem rationis iudicans de agendis, *potest de suo arbitrio iudicare,* in quantum cognoscit *rationem finis et eius quod est adfinem et habitudinem et ordinem unius ad alterum;* et ideo non est solum *causa suiipsius* in movendo, sed in *iudicando*»2. Non solum ergo actio est libere elicita, sed etiam *ratio agendi,* quae est cognitio practica finis et actionis et proportionis eius ad finem [= iudicium practicum] est libera, seu ab intrinseco et ex propriis concepta et elaborata.

«*Perfectam* igitur cognitionem finis sequitur voluntarium secundum rationem *perfectam,* prout scilicet apprehenso fine, aliquis potest, deliberans de fine et de his quae sunt ad finem, moveri in finem vel non moveri; *imperfectam* autem cognitionem finis sequitur voluntarium secundum rationem *imperfectam,* prout scilicet apprehendens finem non deliberat, sed subito movetur in ipsum. Unde soli rationali naturae competit voluntarium secundum rationem *perfectam;* sed secundum rationem *imperfectam* competit etiam brutis animalibus» 3.

456. Et inde est quod homo perfecte se movet active in finem, non solum quantum ad *actionem,* quam *elicit* ab

De Verit., loc. cit., II-II, 2, 1.
[2] *De Verit., 24,* i, in fine corporis.
[3] I-II, 6, 2.

intrinseco propter finem, sed etiam quantum ad rattonm *agendi,* hoc est, quantum ad cognitionem et intentionem finis, quam ab intrinseco et ex propriis habet; omnia ergo principia agendi propter finem perfecte et complete habet in seipso et a seipso; qua de causa libere seu deliberate et elective agit propter finem a seipso libere et deliberate praestitutum.

457. Sed bruta animalia, licet se active moveant in finem quatenus *eliciunt* ab intrinseco et modo vitali *actiones suas* propter finem, *rationem* tamen *agendi,* quae est cognitio et intentio finis, non habent perfecte ex se et ab intrinseco quantum ad eius *formale,* sed ab extrinseco; quia neque percipiunt *rationem formalem* finis, neque etiam sibi ipsis determinant aut praestituunt finem, sed mutuo accipiunt a natura praestitutum, licet materialiter ab intrinseco eliciant cognitionem imperfectam eius. Unde materialiter tantum et partialiter se movent active propter finem; non formaliter et ex toto sicut homo. Quod ita egregie exponit S. Thomas: «licet quodammodo dicantur movere seipsa, in quantum eorum una pars est movens et alia mota, tamen ipsum movere non est eis ex seipsis, sed partim ex exterioribus sensatis et partim a natura; in quantum enim appetitus movet membra, dicuntur seipsa movere, quod habent supra inanimata et plantas: — in quantum vero ipsum appetere de necessitate sequitur in eis ex formis acceptis per sensum et indicium naturalis aestimationis, non sibi sunt causa quod moveant; unde non habent dominium sui actus»

458. Et quia unumquodque simpliciter indicatur secundum formale et principale, non secundum materiale et secundarium, bruta animalia sunt simpliciter mota ab alio in finem, licet ipsa sponte *vadant* ad finem, sed necessario; homo vero simpliciter se movet active in finem, quia non solum sponte vadit in finem, sed etiam libere et elective et cum pleno dominio sui actus, quasi se active dirigens et ordinans in finem a seipso sibi libere praestitutum et dictatum.

1 /Z C. *Gent.,* cap. 47.

459. Neque ad hoc requiritur cognitio perfecta rationis inis *reflexa et in actu signato,* qua scilicet cognoscitur quidditas seu ratio formalis finis, hoc est, causalitas finalis, ut distincta ab aliis tribus generibus causarum; haec enim cognitio est propria philosophis et theologis, si tamen omnibus:—sed sufficit cognitio perfecta rationis finis *directa et in actu exercito,* quae est cognitio practica, non speculativa sicut cognitio reflexa et scientifica, et haec habetur ab omnibus usum expeditum rationis habentibus quandocumque actus humanos exercent.

460. Denique, *tertio modo* haec duo principia actionis propter finem ita se habent ad id quod tendit in finem, ut *umm* sit *intra ipsum,* nempe *principium executivum motus* in finem, et *aliud extra,* scilicet *ratio agendi* propter finem, *quia nullo modo cognoscit finem,* neque perfecte seu formaliter ut homo, neque imperfecte seu materialiter ut bruta animalia; et ad huiusmodi genus agentium reducuntur omnia agentia non cognoscitiva, videlicet plantae et mineralia, quae naturaliter quidem moventur in finem, ita ut exercendo motum in finem *vadant* aliquo modo in finem, at nullo modo se active movent in finem, sed *totaliter* ab exteriori diriguntur et ducuntur in finem.

Qua de re S. Doctor egregie scribit: «aliquando autem id quod dirigitur vel inclinatur in finem, consequitur a dirigente vel movente aliquam formam per quam sibi talis inclinatio competat; unde et talis inclinatio erit *naturalis,* quasi habens *principium naturale,* sicut ille qui dedit lapidi gravitatem, inclinavit ipsum ad hoc quod deorsum naturaliter feratur, per quem modum generans est motor in gravibus et levibus secundum Philosophum in VIII Physic.: et per hunc modum omnia naturalia sunt inclinata in ea quae eis conveniunt, habentia in seipsis aliquod inclinationis principium, ratione cuius eorum inclinatio *naturalis* est, ut ita quodammodo *ipsa vadant,* et non solum ducantur, *in fines debitos»*1, *quasi cooperantia* dirigenti seu moventi ipsa in fines suos; at «*ipsa seipsa non movent,* cum non possint

1 *De Verti., 22,* I.

distingui in duas partes, quarum una sit movens et alia mota, sicut in animalibus invenitur» 1.

461. Secundum hoc ergo est *triplex modus agendi propter finem,* quorum *primus* est *mere executive,* in quo tamen datur differentia; quia si principium executivum motus sit receptum in exequente *modo permanenti et connaturali, una cum eius natura,* tale agens movetur in finem *executive-naturaliter,* ut agentia mere naturalia, hoc est, inanimata et insensibilia; si vero sit receptum in exequente *modo transeunti et violento, praeter et post eius naturam,* tale movens movetur in finem *executive-violenter,* ut moventia mota per vim et contra naturalem eius inclinationem, v. gr., motus lapidis sursum.

462. *Secundus* modus est *elicitive,* quatenus in ipso agente non solum est principium executivum motus, sed etiam aliquo modo *ratio* movendi, nempe cognitio finis seu termini motus, modo tamen imperfecto, materiali et necessario, ut in brutis animalibus, quae per potentiam specialem, scilicet appetitivam, tendunt in proprios fines.

463. Postremo, *tertius* modus est *directive et elective seu libere,* prout in ipso agente propter finem perfecte et ex propriis habetur tum principium agendi tum etiam ratio agendi propter finem, ut in homine quando agit formaliter ut homo. Et iste est *perfectissimus et formalissimus modus agendi propter finem.*

464. Ex quo apparet quod *ratio a priori proxima* huius triplicis diversi modi agendi propter finem sumitur *ex triplici diverso modo quo finis potest esse in intentione agentis.* Vidimus enim articulo praecedenti, exponentes responsionem ad primum (nn. 289-352), quod finis non est causa causalitatis efficientis nisi secundum quod est in intentione agentis. Unde necesse est quod semper, aliquo modo, sit intentus ab omni agente ad hoc ut agens agat actus seu motus a fine.

Et licet *esse in intentione* sit solum *conditio sine qua non* causandi finaliter et non ratio formalis causandi, variatio

1 *De Verit.,* 24, I.

tamen huius conditionis formalis et necessariae causât varietatem *modi* effectus, qui est actio agentis propter finem; nam diversus modus effectus pendet ex diverso modo causae et diversus modus causae ex diversa conditione eius essentiali ut causans est.

Haec autem intentio finis non potest dari sine cognitione perfecta finis, nam «intendere finem impossibile est nisi cognoscatur finis sub ratione finis et proportio eorum quae sunt ad finem in finem ipsum» et hoc ideo, quia ordinare in finem est proprium rationis, cum rationis sit ordinare. Necesse est ergo quod omnis motus ordinatus in finem sit ab aliquo intellectu.

Aut igitur ab intellectu proprio et coniuncto agenti propter finem, aut ab intellectu separato, sed active movente et ordinante actionem alterius agentis in finem. Si primum, intentio finis est *formaliter,* hoc est, *secundum seipsam,* in ipso agente propter finem; sin alterum, talis intentio est *formaliter* extra agens, nempe *in aliquo agente per intellectum* quod movet agens sine intellectu, et *virtualiter* tantum, hoc est, in ordinatione *passiva* recepta, in ipso agente sine intellectu, quasi in suo proprio effectu.

Haec vero passiva ordinatio in finem quandoque est cum aliquali cognitione finis, ut in brutis animalibus; quandoque vero absque ulla omnino cognitione, ut in mineralibus et plantis.

Quando ergo finis est in intentione ipsius agentis *formaliter* tunc causât perfectum modum agendi propter finem et agens perfecte agit propter finem a seipso formaliter intentum et praestitutum; quando vero est in intentione agentis solum *virtualiter,* tunc causât imperfectum modum agendi propter finem et agens imperfecte agit propter finem, quia non agit propter finem a seipso praefixum, sed ab alio, hoc est, ab intellectu separato ordinante ipsum in finem suum; unde potius *agitur* quam agat propter finem. Et iste modus suscipit gradus, secundum quod intentio finis *virtualiter* inhaeret agenti per modum formae *apprehensae* ipsius finis

III Sent., dist. *27,* i, *2,* edit. Moos, n.° 38.

materialiter ut est *res* quaedam bona, vel per modum simplicis formae *naturalis* absque ulla finis apprehensione.

465. *Radtcalis vero seu remota ratio a priori* huius diversitatis est *propria natura ipsius agentis propter finem.* Nam, quia quidquid recipitur ad modum recipientis recipitur, quando natura agentis est intellectualis, motio finis in ea recipitur *fomialiter* ut est *ratio* finis, eo quod in intellectu recipiuntur alia ut sunt alia, sicut ipse intellectus fit intelligibilité! aliud in quantum est aliud; quando vero natura agentis est sensitiva, motio finis in ea recipitur *naturaliter* ut est quaedam *res* bona sibi conveniens, licet animaliter seu sensibiliter; quando denique natura agentis est non cognoscitiva, sed mere naturalis, motio finis recipitur in eo *pure naturaliter.* Unde et intentio finis seu finis in intentione est *formaliter* secundum propriam rationem finis in intellectu et voluntate agentis intellecualis; sed *materialiter* tantum, ut incarnata in forma sensitiva apprehensa, vel in forma mere naturali et materiae immersa, est in agente per sensum et in agente per meram naturam 1.

466. Et huius signum *a posteriori* sumitur *ex proprio effectu finis in agens,* qui est appetitus finis 2.

Est enim triplex appetitus finis: unus *mere naturalis sa innatus,* qui consequitur *formam naturalem seu innatam* agentis, cui naturaliter impressa est ab Auctore naturae directio seu intentio in proprium finem seu bonum; at iste appetitus non est actus alicuius potentiae, sed merus ordo seu habitudo vel inclinatio naturae agentis ad suam propriam perfectionem: — alius vero est appetitus *elicitus* et *quodammodo acquisitus, sensitivus tamen seu mere animalis,* qui consequitur *formam rei,* quae est finis, *apprehensam seu acquisitam a sensu,* cui est impressa sensibiliter directio seu intentio in proprium finem ab Instituente et Providente naturam, et iste appetitus est actus specialis alicuius specialis potentiae agentis, quae dicitur appetitus sensitivus: — tertius est appetitus *elicitus it perfecte acquisitus,* nempe appetitus *rationalis seu deliberatus,*

1 *De Verit.,* 23, 1; I, 14, 1, cum commentario Cajetani.
2 *In I Ethic.,* lect. 1, n.° 9.

hoc est, *liber vel electivus,* qui consequitur formam *rationis* finis *apprehensam et indicatam seu excogitatam ab intellectu,* qui ipsum active et perfecte dirigit in proprium finem, et hic etiam appetitus est specialis actus specialis potentiae agentis, quae dicitur voluntas.

467. Primus ergo appetitus est proprius agentium mere naturalium seu non cognoscitivorum; alius est appetitus proprius agentium mere sensitivorum seu brutorum inimalium; tertius est appetitus proprius agentium per rationem et intellectum, scilicet hominis. Agens vero per violentiam nullum habet appetitum finis ad quem ducitur a compellente ipsum, quin potius appetitum habet in contrarium; et ideo nullo modo *vadit* in finem, sed violenter compellitur in finem compellentis \

468. Est tamen considerandum quod *isti tres modi agendi propter finem reducuntur ad duos primordiales et supremos,* scilicet ad modum *activum,* quo agens seipsum movet seu dirigit et ordinat in finem a seipso perfecte cognitum secundum rationem finis, et iste est proprius modus agentis *per intellectum;* — et ad modum *passivum,* quo agens non se primo movet aut ducit in finem, sed ab alio primo movetur et ducitur seu dirigitur in finem, et sub hac motione et ordinatione ipsum agens *vadit* in finem ab ordinante sibi praestitutum: — et hic modus est proprius agentis *per naturam* seu non per intellectum coniunctum, sive actio fiat *per solam naturam,* hoc est, per formam mere naturalem, ut in non cognoscentibus, sive *per naturalia,* idest per formam naturaliter apprehensam et non propria industria seu proprio marte acquisitam, ut in brutis animalibus, quae solam cognitionem sensitivam habent. Nam haec *naturalia,* quantum ad modum quo adveniunt et quo motum inde sequentem provocant, reducuntur *ad naturam;* et propterea omne agens non intellectuale reducitur ad categoriam *agentis naturalis.*

1 *II Sent.,* dist. 24, 3, 1; *III Sent.,* dist. 27, 1, 2, nn. 38-44; *IV Sent.,* disL 49j 3> Ij qlæ 1; *De Verit., 22,* 5; 23, 1; *Quodhb.,* 4, art. 21; *II C. Gent.,* cap. 47, initio; I, 59,1; 80,1; I-II, 26,1.

469. Est ergo *divisio immediata et adaequata agentis propter finem, quantum ad modum agendi, in agens per intellectum et non agens per intellectum, sed per naturam aut naturalia.*

Unde S. Thomas frequenter duplicem modum tantum agendi propter finem seu tendendi in finem indicavit, v. gr., quando dicit: «*dupliciter* aliquid tendit in finem: uno modo, *directum in finem a seipso,* quod est tantum in cognoscente finem et rationem finis, alio modo, *directum ab alio,* et hoc modo omnia secundum naturam suam tendunt in fines proprios et naturales, directa a Sapientia instituente naturam»[1]: — «*dupliciter autem contingit* aliquid ordinari et dirigi in aliquid sicut in finem: uno modo, *per seipsum,* sicut homo qui seipsum dirigit ad locum quo tendit; alio modo, *ab altero,* sicut sagitta quae a sagittante dirigitur ad determinatum locum» [2]; — «aliquid sua actione vel motu tendit in finem *dupliciter: uno modo,* sicut *seipsum ad finem movens,* ut homo; alio modo, *sicut ab alio motum in finem,* sicut sagitta tendit ad determinatum finem ex hoc quod movetur a sagittante, qui suam actionem dirigit in finem» (h. L).

470. Neque tamen isti duo modi supremi se habent ex aequo, sed *secundum prius et posterius, hoc est, secundum perfectum et imperfectum.*

Nam *perfectus* modus agendi propter finem est *active* se agendo seu movendo in finem cum *perfecta* cognitione finis; *imperfectus* vero est quando *passive* ducitur seu movetur in finem, quamvis ipsum quod *movetur* in finem *vadat* in finem, quia *vadit* sub motione et directione alterius.

471. Ordine autem naturae perfectum est prius imperfecto, cum se habeat ad imperfectum sicut formale ad materiale. Et, cum semper posterius pendeat a priori sicut a sua causa et principio, necesse est dicere quod omne agens per naturam pendet ab agente per intellectum. Unde et ordo ad finem in agente per naturam causari debet ab agente per intellectum, qui talem ordinem imponit et imprimit agenti per naturam; nam «intentio [hoc est, tendentia in aliud] in

1 *III Sent.,* dist. 27, 1, 2, n.° 39.
2 *De Verit.. 22* 1.

ratione sua *ordinem* quemdam unius ad alterum importat: *ordo* autem unius ad alterum non est nisi per *intellectum,* cuius est ordinare»[1]. Necesse est ergo reducere agens per naturam in agens per intellectum sicut in primum in ordine agentium, atque ideo sicut in principium et causam sui prout agit propter finem.

472. Rursus, «semper quod est per aliud est posterius eo quod est per se[2], et «reducitur in id quod est per se tanquam in prius»[3].

Quia ergo agens per naturam agit per aliud motum et directum et ordinatum in finem, quod est agens per intellectum, oportet quod agens per naturam reducatur in agens per intellectum sicut in prius, atque ideo sicut in causam suae directionis seu ordinationis in finem.

Ergo etiam agens per naturam agit per intellectum, non quidem proprium seu coniunctum, quo caret, sed *separatum,* qui est intellectus proprius agentis per intellectum *coniunctum* quando istud agens est causa propria naturae agentis per naturam, et consequenter actionum naturalium inde consequentium; nam «non est contra rationem *naturae* quod motus *tuiturae* sit a Deo sicut a primo movente, in quantum *natura* est quoddam *instrumentum Dei moventis»* [4]. Quod ideo dico, ne reducamus agens naturale in agens intellectuale *secundum, quod est* agens creatum, sive homo sive angelus sit; sed in agens intellectuale *Primum,* quod est agens Increatum, nempe Deus. Nam quod non est causa naturae agentis, non est causa actionum naturalium eius neque ordinationis naturalis earum in proprios fines connaturales.

Unde patet quam profunde et vere dictum est: *opus tuiturae est opus Intelligentiae.* Propter quod Intelligentia Prima, quae Deus est, dicitur *Piatura Naturans* [5].

1 *II Sent.* dist. 38, 3.
1 *DePot.,* 3.15.
1 *II C. Gent.,* cap. 47, arg. 2.
4 I-II, 6, i ad 3. Cf. etiam q. 26, 1; et in Evang. secundum loannem, prolog., ed. Marietti, p. 2.
1 I-II, 85, 6, corp.

EXCURSUS

473. *Notula critica circa formulam: opus naturae est opus Intelligentiae.* Haec formula, *opus naturae est opus Intelligentiae,* saepius occurrit apud S. Thomam 1; quandoque tamen paulo aliter exprimitur, v. gr., «desiderium creaturae insensibilis non sequitur cognitionem in ipsa exsistentem, sed cognitionem *Motoris Primi, quicumque sit ille, ordinantis unumquodque in suum finem»* 2; «ab *ordinante separato* operationes naturae, quae sunt ad finem, certitudinaliter tendunt in finem illum *ex provisione et ordinatione alicuius causae sic ordinantis;* unde Themistius dicit quod *natura agit quasi esset mota ex causis superioribus,* idest in quantum est in ea *quidam instinctus ab ordinatione Substantiarum Separatarum»3; «totum* opus naturae est *quodammodo* opus Intelligentiae» 4; *«omne* opus naturae *dicitur* a philosophis opus Intelligentiae»5; *«quodlibet* opus naturae est opus *Substandae Intelligentis»*®; «si *natura operatur propter finem,* necesse est quod ab aliquo Intelligente ordinetur, quod est *Providentiae opus* 7; «natura nihil est aliud quam *ratio* cuiusdam *artis,* scilicet *divinae, indita rebus,* qua ipsae res moventur ad finem determinatum 8; *«sicut* autem comparantur *artificialia* ad artem *humanam, ita* comparantur *omnia naturalia* ad artem *divinam*^ «secundum philosophos, res *naturales* sunt in Primo motore, qui *Deus* est, sicut *artificiata in artifice,* et sic Deus operatur tanquam artifex» 10; «sicut ergo si aliquis videret sagittam directe tendere ad certum signum, quamvis sagittantem non videret, cognosceret statim quod dirigeretur a sagittante, ita cum videamus *res naturales* absque cognitione tendere ad certos fines, possumus pro certo

1 *De Pot.,* I, 5; 3, 15. [Cf. *De Verit,* 3; 1 c.; 13, I, obi. 9.]
1 *I Sent.,* dist. I, 4, I ad 1.
3 *I Sent.,* dist. 43, 2, 1.
4 *II Sent.,* disc 25, i 1. [Cf. etiam *III Sent.,* d. 26, *2,* 4, nn. 134-135; *De occultis operationibus naturae,* ed. Mand. I, p. 4-5.]
5 *De Vent.,* 5, 2, circa finem corp.
8 *III C. Gent.,* cap. 24.
7 *I Physic.,* lect. 12, n.0 1.
8 *II Physic.,* lect. 14, n.° 8, circa finem.
' I-II, 13, 2 ad 3. [Cf. II-II, 18, 4 c.]
10 *De Potent.,* 1, 5 obi. 11.

cognoscere quod *operantur ex cognitione alicuius Dirigentis, quem dicimus Deum» x.*

474. Quantum vero ad Auctorem huius formulae non semper est sibi constans. In I Sent., dist. 43, 2, 1, eam determinate tribuit Themistio; dum in I Sent., d. 35, 1, 1, secunda via, et II Sent., dist. 25, i, i, eam potius tribuit *Philosopho* (=Aristoteli); postmodum vero1 indeterminate *philosophis* adscribit; deinde magis adhuc indeterminate *quibusdam* attribuit x; postremo *nullum* auctorem designatx.

Formula, *natura naturans* usitata erat tempore S. Thomae, ut refert S. Bonaventura, quatenus natura *aeterna* seu increata, quae est natura *divina,* dicebatur *naturans,* dum natura creata *({consuevit dici* natura *naturata» x.*

475. Apud S. Thomam natura naturans est natura *universalis,* natura vero naturata est natura *particularis;* et manifeste hanc denominationem refert ad Avicebronem (Ibn Gebirol), ut patet intuenti textus utriusque.

Ibn Gebirol	*S. Thomas*
«Cum attendo quod corpus *particulare* opus habet corpore *universali,* et similiter natura	«De unaquaque re corruptibili dupliciter loqui possumus: uno modo, secundum naturam

1 *In I Cor.,* cap. XV, lect. 5, circa finem, ed. Marietti, p. 400 b. Cf. edam *in Ephes.,* cap. III, lect. 4, circa finem, ed. cit., p. 557 a.
1 *De Verit.,* 5, 2; *De Pot.,* 1, 5; 3, 15.
1 1-11,85,6.
1 *III C. Gent.,* cap. 24. [Haec formula totidem fere verbis invenitur apud Simplicium, qui ait: καν λέγη ['Αριστοτέλη] ονν ότι 'ὸ θεό κοὰ ἡ φύσι οὐδέν μάτην "οιούσιν", ούτω λέγει ὼ τή μέν τήν έπιτηδειότητα κάτωθεν παρεχομένη εἰ τέλο τό αγαθόν βλέπουσαν, τού δέ τό ένεργεία τοιούτον ἀνωθεν έπιλάμποντο *(In II Physic.,* cap. 2, ed. H. Diels, Commentaria in Aristotelem graeca, vol. IX, p. 288, 27-30. Berolini, 1882. Videsis etiam *in I dt Caelo,* cap. 4, ed. I. L. Heiberg, Comment, in Arist. graeca, vol. VII, p. 151-154. Berolini, 1894). Averroes *in XII,* fol. 288V-288, attribuit Themistio, et ex eo mutuo accepit S. Thomas *in I Sent.* d. 43, 2, 1.]
1 *III Sent.,* dist. 8, dub. 2, circa Litteram Magistri, edit. Quaracchi, *Opera,* t. III, p. 197 a. [Cf. Albertum M., *I Phys.,* tract. 3, c. 17, p. 88; lib. II, tract. 1, c. 2, p. 95; *De natura et origine animae,* tract. 1, c. 1, t 9i p. 376; *Summa Theol.;* II P., tract. 1, q. 3, memb. 3> a. 1, post resp. id 7, t. 32, p. 27; *De animalibus,* lib. 6, tract. 3, c. 3, ed. H. Stadler, t. 1, p. 493. Münster, 1916.

particularis opus habet natura *universali,* eo quod per illam est esse eius et exsistentia, video quod secundum hanc considerationem debet ut animae *particulares* opus habeant animabus *universalibus et intelligentia universali,* quia per illas est esse earum et exsistentia» h «*substantia universalis* componens partes corporis *universalis* et retinens illas» -.

universalem; alio modo, secundum naturam *universalem;* alio modo, secundum naturam *particularem.* Natura quidem *particularis* est propria virtus activa et conservativa uniuscuiusque rei...; natura vero *universalis* est virtus activa in aliquo *universali* principio, puta in aliquo coelestium *corporum* vel alicuius superioris *substantiae,* secundum quod etiam *Deus* a quibusdam dicitur *natura naturans.* Quae quidem virtus *intendit bonum et conservationem universi...» 3.—«Natura universalis* dicitur *causa universalis* omnium eorum quae *naturaliter* fiunt; est autem *Deus* universalis causa omnium quae *naturaliter* fiunt: unde et *quidam ipsum nominant naturam naturantem.* — Sed melius est ut natura universalis intelligatur causa universalis eorum quae naturaliter fiunt in genere rerum naturalium» 4.

476. Sed adest tantum formula communis, sensus vero est penitus diversus. Nam apud Ibn Gebirol habet sensum pantheisticum, quia est substantia *universalis in essendo et unica in causando,*

1 *Fons vitae,* tract. 3, n.° 45, edit. Clem. Baeumker, Münster, 1892 [Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters, Bd. I, helf 3, p. 180, 25-30; 181, 1-21.]

2 *Ibid.,* 179, 30; 180, 1-2.

3 1-11,85,6.

4 *In librum Dionysii De divinis nominibus,* cap. IV, lect. 21. ed. Vives, V XXIX' P· 483. Similia leguntur apud S. Albertum Magnum in *II Physicorum,* tract. I, cap. V, ed. Borgnet, t. III, p. too a; et in *IV Sent.,* d. 16, a. 13 c., t. XXIX, p. 570 b, in fine. *[Summa Theol.,* I P., tract. 10, q. 44, memb. i, t. 31. p. 470.]

propter occasionalismum quem defendit4; dum apud S. Thomam est substantia universalis *in causando, non in essendo,* simul tamen prima et non unica in essendo et in causando, quia etiam substantia seu natura creata est et operatur vere. Depuratur ergo ab omni sensu pantheistico et occasionalistico.

At secundum priorem sensum acceperant Motacalimes ut referunt Maimonides et Averroes 2, quibus consentiunt Algazel 3 et Avicenna4.

Et eundem sensum prorsus pantheisticum et occasionalisticum retinet apud Spinoza, licet crudiori forma pantheistica 5.

Ceterum, *asperius vocabulum*6, «naturans» et «naturata», ortum ducere videtur ex versione latina paraphraseos Averrois, in II Physicorum: «similiter natura attribuitur naturali et *naturato,* scilicet quoniam quemadmodum quidditas artificii est in arte, similiter quidditas *naturati* est in natura» 7; «hoc igitur nomen *natura* derivatur a nomine quod advenit, scilicet quum dicimus ipsum esse *naturatum,* et hoc intendebat quum dixit: sed *naturatum,* etc., idest sed *naturatum* ab illo a quo generatur ad aliquid venit, et dicitur ipsum *naturari* aliquid et illud non» 8; — «... et hoc dictum fuit, quoniam *natura naturata* ita fecit» 9.

O/>. *cit.,* tract. 2, nn. 9-12. heft. 2, pp. 39-45; tract. 3, nn. 44-45 heft. 3, pp. 173-181.

2 Malmonides, *Moreh Nebuhim,* traduct., Suârez Lorenzo, *Gula de discarriados,* I P., cap. 57, n.° 6, pp. 290-293. Madrid, S. A.; Averroes, *IX Metaph.,* cap. 3, comment. 7, Venetiis, 1542, fol. 222 r; *XII Metaph.,* cap. 2, comment. 18, fol. 287 v-288 r.

3 Algazel, *Ictisad,* traduct., Asin Palacios, *EI justo medio de la creencia,* IIP.,tract. 1, propos, ι,ρρ. 157-161; IV P., cap. 2, pp. 330-335· Madrid, 1929.

4 Avicenna, *Nadjat,* traduct., Carame, *Metaphysices compendium,* lib. 1, III P., tract. 2 et 3, pp. 186-225. Roma, 1926.

5 *Ethices,* I P., proposit. 29, scholion, et propos., 31, edit, cit., t. I, p. 61.

6 Ita animadvertit vel ipse Joannes a S. Thoma, qui a verbis *asperioribus* non solet abhorrere *(Cursus Philosophicus, Phil. Nat.,* I P., q. IX, a. i, ed. Reiser, t. II, p. 171 a).

Averrôes, *In II Physicorum,* text. 11, ed. Venetiis, 1541, fol· 49 fr·

8 Averroes, loc. cit., text. 14, fol. 50 r.

9 Averrôes, *In I De Coelo,* Summa Secundae, ed. Venetiis, 1573s fol. 2 r. De usu huius formulae apud Vincentium Bellovacensem, Raymundum Lullium, Eckhart et alios quosdam erudite disserit H. A. Lucks, post H. Siebeck *(Ober die Entstehung der Termini natura naturans und natura naturata,* apud Archiv. fur Geschichte der Philosophie, t. III (1890), pp. 370 sqq.)

Hoc ergo sensu, formula: *opus naturae est opus Intelligentiae,* potius exprimeret sensum causalitatis *efficientis* quam finalis, et esset litteraliter vera, quia solus Deus causaret seu produceret omne opus naturae. Unde propositio: opus naturae est opus Intelligentiae, esset propositio identica, quia prorsus identicum esset opus naturae naturatae et opus naturae naturantis seu Intelligentiae.

477. Sed, iuxta S. Thomam et rei veritatem, axioma: *opus naturae est opus Intelligentiae,* intelligitur *formaliter* in genere causalitatis *finalis,* scilicet opus naturae *ordinatissimum* est opus Intelligentiae *ordinantis* seu *ordo* operis naturae est opus Intelligentiae *ordinantis;* non in genere causalitatis efficientis, nisi per modum Causae Primae, quia Deus vere est Prima Causa omnium operum naturae, sed non causa unica; est tamen *unica causa activa ordinis* operum naturae in proprios fines et in finem communem seu universalem totius universi.

478. Auctorem vero quod attinet formulae, *opus naturae est opus Intelligentiae,* bene intelligitur haesitatio et indeterminatio S. Thomae. Nam, ut iacet, apud nullum philosophum inveniri videtur.

in articulo, cui titulus; *Natura naturans — natura naturata* (The New Scholasticism!, t. IX (1935), PP· I-24)·

His addi potest Thomas Anglicus, qui ait: «*tripiex* est natura: *natura naturans,* sicut est *Deus* a quo dependet coelum et tota natura; alia est *natura naturans et naturata simul,* sicut *coelum,* qui dicitur *natura naturata* in quantum dependet a Deo, et dicitur *natura naturans* in quantum influit natuns istorum inferiorum; alia est *natura naturata* tantum...» *(Comment, super lib. Boetii de Consolatione Philosophiae,* lib. III, met. II, Inter opuscula spuria S. Thomae, *Opera,* ed. Vives, t. XXXII, p. 530 a). [Cf. etiam Joan. QuiDORT, *Corruptorii «circa»,* p. 76].

Sensum formulae apud S. Thomam sat perspicue reddidit Matthias Aquarius, O. P., his verbis: «dicitur adhuc [natura] ipse Deus, qui vocatur *natura naturans,* idest producens omnia; dicitur quoque connexio causarum secundarum, quae vocatur *natura naturata» (Formalitates, iuxta doctrinam Angelici Doctoris D. Thomae Aquinatis,* trac. II, *De significationibus terminorum, ex doctrina S. Thomae,* lin. N. Neapoli, 1605, p. 165).

Ortodoxum et catholicum sensum eius expressit Du Cange, dum scribit: «*naturare,* creare, res naturales condere, iis naturam donare, verbum est theologorum scholasticorum, quibus dicitur Deus Natura Naturans, non natura naturata, idest Auctor naturae seu omnium in rerum natura constantium, non natura naturata seu res creata, ab alio condita, constituta* *(Glossarium ad scriptores mediae et infimae latinitatis,* v. *naturare, ed. Niort,* 1885, t. V, pp. 575-576).

Aequivalenter veritatem eius tradidit Anaxagoras, post Hermotimum Clazomenium, qui dicebant Intelligentiam seu Aientem, Noûv, esse causam totius ordinis mundani seu naturalis, ut refert Aristoteles x: Intelligentia cognoscit omnia, πάντα ἐγνω wos; cuncta ordinat, παντα διεκόσμησε; omnia gubernat, πάντων νοο κρατάι; simulque nulli rei est admixta, sed sui iuris est et libera et soluta, νοο δέ ἐστι ἀπειρον καί αὐτοκρατέ καί μέμικται οὐδενΐ χρήμστι, ἀλλά μοΰνο αυτό ἐφ' ἑωυτου ἐστι 1.

479. Aristoteles ipse virtualiter idem docuit in loco citato a S. Doctore in I et II Sent., scilicet in VIII Physic., cap. i, n.° i6; ubi Philosophus Anaxagoram de novo refert. Ait ergo Aristoteles quod nihil eorum, quae a natura vel secundum naturam fiunt, est inordinatum, quia natura est omnibus causa ordinis: ἡ γάρ φύσι αΙτία πασι ταξεω ; et subiungit: omnis autem ordo est ratio, τάξι δέ πάσα λόγο 3. Igitur in omnibus naturalibus operibus, quae scilicet a natura vel secundum naturam fiunt, est ordo seu ratio vel proportio, quae evidenter est opus rationis, nam rationis et Sapientiae est ordinare 4. Quod ad instar axiomatis accipit S. Thomas: *rationis est ordinare 5, sapientis est ordinare6.* Et in ***I De Coelo et Mundo*** ait quod Deus et natura nihil agunt frustra: ὁ δέ θεό καί ἡ φύσι οϋδέν μάτην ποιοΰσιν 7.

480. Quae Philosophi verba ita exponit S. Thomas: «omne quod est in natura vel est a Deo, sicut primae res naturales; vel est a natura sicut a secunda causa, puta inferiores effectus.

Sed Deus nihil facit frustra quia, cum sit agens per intellectum, agit propter finem. — Similiter etiam natura nihil facit frustra quia agit sicut mota a Deo velut a primo movente; sicut sagitta non movetur frustra, in quantum emittitur a sagittante ad aliquod certum. Relinquitur ergo quod nihil in natura sit frustra» 8.

Immo et «multo magis inconveniens est quod sit otiosum et frustra id quod est secundum naturam, quod est *ordinatum ratione divina,* quam id quod est ordinatum ratione humana» 9.

1 ***I Metaph.,*** cap. 3, n.° 13, II, 473, 35-4°.

1 Anaxagorae *fragmenta,* n.° 6, edit. Mullach, *Fragmenta philosophorum Graecorum,* t. I, p. 249 a. Parisiis, i860.

3 11,344,9-13·

4 ***I Metaph.,*** cap. 2. nn. 3 et 6, II, 47. 12-17, 36-40.

* *De Coelo et Mundo,* prooem, n.° 1.

4 *In I Ethic.,* lect. *1,* n.° 1; ***In Metaph.,*** prooem: ***I Contra Gent.,*** cap. 1..

7 *I De Coelo et Mundo,* cap. 4, n.° 8; II, 372» 2"3·

S *In I De Coelo et Mundo.,* lect. 8, n.° 14.

In I Ethic., lect. 10, n.° 121.

Sed praesertim docuit hoc principium in X Metaph., cap. 2, n.° 3, ubi conceptis verbis asserit dari aliquam substantiam separatam a substantiis naturalibus seu sensibilibus, aeternam et permanentem seu immortalem, quae est causa ordinis omnium rerum sensibilium seu corporalium: πώ yàp κπ-αι τάξι μή -πνο όντο ἀϊδίου καί χυριστού καπ μένοντα 1.

481. Propinquius tamen accedit ad formulam S. Thomae Averroes, qui ait: «ista mensura [= modus, proportio, ratio, ordo] *provenu ab arte divina intellectuali,* quae est similis uni formae unius artis principalis, sub qua sunt artes plures. Secundum hoc igitur est intelligendum quod *natura facit aliquid perfecte -et ordinate,* quamvis non intelligat quomodo esset rememorata ex virtutibus agentibus nobilioribus ea, quae dicuntur *Intelligentiae»* *.

482. At, quidquid sit de origine harum formularum et de earum vicissitudine in historia Philosophiae et Theologiae —quae viris eruditis libenter investiganda relinquimus—, hoc unum est maxime ponderandum a metaphysico et theologo, scilicet S. Thomam reduxisse ordinem finalitatis omnis agentis per naturam in agens per intellectum, quasi in propriam et formalem causam ordinis, *ex ipsamet natura causalitatis finalis.*

483. Causa enim finalis, ut patet ex dictis articulo praecedenti, ad primum (nn. 289-352), non causât nisi secundum quod est *in intentione* agentis. Necesse est ergo extendere ad omne agens *intentionem* finis, quia tantum extendi debet causa et conditio causae quantum extenditur proprius eius effectus. Atqui *intentio* active et formaliter non potest esse in agente per naturam seu in non intelligente per intellectum coniunctum, quia intentio essentialiter est *ordo et directio* ad aliud, quod solius rationis est: «*intentio in ratione sua ordinem* quemdam unius ad alterum importat; *ordo* autem unius ad alterum non est nisi *per intellectum,* cuius est ordinare»3; «et

1 II, 586, 26-27.

2 ***XII** Metaph.,* comm. 18, edit, cit., fol. 287 v-288 r. Apud Themistil'M, quem citat in *I Sent.,* dist. 43, q. 2, art. 1, nihil inveni.

3 ***II** Sent.,* dist. 38, 3.

ideo finis praeexsistit in movente *proprie* secundum intellectum, *cuius est recipere aliquid per modum intentionis,* et non secundum esse naturae»x. Ergo necesse est quod omne agens agat propter finem ex intentione seu ordinatione alicuius intelligentis, cui primo et per se seu formaliter convenit intentio.

484. Et ita omne agens formaliter aut virtualiter, proprie aut reductive, active aut passive agit seu movetur in finem per intellectum ordinantem. Si ergo agens sit intellectuale, ut homo, *seipsum dirigit et ordinat* in finem a seipso excogitatum et intentum; sin autem non sit agens formaliter intellectuale, ut sunt agentia irrationalia infra hominem, *agitur, ordinatur et ducitur* in finem ab agente aliquo per intellectum, hoc est, ab intellectu separato, qui sit propria causa naturae et motumm naturalium eius, et hic intellectus separatus est Deus.

485. Sublato intellecto, tollitur esse in intentione seu intentio finis, quae erat conditio essentialis *sine qua non* causalitatis finalis. *A priori* ergo, ex ipsamet ratione causalitatis finalis, deducitur reductio causalis agentis per naturam in agens per intellectum. Unde hoc principium: *opus naturae est opus Intelligentiae,* est analyticum, sicut et ipsum principium causalitatis finalis, cuius non est nisi determinatio seu restrictio quaedam ad genus agentium per naturam.

Ergo omne agens est agens per intellectum, aut proprium seu coniunctum, aut alienum seu separatum, ut S. Thomas perpetuo docuit absque ulla haesitatione 2.

Quam Thomae doctrinam nervose colligit Eckhart hisce

1 *De Verit., 22,* 12. [Cf. III *Contra Gent.,* c. 54. arg. 4.]

2 Vide ***I** Sent.,* dist. 1, 4, 4, ad 1; dist. 35, 1, 1 c., § secunda via; dist. 43, 2,1; ***II** Sent.,* dist. 25,1,1; dist. 38, 3; ***III** Sent.,* dist. 27,1,2, n.° 39; ***IV** Sent.,* dist. 49, i, 3, qla. 1; *De Verit., 22,* I et 12; 23, 1; *De Potent., 1,* 5; 3› I5› *C. Gent.,* cap. 23, rat. 4 et 5; ***III** C. Gent.,* cap. 16, ult. rat.; cap. 24; *In V Metaph.,* lect. 16, n.° 1000; *In I Ethic.,* lect., 1, n.° 11; I, 18, 3› J9› 4› *22*› 2; IO3› 1 ad I et 3; I-II, h. 1., ad 2 et 3; 12, 5; 26, 1; 4°, 3› 93› 4 et 5· *In bbrum De Causis,* lect. 3, prope finem: *In Evang, secundum Joannem,* prol., p. 2, ed. Marietti; *In Job.* cap. 9, lect. I, ed. Vives, t. 18, pp. 59"6°· [Cf. HI *Contra Gent.,* c. 38, arg. 1].

verbis: «dicimus enim omnes quod *opus naturae est opus Intelligentiae;* et ideo *omne movens est Intelligens aut reducitur ad Intelligentem,* a quo in suo motu dirigitur»[x].

§ III

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

486. Duo sunt termini in quaestione, *tarum agere propier finem sil proprium ralionalis naturae,* scilicet subiectum (agere —propter— finem) et praedicatum (proprium —rationalis— naturae). Et quidem modo inverso ac articulo praecedenti ponuntur; nam, cum *proprium* dicatur ad *convertentiam,* debebant inverti termini ut talis convertentia appareret, ostensa veritate enuntiationis conversae.

Attamen subiectum continet virtualiter duos terminos, nempe *agere* et *propter finem.* Et quia *rationalis natura seu* homo se habet *ut agens,* cui contraponitur finis; licet in praedicatione *agere* trahatur ad *finem,* in operatione tamen trahitur ad agens, nam agens est actu agens actione sua.

Hac ergo de causa S. Doctor movet tres difficultates, incipiendo a maiori et descendendo ad minimam per intermediam, modo inverso ac posuerat totidem difficultates in articulo praecedenti, proportionali tamen, data inversione terminorum quaestionis.

487. Prima igitur et gravior difficultas sumitur ex parte *praedicati* scilicet *hominis seu rationalis naturae;* altera, minus gravis, sumitur ex natura ipsius *agere,* quod partim trahitur ad agens et partim ad finem, cum utrumque necessario contingat; denique, tertia et levissima, accipitur ex parte *subiecti* proprie dicti quod est *propter finem,* hoc est, finis ut causa.

488. Sumit autem S. Thomas ut principium harum difficultatum conclusionem articuli praecedentis, «eo quod conclusiones et demonstrationes unius scientiae ordinatae sunt,

[x] *Quaestiones parisiens",* r, η.» 5. *Meister Eckhart. Die deutschen und lateinischen Werkc,* Bd. II, p. 42, 34, ed. Jos. Koch. Stuttgart-Berlin, 1936.

ct una derivatur ex alia» *; et ita non ex alienis, sed ex maxime propriis difficultates movet, semper oculatissime procedendo.

489. *Obiectio prima,* quae sumitur ex parte *rationalis naturae seu hominis.* Quaecumque agunt propter finem, debent cognoscere *rationem finis;* quia homo, cuius est agere propter finem, semper agit propter finem cognitum, ut patet ex articulo praecedenti. Atqui solus homo inter omnia agentia huius mundi sensibilis cognoscit *rationem finis;* nam alia agentia vel nullo modo cognoscunt finem, quia omni cognitione carent, ut creaturae insensitivae, nempe plantae et mineralia: — vel solum apprehendunt *rem* quae est finis, absque formali cognitione *rationis* finis, ut bruta animalia. Ergo solus homo, inter omnia agentia huius mundi adspectabilis, agit propter finem.

490. *Responsio. Dist. Mai.:* quaecumque agunt propter finem *perfecto modo,* quasi seipsa active agentia vel ducentia in finem, debent cognoscere *rationem* finis, hoc est, finem ut formaliter est finis, *conc.;* quaecumque agunt propter finem *utcumque et imperfecto modo,* quasi ab alio acta vel ducta seu mota in finem, debent cognoscere rationem finis, *nego.*

Contradist. Min.: solus homo inter omnia agentia huius mundi sensibilis cognoscit rationem finis, hoc est, solus homo *capax* est cognoscendi rationem finis, *conc.;* solus homo *de facto* cognoscit rationem finis, *subdist.:* quando agit *ut homo,* seipsum per seipsum agens seu ducens in finem, *conc.;* quando non agit formaliter, sed solum materialiter ut homo, hoc est, quando exercet actus *hominis* et non actus humanos, ut quando agit ex mero imperio alterius vel movetur violenter ex altero impellente, cognoscit rationem finis, *nego.*

Et sub datis distinctionibus, *distinguo* etiam *Conclusionem:* solus homo, inter omnia agentia huius mundi adspectabilis, agit propter finem, perfecto modo, quasi seipsum active agens et dirigens in finem, quando agit formalitcr et reduplicative ut homo, *conc.;* quando agit matcrieliter ct specificative ut animal vel ut corpus physicum animatum vel ex mero imperio alterius, *nego.*

[1] I-U, 54» 4, ad 3·

491. Obiiciens sumit agere *propter finem,* non utcumque, sed *modo perfecto et activo,* ut convenit homini agenti actus *humanos.* At modus agendi propter finem non est unicus. Lt enim dictum est articulo praecedenti, ad tertium (nn. 368-372), homini etiam agenti actus *hominis* seu agenti per naturam aut per sensus [= cogitativam] convenit agere propter finem, licet modo imperfecto et materiali, et potius ductus seu actus a natura vel a sensu in finem quam ducens vel agens se active in finem.

492. Hi tamen duo modi exercendi actus hominis sunt *naturales.* Sed in hac responsione addit alios duos modos, quorum unus est, ut ita dicam, *artificialis,* nempe *ad imperium alterius,* quando scilicet *materialiter* exequitur praeceptum alterius, cui *ad nutum* obedit, absque ulla propria et personali consideratione, immo et quando *humano modo* exequitur praeceptum, quin cognoscat proprium finem praecepti, ut quando superior praecipit non indicans finem aut motivum praecipiendi; — alius vero est *violentus,* cum scilicet movetur altero physice impellente.

His ergo quatuor modis, duobus mere naturalibus et duobus praeter aut contra-naturalibus, homo agit revera propter finem aliquem, quin cognoscat rationem finis propter quem agit; imperfecte scilicet et magis passive quam active.

493. Nihil ergo mirum si eodem modo conveniat agere propter finem naturis inferioribus irrationalibus, tam mineralibus quam plantis et brutis animalibus; nam constat esse falsum in eodem homine quod ad agendum utcumque propter finem requiratur necessario et semper cognoscere perfecte rationem finis.

Et vere aliae inferiores naturae possunt agi vel duci seu moveri in finem, sive motu naturali, sive etiam motu artificiali, sive denique motu violento, quin ipsaemet cognoscant rationem finis propter quem moventur.

494. *Obiectio secunda,* quae procedit *ex ipsa rationed agere propter finem.* Agere propter finem est *ordinare* actionen suam in finem. Atqui *ordinare* actionem suam in finem est proprium et exclusivum rationalis naturae, quia *solius rationis est ordinare.* Ergo agere propter finem est proprium

et exclusivum rationalis naturae, scilicet hominis, inter omnes naturas huius mundi sensibilis.

495. *Responsio. Dist. Mai.:* agere propter finem *perfecto it activo modo,* scilicet seipsum agens vel ducens in finem a seipso sibi praestitutum, est ordinare *active et formaliter* actionem suam in finem, *conc.;* agere propter finem *imperfecto it passivo modo,* quasi ab alio motum seu directum in finem, est ordinare *active et formaliter* actionem suam in finem, *nego.*

Contradist. Min.: ordinare *active et formaliter* actionem suam in finem est proprium et exclusivum rationalis naturae seu agentis per intellectum, quando reduplicative agit per intellectum, *conc.;* ordinari *passive* seu moveri in finem est proprium et exclusivum rationalis naturae, *nego.*

Et *nego Consequens et Consequentiam,* sub distinctione data.

496. Vere, omnis actus seu omnis motus in finem est ordinatus in finem, ut patet ex terminis. At *ordo in finem,* sicut et ipse motus in finem, potest dupliciter sumi: uno modo, *formaliter* et *active,* et tunc est ordinatio activa et motus activus in finem, — et hic modus est proprius et exclusivus eius quod seipsum agit et ducit in finem, utpote agens per intellectum, cuius est proprium ordinare active et formaliter; — alio modo, *virtualiter tantum et passive,* quo in casu est ordinatio passiva et motus passivus mobilis in finem, ab alio ordinati et moti in finem, et hic modus est proprius eius quod ab alio agitur et ducitur in finem, utpote agens non per intellectum, sed per solam naturam. Quod quidem convenit irrationali naturae, cuius est *ordinari, non ordinare.*

497. Haec tamen ordinatio passiva et virtualis, quae inest motibus naturalibus agentis per solam naturam vel per sensum, necessario supponit ordinationem activam et formalem, quae est propria agentis per intellectum coniunctum. Et ideo «necesse est ut agenti per naturam praedeterminetur finis et media necessaria ad finem ab aliquo superiori intellectu; sicut sagittae praedeterminatur finis et certus modus a sagittante. Unde necesse est quod agens per intellectum et voluntatem sit prius agente per naturam»[1]. Et hic est Deus,

[1] I, 19 > 4.

Natura naturans, quae est causa naturae naturatae per intellectum et voluntatem suam, eamque active ordinat per providentiam suam, cuius proprius actus est lex aeterna, quae est active directiva omnium actuum et motionum totius creaturae in proprios fines et in finem communem totius universi 1; nam «lex importat ordinationem ad finem *active* in quantum scilicet per eam *ordinantur* aliqua in finem»2. Ista ergo impressio legis aeternae in naturis rerum, prout est passive recepta in ipsis, est lex naturalis earum, veluti incarnata in naturalibus inclinationibus ipsarum ad proprios fines et ad bonum totius universi 3.

Unde S. Doctor, inter exponendum Philosophum, profunde notat quod «natura est de numero illarum causarum quae propter aliquid agunt. *Et hoc valet ad quaestionem dt providentia.* Ea enim quae non cognoscunt finem, non tendunt in finem nisi ut directa ab aliquo cognoscente, sicut sagitta a sagittante. Unde si natura operetur propter finem, *necesse* est quod ab aliquo Intelligente ordinetur; quod est providentiae *opus» 4.*

498. *Obiectio tertia,* quae sumitur *ex ipsa ratione finis.* Quod est *proprium et formale obiectum voluntatis* est proprium et exclusivum rationalis naturae, cuius voluntas est propria facultas. Atqui bonum et finis sunt *proprium et formale obiectum voluntatis,* ut patet ex dictis articulo praecedenti. Ergo agere propter finem, hoc est, attingere actione sua bonum ei finem, est proprium rationalis naturae seu hominis, inter omnes naturas huius mundi adspectabilis.

499. *Responsio. Cone. Mai. Dist. Min.:* bonum et finis sunt proprium et formale obiectum voluntatis, finis et bonum in universali, hoc est, secundum rationem formalem universalem boni ut boni et finis ut finis a ratione apprehensam, *conc.;* finis et bonum in singulari seu particulari, idest, secundum rationem materialem individualem boni et finis ut

1 I, 22, 4; I-II, 93, 4-5.
2 I-II, 91, i ad 3.
I-II, 91, 2; 93, 5; 94, 2.
In II Physic., lect. 12, n.° 1.

rei cuiusdam convenientis a ratione non apprehensam, sed a sensu, vel etiam nullo modo apprehensam, *nego.*

Contradist. Conclusionem: agere propter finem, hoc est, attingere actione sua bonum et finem, in universali vel secundum rationem formalem universalem boni et finis, est proprium et exclusivum rationalis naturae, *conc.;* attingere bonum et finem in singulari vel secundum rationem individualem et materialem boni et finis ut sunt *res* quaedam, est proprium et exclusivum rationalis naturae, *nego.*

500. Bonum et finis considerari possunt dupliciter. Uno modo, *materialiter,* ut sunt *res* quaedam in rerum natura exsistentes, et sic habent esse particulare vel singulare, sicut et aliae essentiae reales: nam et esse, sicut et agere est singularium: — et hoc modo cadere possunt sub sensibus externis et internis, quorum est singularia cognoscere, et consequenter sub appetitu sensitivo seu mere animali, qui natus est moveri a forma apprehensa per sensus.

Alio modo, *formaliter,* hoc est, secundum rationem formalem constitutivam boni ut sic et finis ut sic, et haec ratio formalis obiectiva est universalis ad omne bonum et ad omnem finem ut reduplicative sunt bonum et finis; nam est universale metaphysicum seu directum notionis boni et finis. Haec autem ratio non potest apprehendi nisi ab intellectu, qui universalium est sicut proprii obiecti. Et sub hac sola ratione formali cadunt sub voluntate bonum et finis, quia voluntas, utpote appetitus elicitus rationalis, nata est immutari obiective a forma boni et finis apprehensa per intellectum.

501. Itaque naturae inferiores, cum moventur in finem, solum attingunt finem *materialiter* ut est *res* quaedam sibi conveniens, et quidem particularis et modo quodam particulari; sed natura rationalis, agens per intellectum, se movet active ad finem cognitum cognitione *perfecta et formali,* hoc est, secundum rationem formalem boni et finis. Et ita voluntas, quae est appetitus rationalis, se agit appetitu elicito in bonum et finem universalem, vel sub ratione saltem universali quando fertur in bona particularia; omnis enim potentia fertur in obiecta materialia secundum rationem formalem proprii et principalis obiecti.

502. Et inde S. Doctor, ut profundus philosophus et theologus, ascendit usque ad Primam Voluntatem et Primum Intelligentiam. Sicut enim particulare continetur sub universali, ita causa particularis sub causa universali et eodem modo appetitus naturalis particularis sub appetitu vel potius Voluntate universali, quae omnes appetitus naturales particulares active moveat et ordinet in fines particulares prout stant sub fine universali totius universi. Et haec causa Universalis ordinativa totius naturae in finem universalem, qui est proprius finis Eius, est Deus.

503. Et quia proprius finis agentis per intellectum est propria eius perfectio, quae consistit in veritate cognita, ideo finis universalis omnium rerum seu totius universi est *Veritas,* ut profunde concludit S. Thomas in I Contra Gent., cap. i.

In hoc ergo articulo completur et illustratur demonstratio exsistentiae Dei ex quinta via, de qua S. Thomas in 1,2,3.

Art. 3.— Utrum actus hominis recipiant speciem ex fine

PRAENOTANDA

SENSUS ET STATUS QUAESTIONIS

504. Duo sunt in actu humano actualiter exsistenti, sicut et in omni re creata extra causas posita, scilicet exsistentia et essentia. *Exsistentia* actus humani est ipsum *extratium* agendi, quo actio vel actus ponitur extra causam eius eficientem; *essentia* vero est *species* ipsius, vel potius id quo formaliter constituitur in tali vel tali specie determinata intra genus actus humani.

505. Postquam ergo in duobus articulis praecedentibus vidimus quod finis erat causa causalitatis efficientis actus humani, a qua efficienti causalitate, prout actu causant] actus humanus habet *exsistentiam* —et ita *finis* est causa exsistentiae actus humani, non quidem ut causa *quae* producit exsistentiam eius, sed ut *ratio* et causa *qua* ipsa propria causa efficiens actus humani eum in *esse* producit—; consequenter videndum est an etiam finis sit causa eiusdem actus quantum ad eius *specificationem* seu quantum ad eius *essentiam.*

Et hoc est quod S. Thomas directe quaerit in hoc articulo tertio.

506. Ubi attente notandi sunt eius termini. Subiectum sunt *actus hominis;* praedicatum vero, *recipiant speciem a fine,* nam verbum se tenet ex parte praedicati in enuntiatione 1.

Quantum igitur ad *subiectum* notanda sunt duo: unum de *nomine,* aliud de *re.*

507. *De nomine* seu *de formula* animadvertendum est quod ponitur: *actus hominis,* et non: actus *humanus.* Revera tamen pro eodem sumitur utraque formula in titulo huius articuli, ita ut intilligatur actus *hominis* formaliter seu reduplicative, hoc est, actus hominis in quantum est homo.

Manifeste enim ex toto tenore Litterae apparet quod S. Thomas non loquitur de actibus *hominis* prout contradistinguuntur ab actibus *humanis,* in sensu explicato supra, articulo primo (nn. 241-254); sed exclusive loquitur de actibus *humanis* in sensu *formali.* Et huius signum evidens est quod undecies adhibet formulam: actus *humani,* in hoc articulo, scilicet sexies in corpore, quater in obiectionibus et semel in responsione ad secundum; formulam vero: actus *hominis,* nec semel adhibet in Littera articuli.

508. Cur autem in titulo ponatur: actus *hominis,* et non: actus *humani,* facile explicari potest. Plerumque tituli articulorum sumuntur ex capite articuli; at in casu praesenti, neglecto initio articuli, ubi dicitur: «videtur quod actus *humani* non recipiant speciem a fine», trahitur titulus ex capite quaestionis, ubi distribuendo et formulando articulos S. Doctor tertio loco dicit se quaesiturum «utrum actus *hominis* recipiat speciem a fine»,

---

1 *In I Perih.,* lect. 5, nn. 3, 4 et 8.

Ratio vero cur initio quaestionis S. Thomas scripserit: actus *hominis,* et non: actus *humani,* haud difficilis est intellectu. Distinctio *grammaticalis* actus *hominis* et actus *humani* ad designandam differentiam *psychologicam* duplicis seriei actuum nostrorum est propria S. Thomae, et quidem in Summa Theologica, scilicet in articulo primo huius quaestionis tantum. Nullibi enim occurrit praeter istum locum.

509. Probabiliter ergo inter scribendum articulum primum, primo occurrit S. Doctori, postquam prologum quaestionis et articulorum eius enumerationem ac titulos scriptis redegerat; ac deinde, ex quadam distractione vel inadvertentia visuali, oblitus est corrigere formulam primaevam: *hominis,* per formulam posteriorem et inaequivocam: *humani.* Per actus tamen *hominis* mente intelligebat, etiam quando redigebat titulum articuli tertii in capite quaestionis, actus *humanos.*

510. Quantum vero ad *rem,* notanda est mutatio subiecti immediati huius articuli relate ad subiectum immediatum articulorum praecedentium: in praecedentibus articulis subiectum erat *agens,* scilicet homo. At in hoc est *actus,* qui est *motus* seu *effectus* agentis vel moventis.

511. *Motus* autem, licet simul habeat rationem actionis et passionis, prout simul est a movente ut *ab hoc* et in mobili ut *in hoc* \ non tamen ex aequo, sed plus habet de passione quam de actione, quia magis reducitur ad mobile quam ad movens. Unde et per ordinem ad mobile maxime definitur, quando dicitur quod motus est actus entis in potentia *quatenus in potentia:* ἡ του δυνάμει, όντο ἐντο$ εντελέχεια, ἡ τοιοιουτον 2; seu actus *mobilis in quantum est mobile:* εντελέχεια του κινετου, ἡ κινετον 3.

512. *Passio* autem, sicut et esse *in potentia,* est proprietas quaedam *causae materialis;* est enim proprium materiae *esse in potentia, pati recipere, subicii,* et alia huiusmodi *.

In III Physic., lect. 5, n.° 13.
III Physic., cap. 1, n.° 6, II, 273, 47-48.
Ibid., cap. 2, n.° 5, II, 275, 22-23.
Qq. Disp. De Anima, art. 6, paulo post initium.

Quapropter subiectum in hoc articulo trahitur ad rationem causae *quasi materialis,* et non amplius ad rationem formalem causae efficientis, ut subiectum articulorum praecedentium.

513. Quod quidem aequivalenter indicavit S. Thomas, addendo: *recipiant,* quasi *ex proprio* causae materialis; nam «nulla res, quantumcumque materialis, *recipit* aliquid secundum id quod est formale in ipsa, *sed solum secundum id quod est materiale in ea:* sicut anima nostra non *recipit* illuminationem ratione intellectus agentis, sed ratione possibilis; velut etiam res corporales non *recipiunt* aliquam impressionem ex parte formae, sed ex parte materiae, et tamen intellectus possibilis noster est simplicior quam aliqua forma mate-

514. *Praedicatum* vero quod attinet, scilicet *recipiant speciem a fine,* idem valet quod *specificari a fine.* Hoc autem idem est ac dicere quod finis *dat speciem* actibus humanis; idem est enim quod actus humanus recipit a fine et quod finis dat actui humano, sicut idem est quod materia recipit a forma et quod forma dat materiae.

Et quia species correspondet formae, dare *speciem* seu causare *specificationem* est proprium causae *formalis.* Ut ergo finis det speciem actibus humanis, debet vices gerere causae *formalis* respectu actuum humanorum. Id quod mirum non est, quia forma et finis quandoque incidunt in idem specie, immo et numero2.

515. Et sane, praedicatum sumi debet secundum exigentiam subiecti. Eo ergo ipso quod subiectum sumitur in genere causae *quasi materialis,* quae appellat, ut correlativam, causam formalem, praedicatum sumi debebat, prout se tenet ex parte finis, in genere causae formalis, scilicet prout finis fungitur munere causae formalis, ita ut specificatio actus humani sit quasi effectus formalis finis.

Quaestio ergo est, an actus humani habeant suam speciem vel essentiam ex ordine ad proprium finem.

l *De Verit., 9,* I ad 12.
l *In II Phys.,* lect. n, n.° 2.

516. At nondum satis. Quia enim finis potest esse et finis *operis* et finis *operantis* vel, ut quandoque loquitur S. Thomas, finis *operationis* et finis *intentionis* \ et insuper species actus humani potest esse species psychologica et species moralis, dubitari potest an agatur in hoc articulo de specificatione psychologica actus humani ex fine operis vel de specificatione morali eiusdem ex fine operantis.

517. Sunt qui dicant hic agi exclusive de specificatione psychologica seu in esse naturae ex fine operis, et non de specie morali, ut L. Lehu 1; quam sententiam nonnullis iam pridem arrisisse narrant Medina 3 et Bânez 4, eamque tribuit Vazquezio loannes a S. Thoma 5, si tamen Vâzquez hoc scripsit aliquando.

518. At «haec intelligentia —ait Bânez, loc. cit.— *omnino destruit* doctrinam articuli, in quo D. Thomas *express* dicit quod principium humanorum actuum, in *quantum humani sunt,* est finis, et similiter est terminus eorundem; et rursum attulit testimonium D. Ambrosii dicentis quod mores proprie sunt *humani*».

«Sed *refragatur illis tota Littera articuli tertii* —addit loannes a S. Thoma, loc. cit.—, ubi *aperte* S. Doctor de specie morali loquitur et cum reduplicatione, dicens: «manifestum est quod principium humanorum actuum in *quantum humani sunt,* est finis»; et concludit: «actus *morales* proprie speciem sortiuntur ex fine, nam idem sunt actus *morales et actus humani*».

519. Revera, actus humani sumuntur hoc in loco in eodem sensu in quo sumebantur in articulo primo, ut patet ex toto tenore quaestionis. Atqui in articulo primo sumebantur actus *humani* non exclusive in esse psychologico, sed. hoc supposito, formaliter in esse morali, ut ibi ostensum est. Ergo eodem modo sumendi sunt in hoc articulo tertio.

1 *De Pot.,* 3, 16.

1 *Philosophia moralis et socialis*, L I, n.° 45, Paris, 1914, p. 24.

3 *Hoc loco,* § Ceterum adverte, p. 13 b.

4 *In commentariis ineditis,* ad h. 1., dub. secundum: mihi humaniter communicatis a R. P. Beltrân de Heredia, O. P.

Hoc. loco, disp, i, art. 3, n.° 52, edit. Coloniae, 1711, p. 35 a.

520. Adde quod *laudabilitas et culpabilitas* sunt proprietales seu praedicata actus humani *in esse moris,* non in esse naturae, ut docet expresse S. Thomas infra, q. 21, art. 2, cum consequantur actus humanos «ratione *bonitatis et malitiae»,* prout dicit in ipso titulo quaestionis; bonitas autem et malitia sunt species *moralitatis,* non species psychologicae 1. Sed S. Doctor ait in hoc articulo quod opera nostra sunt *culpabilia et laudabilia* secundum quod eorum finis est *culpabilis vel laudabilis,* afferens et approbans verba S. Augustini, in *Sed contra.* Manifeste ergo loquitur S. Thomas hoc in loco de specie *morali* actuum humanorum.

521. Attamen non crederim hic esse quaestionem exclusive de specie morali, ut videtur dicere loannes a S. Thoma, scribens quod «D. Thomas loquitur in praesenti de specie actus *in genere morali et non in genere naturae»* (loc. cit.). Loquitur enim expresse S. Doctor, et de specie morali, et de specie psychologica in responsione ad tertium.

522. Dicendum est ergo quod S. *Thomas loquitur in hoc articulo de utraque specificatione actus ex utroque fine, ut tractatui generali congruebat.*

Et vere ita debebat procedere, semel dato quod scientia Moralis subalternatur Psychologiae, ut probatum est in *Introductione ad theologiam moralem* (nn. 137-139). Si enim maneret in sola specificatione psychologica, non traderet doctrinam moralem, sed vagaret extra proprium obiectum istius tractatus; sin autem maneret in sola specificatione morali, non esset doctrina scientifica perfecta, quia non resolveret totam specificationem usque ad prima eius principia, quae sunt principia ordinis psychologici. Nec enim actus humanus seu moralis in sensu stricto est extra genus psychologicum, quin potius illud praesupponit atque includit, ei addendo proprium modum seu rationem moralitatis.

Et licet infra, q. 18, ex professo de speciebus moralitatis agatur, debebat tamen hoc in loco fieri sermo de specificatione actus humani ex fine, ut influxus finis in actus humanos

1 I-II, 18.

—de quo agebatur in hac quaestione— plene traderetur, absque diminutione vel mutilatione.

§ 2

QUAESTIONIS RESOLUTIO

523. Quia igitur actus humanus in sensu stricto sumptus, prout est definitus in articulo primo, necessario involvit modum psychologicum et modum moralem, specificatio actus humani ex fine dupliciter considerari potest: uno modo, *in genere,* prout actus humanus *actu implicite seu in confuso,* ut analogum analogata sua, includit utrumque modum; alio modo, *in specie,* prout actus humanus *actu explicite seu distincte* descendit ad modum psychologicum ut contradistinctum a modo morali, et ad modum *moralem* ut contradistinctum a modo psychologico.

524. Sicut possumus considerare in genere ens reale, ut [1] est essentia, quatenus actu implicite seu confuse involvit decem modos diversos essendi, qui sunt decem praedicamenta; ac deinde, *quasi in speciali,* descendere possumus ad actualem et explicitant considerationem uniuscuiusque modi, nempe ad modum substantialem essendi et ad modum accidentalem singulorum praedicamentorum accidentalium.

Qui modus procedendi est valde utilis ad tollendas aequivocationes materiae complexae, eo vel magis quod naturalis modus cognoscendi apud nos est procedere a cognitione confusa et quadantenus potentiali ad cognitionem distinctam [1] et actualem *.

A. *De specificatione actus humani in genere ex fine*

525. dicendum est ergo quod *actus humani specif cantur ex fine.*

1 *In I Physic.,* lect. i, nn. 6-11.

Demonstratio huius conclusionis non est longe petenda, sed ab ipso S. Thoma suppeditatur in duobus articulis praecedentibus.

Inde igitur potest trahi duplex argumentum: unum, ex articulo primo, nempe ex formali *obiecto* actus humani reduplicative *ut actus,* quod est *finis* ut causa; aliud, ex articulo secundo, scilicet ex *obiecto* formali actus humani *ut* specificative est *motus quidam* voluntarius. Quae duo argumenta ita se habent inter se, ut primum sit vere *propter quid,* dum secundum est potius *quia,* licet utrumque sit *a priori.*

526. a) *Argumentum propter quid.* Actus humani specificantur ex proprio seu formali obiecto voluntatis. Atqui proprium seu formale obiectum voluntatis est finis, ut patet ex dictis articulo primo (nn. 282-284). Ergo actus humani specificantur ex fine.

527. *Maior,* ubi unice potest esse difficultas, constat; quia idem est specificativum actus humani et actus voluntarii, cum idem sint actus humani et actus voluntarii, ut probatum est articulo primo (nn. 241-254). Sed specificativum actus voluntarii est proprium seu formale obiectum voluntatis, eo quod «omnes actiones quae procedunt ab aliqua potentia, causantur ab ea secundum rationem formalem sui obiecti»atque idcirco idem est obiectum formale voluntatis et actuum propriorum eius. Ergo actus humani specificantur ex proprio seu formali obiecto voluntatis.

528. Patet autem quod haec demonstratio est *propter quid,* quia sumitur ex propria ratione subiecti et praedicati conclusionis, nempe ex propria ratione seu definitione actus humani reduplicative ut humanus est.

Et resolvitur immediate in articulum primum h. q. Eo enim ipso quod finis est proprium et formale obiectum voluntatis et actuum eius, statim concluditur specificatio eorum ex fine, utpote *effectus formalis eius.* Propter quod S. Thomas saepe repetit quod ab obiecto formali «actus quilibet recipit

1 Hic., art. 1, et II-II, b 3> 2' 3·

speciem et rationem»[1] vel «quod *species* et *ratio* operationis ex obiecto [formali] comprehenditur»[2].

529. b) *Argumentum quia,* quod resolvitur immediate in articulum secundum h. q., ubi actus humanus consideratur specificative *ut motus quidam* potius quam ut merus actus reduplicative.

Ibi enim probatum est quod erat proprium et exclusivum hominis inter cetera agentia huius mundi sensibilis ut *seipsum active moveret in finem,* agendo actus humanos. Et hoc sumit S. Doctor per modum principii in hoc articulo, scilicet «quod homo *movet* seipsum et *movetur* a seipso».

Et quidem valde profunde, eo quod actus voluntatis, sicut et cuiuslibet *appetitus,* habet rationem *impulsus seu motus,* licet recedat a ratione motus physici seu stricte dicti quatenus est actus immanens facultatis incorporae seu immaterialis. Quamvis ergo actus voluntatis, comparatus cum actu appetitus sensitivi, cui proprie et stricte convenit ratio motus, non sit proprie loquendo motus, sed potius de genere qualitatis; attamen, comparatus cum actu intellectus, qui maxime recedit a motu, rationem quandam *motus* induit.

Et ratio huius est quia *woluntas* comparatur ad *res* secundum quod *in seipsis* sunt; *intellectus* autem comparatur ad *res* secundum quod sunt per modum spiritualem *in anima.* Agere autem et *moveri* convenit rebus secundum esse proprium quo *in seipsis* subsistunt, et non secundum quod sunt in anima per modum intentionis; calor enim in anima non calefacit, sed in igne. Et sic comparatio voluntatis ad res, est secundum quod competit eis *motus,* non autem comparatio intellectus.

Et *praeterea* actus voluntatis est quaedam *inclinatio* in *aliquid,* non autem intellectus. Inclinatio autem [= appetitus] est dispositio *moventis,* secundum quod *efficiens movet»*[3]

1 I, 50, 2.
2 *Ibid.,* art. 5.
· *De Verit.,* 22,12. [Cf. *IV Sent.,* d. i7, ,, qla. , ad De Vail Oj O· C·].

530. *Quibus notatis, argumentum ita procedit:*

Actus humani seu voluntarii considerari possunt dupliciter, scilicet *active* seu per modum *actionum* et *passive* seu per modum *passionum.* Atqui utroque modo specificantur ex fine. Ergo actus humani seu voluntarii specificantur ex fine.

531. *Maior* constat ex modo dictis, quod scilicet actus humani seu voluntarii sunt *motus* quidam, et omnis motus distinguitur per actionem et passionem, cum sit essentialiter *tactus potentiae activi et passivi»,* hoc est, «actus activi *ut ab hoc* et passivi *ut in hoc»* h Unde dicitur quod actio et passio sunt *re* idem motus, «quia idem est quod movens agendo causât et quod motum patiendo recipit» 2, licet ratione formali differant, quia prout est actus agentis seu moventis dicitur actio, prout vero est actus patientis seu mobilis vocatur passio 3.

Magis tamen accedunt ad rationem *passionis* quam actionis; sicut et omnes motus, ut supra dictum est (nn. 511-513). Id quod mirum non est, quia voluntas est potentia *passiva,* et ideo per se primo ei convenit *pati* a suo objecto, licet ex consequenti reagat et feratur in obiectum activo modo.

532. *Minor* autem probatur per partes.

a) Actus humanus seu voluntarius *passive sumptus,* prout scilicet est actus potentiae *passivae,* qualis per se primo est humana voluntas se habet ad *finem,* qui est formale obiectum voluntatis, ut ad eius obiectum formale *motivum.* Atqui actus potentiae *passivae* specificantur ab eius proprio et formali obiecto *motivo.* Ergo actus humanus passive sumptus specificatur a fine.

533. Ad cuius evidentiam recolendum est quod «non distinguitur potentia activa a passiva ex hoc quod habet operationem; quia, cum cuiuslibet potentiae animae tam activae quam passivae sit operatio aliqua, quaelibet potentia animae esset activa; cognoscitur autem eorum distinctio per comparationem potentiae ad *obiectum:* si enim obiectum se

In III Physic., lect. 5, n.° 18.
Ibid., lect. *4, n.0* 10.
Ibid., n.° 11; lect 5, nn. 11 et 15.

habeat ad potentiam *ut patiens et trasmutatum,* sic erit potentia *activa;* si autem e converso, se habet *ut agens et movens,* sic erit potentia *passiva.* — Et inde est quod omnes potentiae *vegetabiles* animae sunt *activae,* quia alimentum transmutatur per potentiam animae tam in nutriendo quam in generando; sed potentiae *sensitivae omnes* sunt *passivae,* quia per sensibilia obiecta moventur et fiunt in actu. [Et similiter potentiae appetitivae, quia appetitus est movens motum ab appetibili (III De Anima, lect. 15, nn. 830-831).]

Circa intellectum vero aliqua potentia est activa, aliqua passiva; eo quod per intellectum intelligibile in potentia fit intelligibile actu, quod est intellectus *agentis;* et sic intellectus *agens* est potentia *activa;* ipsum etiam intelligibile in actu facit intellectum in potentia esse intellectum in actu, et sic intellectus *possibilis* erit potentia *passiva»* [1].

Sic ergo proprium et formale obiectum potentiae passivae comparatur ad actum eius ut principium et causa movens, hoc est, ut obiectum formale *motivum,* quod per se primo est obiectum formale *quo* seu obiectum formalissimum; et ideo a tali obiecto specificatur per se primo actus potentiae passivae.

534. Et hoc est principium actionis potentiae passivae; non quidem ut *quod* agit, quia hoc pertinet ad ipsam potentiam activam *quae elicit* actum illum, sed ut *quo* agit, scilicet ut *forma* seu *ratio* formalis agendi talis potentiae. Propter quod S. Thomas frequenter inculcat quod «omnis actus refertur ad *duo* originaliter, scilicet ad *agentem et ad principium actionis;* agens autem est ipsum suppositum, ut homo vel ignis; *et principium actionis* est aliqua *forma* in ipso vel substantialis vel accidentalis»[2].

Obiectum ergo est principium actionis non elicitivum, sed *motivum;* non *quod* agit actionem, sed *quo* agens agit actionem suam ut *ratione* seu *causa* vel *motivo* agendi; nam haec nomina idem sonant.

535. Et quia finis, prout est in *intentione* agentis, nempe

1 *De Vent.,* 16, I ad 13.
2 *I Sent.,* dist. 11, 2.

finis *ut causa,* est *formale* obiectum voluntatis, manifestum est quod ei convenit esse obiectum formale *motivum* actus voluntarii seu humani, nempe principium activum actionis voluntariae, non quidem ut *quod* elicit actionem —quia hoc immediate est ipsa potentia voluntatis—, sed ut *quo* voluntas movetur ad eliciendum actum suum ut ratione vel *causa* seu *motivo* agendi.

536. Et hoc est quod expresse S. Doctor tradidit scribens: «cum in qualibet actione *duo* considerentur, scilicet *agens* et *ratio* agendi, ut in calefactione ignis est agens et ratio agendi calor, — in movendo dicitur *finis* movere sicut *ratio* movendi, sed *efficiens* sicut agens [= movens] motum, hoc est, educens mobile de potentia ad actum» [1].

Et iterum: «actiones, inquit, differunt *specie* secundum diversitatem *formarum,* quae sunt *principia* actionum [= non principia *quae,* sed principia *quibus},* quamvis etiam agentia specie non differant, sicut calefacere et infrigidare differunt specie, sicut calor et frigus. *Forma* autem voluntatis est *finis* et bonum, quod est eius *obiectum* et volitum, et ideo oportet quod in actibus voluntatis inveniatur differentia *specifica* [atque ideo specificatio] *secundum rationem finis»* [2].

Apparet igitur sensus formalis verborum S. Thomae in hoc articulo, quando dicit quod *«principium* humanorum actuum, in quantum sunt humani, est *finis»,* hoc est, principium *formale,* ut ratio vel *forma agendi.*

Quod, insuper, repetit postea nervoso verbo: *«obiectum* movet, determinando actum, ad modum principii *formalis,* a quo in rebus naturalibus actio specificatur, sicut calefactio a calore»[3]; et hoc modo finis movet voluntatem ad agendum actus voluntarios seu humanos, cum sit proprium obiectum voluntatis.

Et clarius ac distinctius adhuc: *«in omnibus* actibus voluntariis id quod est ex parte *finis* est *formale;* quod ideo est quia unusquisque actus *formam* et *speciem* recipit secun-

De Vent., 22, 12.
II Sent., dist. 40, *1,* ic.
I-II, 9> I-

dum *formam* agentis, ut calefactio secundum calorem... *Forma* autem voluntatis est *obiectum* ipsius, quod est bonum et *finis,* sicut intelligibile est forma intellectus. Unde oportet quod id quod est ex parte *finis,* sit *formale* in actu voluntatis» 1.

Denique: «in moralibus *forma actus* attenditur principaliter ex parte *finis.* Cuius ratio est, quia principium moralium actuum est *voluntas,* cuius *obiectum* et *quasi forma* est *finis.* Semper autem *forma actus* consequitur *formam agentis***.

537. Manifestum est ergo quod humanus passive sumptus specificatur a fine prout est in *intentione,* quia hoc modo est *obiectum formale motivum* voluntatis et actuum eius. Et ita cessant difficultates et subtilitates, quibus plus aequo implicatur Ioannes a S. Thoma3, qui non videtur satis attendisse ad hoc simplex et per se notum, scilicet quod finis est causa causalitatis efficientis unice et formaliter ut ratio et *forma* agendi; et ita ab agente, ut agens est, effectus suscipit *esse,* sed a fine, ut est finis, recipit *formam* vel *essentiam* suam, quae in effectu est *ratio* essendi, sicut in causa erat *ratio* causandi. Propter quod S. Thomas graviter monet; *«in motu cuiuslibet potentiae a suo obiecto, consideranda est ratio per quam obiectum movet potentiam» 4.*

538. A potentia quidem *elicitiva* actus, quae est principium intrinsecum agendi, habet actus primo et per se quod sit *naturalis;* sed a *ratione* agendi, quae est finis in intentione, habet actus primo et per se *speciem et essentiam* suam, licet non unice, ut statim videbimus.

Neque aliud docuit S. Thomas in De Potentia, 6, 8, initio corporis.

539- *b)* Similiter actus humanus *active sumptus* specificatur a fine. Nam actus humanus *active* sumptus, prout scilicet est actus potentiae *activae,* quae voluntati per se secundo convenit, comparatur ad *finem,* qui est proprium et formale obiectum voluntatis, ut ad obiectum eius formale

1 *De Caritate,* 3.
2 II-II, 23, 8.
3 *Cursus theologicus,* h. 1., disp. 1, art. 3, edit cit, on 22-7R
4 I-II, 10,2. 3

terminativum. Atqui actus potentiae *activae* specificatur ab eius proprio et formali obiecto *terminativo.* Ergo actus humanus *active* sumptus specificatur a fine.

540. Et sane, ut ex paulo supra dictis constat (nn. 533-534), obiectum formale potentiae *activae* est per se primo *terminativum* actuum eius, nempe eorum terminus *formalis;* sicut obiectum formale potentiae passivae est per se primo *motivum* actuum ipsius, utpote eorum principium *formale* seu ratio *formalis* agendi. Se habent ergo ad invicem ut obiectum formale *quod* (per se primo terminativum) ad obiectum formale *quo* (per se primo motivum) in potentiis simul activis et passivis.

541. Et huiusmodi potentiae sunt intellectus possibilis et voluntas. Nam *intellectus possibilis* per se primo patitur ab intelligibili, a quo formaliter movetur; et quia actio formalis semper est *immediata,* intellectus possibilis se habet ut potentia passiva relate ad primos terminos et prima principia, quae sunt *immediata* seu *per se* nota.

At, semel in actu intelligendi per informationem horum principiorum, *active se movet* seu *applicat* ad intelligibilia cognoscenda *virtualiter* [= medio modo inter meram potentiam et actum perfectum] contenta in principiis illis per se notis, reducendo se *active* de potentia ad actum per discursum illativum seu proprie dictum, qui est discursus secundum causalitatem.

Et sic ratio discursiva, quae cognoscit conclusiones ut conclusiones, scilicet ex principiis per se notis vi discursus secundum causalitatem, «comparatur ad intellectum ut ad principium et ut ad terminum. *Ut ad principium quidem,* quia non posset mens humana ex uno in aliud discurrere, nisi eius discursus ab aliqua simplici acceptione veritatis inciperet, quae quidem acceptio est intellectus principiorum. — Similiter, nec rationis discursus ad aliquid certum *perveniret,* nisi fieret examinatio eius, quod per discursum invenitur, *ad prima principia in quae ratio resolvit.* Ut sic intellectus inveniatur rationis *principium* quantum ad viam *inveniendi, terminus* vero quantum ad viam *iudicandi» x.*

1 *De Verit.,* 15, i.

Motus ergo rationis discurrentis circulo quodam clauditur ab intellectu in intellectum, egrediens ab intellectu secundum viam inventionis et regrediens ad intellectum secundum viam iudicii\

542. Pariter *voluntas* per se primo movetur seu patitur ab appetibili, quod est finis *in intentione,* a quo in actum reducitur finem appetendo et intendendo. Semel vero in actu volendi finem, seipsam ex volitione finis active reducit in actum volendi media, usque ad *consecutionem* vel *exeeutionem* finis intenti, perveniendo ad finem *in exeeutione* vel *in re* attingendum. Et sic etiam «appetitivus motus circulo agitur...; appetibile enim movet appetitum, faciens se quodammodo *in eius intentione,* et appetitus tendit in appetibile *realiter* consequendum, ut sit ibi finis motus ubi fuit principium» 2. Voluntas ergo se habet ut potentia passiva relate ad finem in intentione seu ad ordinem intentionis; sed se habet ut potentia activa, active se movens et ducens, relate ad media, quae resolvit usque ad finem in exeeutione et constituunt ordinem exeeutionis 3.

543. Idem igitur finis, secundum eandem rationem formalem obiectivam boni primarii et per se, est simul obiectum motivum et obiectum terminativum actus humani: *motivum* quidem, secundum quod est in intentione; *terminantivum* vero secundum quod est in exeeutione, ita quidem ut esse in intentione et esse in exeeutione sint solum *conditiones* movendi et terminandi, dum *ratio formalis* motiva et terminativa est ipsa bonitas per se constitutiva finis in esse finis et obiecti formalis motivi et terminativi voluntatis, quae in idem *re* incidunt; nam et voluntas fertur in obiectum suum secundum quod est *in re.*

544. Media quidem sunt obiectum terminativum voluntatis, at non primarium, sed secundarium, non per se sed per aliud, non formale sed pure materiale; et ideo media ut

I, 79, 8 et 12; I-II, 91, 2 ad 2; IMI, 8, 1 ad 2
I-II, 26, 2.
3 I-П, 9, 3.

pure media nec movent nec terminant actus voluntatis: finis vero ut finis est qui unice movet et primo terminat actus eius. Unde et a fine venit omnis specificatio actus voluntatis, quia media non specificam sicut neque terminant motum voluntatis nisi vi finis, a quo forma boni descendit in media ut talia, sicut forma analoga derivatur a supremo analogato in analogata secundaria.

545. Verum est igitur quod actus seu motus potentiae activae specificantur ab eorum obiecto formali terminativo, sicut et omnis motus specificatur a termino proprio er formali K Sed necesse est semper intelligere terminum *formaliter,* hoc est, secundum *rationem formalem terminandi;* et ita *forma* termini ut termini dat *speciem* motui, reducens motum *ad actum termini.*

546. Propter quod S. Doctor profunde scribit: «non quaelibet diversitas actuum facit differentiam potentiarum et habituum, sed illa tantum quae est ex diversitate obiectorum, a quibus actus specificantur, sicut motus a terminis. *Solum* autem illa differentia *terminorum* facit diversam *speciem motus,* quae attenditur *secundum illam rationem seeundum quam terminat motum.* Unde quod descensus terminetur ad aquam vel ad terram, non facit diversam speciem motus *localis,* quia motus *localis* non erat ad terram vel ad aquam in quantum huiusmodi, sed *in quantum deorsum* sunt: *generationes* autem [= motus *generationis]* differunt secundum *speciem,* quae *terminantur* ad *formas* aquae vel terrae.

Et similiter obiecta diversa non diversificant actus secundum *speciem,* nisi sit diversitas *secundum illam rationem seeundum quam est obiectum.* Videre enim album et nigrum non sunt diversi actus secundum *speciem,* quia utrumque est obiectum visus secundum unam *rationem,* in quantum scilicet sunt colorata visibilia actu» 2.

Et hoc modo finis est terminus motus seu actus voluntatis active sumpti, quia *ratio* terminandi est ipsa *ratio for-*

1 *In II Physic.,* lect. 2, n.° 7; *IV Physic.,* lect. 5, nn. 2 et 17; *De Pot.,* 3, 3 ad 8; 6, 8 initio: *De Anima,* 7 ad 3; I, 23, 1 ad 3.
1 *III Sent.,* dist. *33, t,* 1, qla. I, edit, cit., nn. 18-19.

malis finis ut finis secundum se, in statu reali; «nam *id ad quod* [formaliter] *terminatur* actus humanus est *id* quod voluntas *intendit* tanquam finem, sicut in agentibus naturalibus *forma* generati est conformis *formae* generantis»x.

Patet igitur *Minor* argumenti quoad utramque partem, quod scilicet actus humanus quomodocumque sumatur, sive per modum actionis sive per modum passionis, specificatur a fine.

546. Notandum tamen quod *hae duae rationes specificandi non se habent ex aequo,* sed secundum prius et posterius; nam *per se primo* actus humanus specificatur a fine *in intentione,* et nonnisi *per se secundo* et dependenter a primo specificatur a fine *in executione.* Cuius ratio est, quia voluntas est per se primo potentia *passiva,* cui correspondet finis in intentione veluti obiectum formale *motivum,* quod est per se primo formale; et nonnisi per se secundo et dependenter a primo est potentia *activa,* cui correspondet finis *in executione* uti objectum formale *terminativum,* quod per se secundo tantum est formale, utpote essentialiter dependens in ratione terminandi ab obiecto motivo, a quo fundatur in munere proprio terminandi.

547. Quae cum ita sint, apparet quam exacte —multo plus quam alii thomistae celebriores— reddidit sensum profundum doctrinae S. Thomae Cosmas de Lerma, dum scribit: «obiectum duo habet munera respectu potentiae, et *movere* ad agendum, et *terminare* eius actum; et sic habet rationem *principii* et *finis,* et sub utraque ratione specificat potentiam; sic enim obiectum habet rationem formae seu formalis principii specificativi et simul rationem finis formalis, ui docet S. Thomas, I-II, q. 9, art. 1, in fine corporis, et q. 18,

Itaque potentia dupliciter potest considerari: ut *mota* et ut *movens,* ut *passiva* et ut *activa.* Primo modo, principium eius est obiectum *movens,* secundo modo, obiectum eius est *terminus;* quia sic movetur ipsa potentia, et terminus specificat motum et potentiam ut motivam, ut dicitur V Physic.

Hic, in corpore.

text. — Omnis autem potentia operativa creata habet utrumque, scilicet esse passivam et activam; quia sicut nihil datur in creatis quod sit purus actus, sic nec datur potentia pure activa, ideoque non habet in se adaequatum principium formale agendi, sed dependenter ab obiecto extrinseco, et sic finis eius est coniungi cum suo obiecto et principio, quia perfectio cuiuslibet rei est coniungi cum suo principio activo, a quo habet entitatem, ut docet S. Thomas, I, q. 12, art. 1, in corpore.

Et sic actio ex principio et termino speciem desumit, idest ex obiecto motivo et terminativo; et per *prius,* ratione inadaequata, *a principio quam a termino,* quia prius est esse ab aliquo agente quam ad aliquid, licet ex utroque adaequetur) \

548. Et inde rursus apparet quam perspicaciter S. Thomas docuit contra plures graecos commentatores Aristotelis, v. gr.: Simplicium, Themistium et Philoponem, quod specificatio actuum et potentiarum animae ex propriis obiectis non est solum a posteriori, quasi ex proprio effectu vel signo, sed a priori, quasi ex propria causa2; nam actus est *finis* potentiae operativae, et obiectum proprium est *finis* actus. Finis autem est *prima* causarum, ante quam nulla est prior. Eo ergo ipso quod specificatio haec sumitur ex obiecto formali sicut ex proprio *fine,* est maxime *a prion 3.*

B. *De specificatione actus humani in specie ex fine*

549· Ut paulo supra notatum est, actus humanus considerari potest et in esse psychologico et in esse morali, qui sunt duo modi distincti actus humani ut sic.

Et quia naturaliter prior est modus psychologicus quam

l *Cursus Philosophicus, t. V* posthumus, *Ires libros de Anima seu ente mdnli animato complectens,* lib. II, q. 19, § inquires secundo, n.° 12, Matriti, 1666, pp. 145-146.

l *De Verit.,* 15, 2.

' Vide etiam ***II*** *De Anima,* lect. 6, nn. 304-307; Q· D. *de Anima,* 13; I,

modus moralis, prius est etiam consideranda specificatio actus humani in esse psychologico a fine, quam specificatio eius in esse morali.

a) *De specificatione actus humani in esse psychologico ex fine*

550. CONCLUSIO EST: *Actus humani in esse psychologico considerati specificantur unice ex fine operis.*

551. *Probatur.* Eodem modo iudicandum est de specificatione actus humani in esse psychologico, sicut de specificatione aliorum actuum hominis mere naturalium et psychologicorum seu vitalium. Atqui specificatio aliorum actuum hominis mere naturalium et vitalium sumitur unice ex eorum fine *operis.* Ergo et specificatio actus humani in esse psychologico unice sumitur ex eius fine *operis.*

552. *Maior* est clara, quia actus humani in esse psychologico considerati conveniunt cum actibus *mere naturalibus* hominis, in hoc quod sunt actus *naturales,* hoc est, a principio intrinseco, quo primo distinguuntur ab actibus violentis cum actibus autem *vitalibus* hominis, in hoc quod sunt actus *immanentes.* Actus ergo humani seu voluntarii in esse psychologico considerati conveniunt *univoce* in genere *remoto* cum aliis actibus *naturalibus* hominis; et in genere *proximo* cum aliis actibus vitalibus sensitivis, sicut homo convenit in genere proximo cum brutis animalibus; denique *in specie* conveniunt cum aliis actibus *propriis* hominis ut est homo in esse psychologico, nempe cum aliis actibus ordinis rationalis seu intellectivi, qui sunt actus vitales proprii facultatum rationalium.

Ubi autem est *una* ratio univoca, idem iudicium ferendum est quantum ad essentiam et specificationem, eo quod *univocitas* respicit directe *«essentiam vel naturam* quam significat definitio»2.

* *Quodlib.,* 3, art. 4 ad 1, in fine.

553. *Minor* patet ex ipsa natura harum operationum et finis *operis.* Nam istae operationes *hominis,* prout contradistinguuntur ab operationibus *humanis,* sunt operationes hominis agentis *per naturam* seu per principia *naturalia,* ut constat ex dictis articulo primo (nn. 242-244); quia etiam operationes vitales sensitivae vel rationales sunt operationes *naturales* agentis sensitivi vel rationalis.

554. Aliunde vero finis *operis,* prout contradistinguitur a fine operantis, est finis *naturalis* ipsius operis positi, ut finis naturalis aedificationis est domus aedificata, finis potionis medicinalis est sanitas, finis coitus est generatio; et ab isto fine actus naturales unice specificantur, quia species eorum naturalis non mutatur quantumcumque mutetur intentio agentis per intellectum. Sive enim aedificator aedificando domum intendat habitationem congruam, sive lucrum, sive vanam gloriam, sive opus iustitiae, semper aedificatio natura sua tendit ad domum faciendam et naturaliter terminatur in domo facta \

555. Unde patet puod actus naturalis vel psychologicus et finis operis sibi mutuo respondent; et ideo, sicut actus humanus in genere specificatur ex proprio fine, ita actus humanus consideratus specialiter in esse psychologico seu *naturae* specificatur a proprio fine *naturali,* qui est finis

556. Et iste finis coincidit cum proprio et formali obiectum actuum in esse physico seu naturali considerato, Si enim sint actus potentiae activae, finis operis est obiectum terminativum producendum, ut finis actus generationis est homo generandus; si vero sint actus potentiae passivae, finis operis est obiectum motivum attingendum, ut finis appetitionis est attingere seu assequi appetibile, finis visionis percipere colores, finis intellectionis capere intelligibilia.

557. Similiter ergo actus voluntatis in esse psychologico specificatur a proprio obiecto voluntatis in esse *naturae* considerato, nempe a bono seu fine intellecto in universali, quo

II Sent.. dist. 1, 2, 1; **II-II**, 141, 6 ad 1.

primo in esse psychologico differunt actus voluntatis ab actibus intellectus et aliarum potentiarum animae.

b) *De specificatione actus humani in esse morali ex fine*

558. resolutio EST: *Actus humani in esse morali considerati specificantur tum ex fine operis tum ex fine operantis, non tamen ex aequo, sed ordine quodam prioris et posterioris.*

559. *Probatur.* Actus humanus consideratus secundum modum moralem necessario praesupponit modum psychologicum eiusdem, nam esse morale actus comparatur ad esse psychologicum eius sicut qualitas ad substantiam, secundum illud S. Thomae: «species [moralis] peccati non est species [psychologica] actus secundum suam naturam..., sed secundum esse *morale* quod comparatur ad naturam actus [in esse psychologico], *sicut quale ad substantiam*» qualitas autem necessario praesupponit substantiam. Atqui actui humano secundum esse psychologicum correspondet finis *operis,* a quo unice specificatur; at secundum esse morale ei correspondet finis *operantis,* qui est finis *intentionis* proprius agentis *per voluntatem deliberatam* sibi praestituentis talem finem. Ergo actus humanus in esse morali consideratus specificatur necessario ex duplici fine, scilicet ex fine operis et ex fine operantis.

560. Hi autem fines aliquando coincidunt, ut si quis exerceat actum generationis intendendo, actu libero voluntatis, suscipere aliquem filium; quod est finis ipsius operis generationis: aliquando vero non coincidunt in idem *re,* ut si quis exerceat actum matrimonialem solo intuitu delectationis.

Unde S. Thomas scribit: «quandoque aliud est finis operantis et aliud est finis operis, sicut patet quod *aedificatione finis* est domus, sed *aedificatoris* finis quandoque est lucrum»[1]. Se habet enim morale ad psychologicum sicut voluntarium liberum ad naturale, quod quandoque coincidit naturae, quandoque non; semper tamen voluntarium supponit naturale, quia natura est primum quod est in unoquoque[1], et semper prius salvatur in posteriori»[2].

561. Et inde est quod actus humani *non specificantur ex aequo a fine operis et a fine operantis,* sed ordine quodam prioris et posterioris secundum diversam considerationem.

Nam *ordine generationis seu productionis vel executionis,* prius naturaliter est esse psychologicum quam esse morale actus, et ideo hoc ordine causae quasi materialis prius specificatur a fine operis quam a fine operantis, et prior naturaliter est species psychologica quam species moralis eius; at ordine formali intentionis et directionis prius naturaliter est esse voluntarium quam esse naturale, cum voluntas utatur natura ad suum finem, et consequenter prius specificatur actus moralis a fine operantis quam a fine operis.

Quapropter S. Doctor ait: «finis *operis* est hoc ad quod opus ordinatum est ab agente, et hoc dicitur ratio operis; finis autem *operantis* est quem *principaliter* operans intendit; unde finis *operis* potest esse in alio, sed finis *operantis* semper est in ipso, sicut patet in aedificatore qui lapides congregat ad componendum eos, quod ista compositio, in qua consistit forma domus, est finis operis; sed utilitas quae provenit operanti est finis ex parte agentis»[3].

562. Ergo in genere causae formalis esse morale est naturaliter prius esse psychologico actus, et consequenter hoc ordine prius specificatur actus humanus a fine operantis quam a fine operis.

Specificatur autem actus in esse morali per se primo a fine operantis, quia actus moralis per se primo est actus elicitus seu interior ipsius voluntatis, cuius proprium obiectum motivum est finis *in intentione,* qui est finis *intentionis* seu *operantis,* e contra actus exterior seu imperatus, qui pertinet ad ordinem *executionis,* specificatur a fine in *executione,* qui est finis operis quo exequitur vel attingitur, et ad

De Malo, 2, 6 ad 3.
II-II, 141, 6 ad 1.

1 I, 82, 1; I-II, 10, 1.
2 I, 60, 1.
3 *II Sent.,* dist. I, 2, 1.

hunc ordinem pertinet esse psychologicum actus quo voluntas utitur ad proprium finem f

563. Apparet ergo quod specificatio actus humani in esse psychologico a fine *operis,* et specificatio eius in esse morali, quatenus reduplicative moralis est, a fine *operantis* primo et per se, confirmat doctrinam generalem de specificatione actus humani ut sic a proprio fine.

564. Et hoc necessarium erat dicere a priori, necessitate metaphysica; nam specificatio actus humani ex fine est veritas metaphysica, et similiter specificatio eius in esse naturae a fine naturali seu operis, et specificatio in esse moris a fine morali seu operantis; quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet tale ad tale.

lure ergo S. Thomas concludit: «*sicut* actus *in communi* recipit speciem *ab obiecto, ita* actus *moralis* recipit speciem ab obiecto *morali**2.

565. Et in *confirmationem* huius doctrinae de specificatione actus humani in esse moris a fine operantis seu intentionis, solet S. Thomas, cum aliis theologis sui temporis, adducere textum Oseae: «facti sunt abominabiles *sicut ea quae dilexerunt*» 3.

566. Fundati etiam auctoritate S. Augustini, afferunt verba Christi: «si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit» 4, nomine *oculi* intelligentes *intentionem, corporis* vero *operationem.* «Per oculum, ait S. Thomas, significatur *intentio;* unde qui vult *operari,* aliquid intendit. Unde, si *intentio* tua sit lucida, idest ad Deum directa, totum corpus, idest *operationes* tuae erunt lucidae, et hoc intelligitur in simpliciter bonis»s.

567. Revera Augustinus scribit: «hunc oculum agnosce *intentionem,* qua facit quisque quod facit; et per hoc discere eum qui non facit *opera* bona intentione fidei bonae, hoc est,

Vide I-II, 18, 7, corp, et ad 2 et 3.
De Malo, 2, 6 ad 2, initio.
3 *Oseae,* IX, 10.
Mtt., VI, 22.
5 *In* l., edit. Marietti, Augustae Taurinorum, 1912, p. 105 b.
Vide etiam I-II, 12, i ad i et 2.

eius quod per dilectionem operatur, totum quasi corpus quod illis, velut membris, *operibus* constat, tenebrosum esse, hoc est, plenum nigredine peccatorum» Et idem repetit in *De Sermone Domini in Monte,* lib. II, cap. 13, nn. 45-46 2.

Per *intentionem* autem S. Augustinus intelligit *finem operantis,* qui est finis *intentionis,* ut S. Thomas aliquando eum appellat3: «cum boni et mali eadem faciunt eademque patiuntur, non factis et poenis, sed *causis* utique [= motivis agendi seu finibus] discernendi sunt; Pharao populum Dei duris laboribus adterebat, Moyses eundem populum impie agentem duris coercitionibus affligebat: *similia* fecerunt, sed non *similiter* prodesse voluerunt: ille *dominatione* inflatus, iste *dilectione* inflamatus; Jezabel occidit prophetas, Elias occidit pseudoprophetas: puto quod diversa sint merita facientium, diversa passorum» 4.

568. Merito ergo in hoc sensu S. Thomas, in argumento *sed contra,* affert auctoritatem Augustini redarguentis Manichaeos: «quaero a vobis *quo fine* faciatis [non vesci carnibus nec vinum bibere]; *finis* enim quo referuntur ea quae facimus, si non solum inculpabilis, sed etiam laudabilis fuerit, tunc demum etiam *facta nostra* laude aliqua digna sunt; sin ille iure meritoque culpatur, quem spectamus et intuemur, cum in aliquo versamur officio, id quoque officium nemo improbandum vituperandumque dubitaverit.

De Catilina memoriae proditum est quod frigus, sitim, famen, ferre poterat. Haec erant illi spurco sacrilegoque etiam cum Apostolis nostris communia. Unde ergo discernitur parricida iste ab Apostolis nostris, nisi *fine* illo quem diversissimum sequebatur? Nam ille ista tolerabat ut immoderatissimas et immanissimas expleret cupiditates; illi e contra ut eas premerent et dominanti rationi servire cogerent»5.

1 *Contra Julianum Pelagianum,* lib. IV, cap. 3, n.° 33. ML. 44> 755·
* ML. 34, 1289-1290.
» *IV Sent.,* dist. 49, I, 1, qla. 1 ad 4; *De Pot., 3,* 16 corp, initio.
4 *Epist. 93,* ad Vincentium Rogatianum, cap. n.° 6, ML. 33, 324·
* *De monbus Ecclesiae catholicae et de moribus manichaeorum.* lib. II cap. 13, nn. 27-28. ML. 32, 1356-1357·

Similia etiam, eloquenter et pulcherrime tradita, legi possunt in enarratione secunda in Psalmum XXXI, n.° 4[x].

§ m

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

In hoc etiam articulo S. Doctor movet tres difficultates, incipiendo a graviori et procedendo per mediam ad debiliorem.

Duae igitur priores difficultates sumuntur ex parte *praedicati,* scilicet *recipiant speciem a fine,* ordine tamen quodam; nam prima desumitur ex ipsamet *ratione* formali finis ut finis est, secunda vero ex *conditione* formali finis ut est causa, cui repugnaret *conditio* essentialis specificativi, scilicet esse *in actu:* tertia denique sumitur ex parte *subiecti,* hoc est, *actus humani,* qui potest simul ordinari ad plures et diversos fines et tamen videtur quod non possit simul esse in pluribus speciebus.

570. *Prima obiectio,* quae sumitur *ex ipsa ratione formali finis et specificativi actus humani.* Specificativum actus humani est *intrinsecum actui humano,* quia unumquodque specificatur ab aliquo principio intrinseco, cum species sit essentia, quae unicuique rei est intrinseca. Atqui finis *non est intrinsecus actui humano,* quia finis, per definitionem, est causa *extrinseca* rei cuius est causa. Ergo finis non est specificativum actus humani.

571. *Responsio. Dist. Mai.:* specificativum actus humani est intrinsecum actui humano, reduplicative, hoc est, secundum rationem formalem qua est specificativum, *conc:,* materialiter seu specificative ut est res quaedam, hoc est, secundum rationem formalem qua non est specificativum actus humani, *nego.*

Contradist. Mtn.: finis non est intrinsecus actui humano, specificative seu materialiter ut est res quaedam, *cone..*

x ML. 36, 259-260.

reduplicative seu formaliter, prout scilicet formaliter exercet rationem seu causalitatem finis actus humani, *nego.*

Et *nego Consequens et Consequentiam.*

572. Specificativum est id quod dat speciem. Est autem magna differentia inter specificativum et speciem ab eo constitutam; nam species semper est intrinseca rei cuius est species, at specificativum *non semper sub omni respectu* intrinsecum rei cui speciem praebet.

573. Ut enim scite animadvertit Ferrariensis, «aliud est *esse* speciem et differentiam, et aliud *dare* speciem et differentiam: species enim et differentia dicunt *intrinsecum* rei et sunt idem quod res, humanitas enim et rationale est idem quod homo: — sed id quod *dat* speciem *potest esse extrinsecum,* sicut calor dat speciem calefactioni et tamen non est intrinsecus calefactioni; et, si illud sit intrinsecum, non est tamen ipsa res, sicut intellectivum vel anima intellectiva dat speciem homini, non est tamen homo; et dicitur formam dare speciem rei, quia ab ipsa forma res habet primo quod sit talis, ab anima enim intellectiva homo habet quod sit homo» [1].

574. Ad cuius evidentiam notandum est res seu essentias esse *in triplici differentia.*

Quaedam enim sunt pure seu totaliter *absolutae,* ut substantiae completae, v. gr., homo; aliae sunt pure seu totaliter *relativae,* ut relationes reales praedicamentales; aliae denique sunt veluti *mediae* inter essentias pure absolutas et essentias pure relativas, quatenus sunt simul essentiae reales absolutae, cum ordine tamen essentiali seu trascendentali ad alias res vel essentias pariter absolutas pariterque transcendentaliter ad priores ordinatas, cuiusmodi sunt materia et forma, essentia et esse, potentia et actus, et alia sexcenta.

575. Ergo res *pure absolutae* specificantur «per aliquid suae essentiae»[2], quia specificativum earum, nempe earum differentia specifica, est aliquid *intra* rem specificatam et

1 *Quaestiones loculentissimae in tres libros de Anima, Anstotehs,* lib. II, q. 6, § sciendum tertio, p. 43 a. Venetiis, 1619.

1 *De Virtut. Card.,* 3.

identicum ei, ut patet in substantiis corporalibus completis, quibus proprie convenit esse in praedicamento et esse species; tam enim genus quam differentia et species significant totam essentiam rei, licet diversimode, quia *gemis* significat totam essentiam indeterminate et quasi potentialiter, *diferentia* vero significat totam essentiam ut determinativam et actuantem indeterminationem et potentialitatem generis, *species* denique significat totam essentiam determinate et actualiter, hoc est, actu et explicite, ut totum definibile potius quam ut meram totum universale [1]. Unde patet quod in rebus *pure absolutis* specificativum est *re et ratione intra ipsam rem specificatam.*

576. Res autem *pure relativae,* quae scilicet *directe* important *ipsum respectum ad alium ut ad purum terminum,* — et ideo dicuntur relativae secundum *esse* vel etiam *absolute relativae,* ut quandoque eas pleonastice nominat S. Thomas [2]— et solum de connotato important essentiam rei cuius sunt, specificantur a termino quem essentialiter respiciunt et non a subiecto in quo sunt, quia tota earum essentia est ad aliud, hoc est, ad terminum se habere. Quia igitur *unum correlativum includitur reduplicative in alio correlativo,* quod ut principium formale relationis importat, specificativum relativorum *secundum esse* est etiam *re et ratione intra essentiam relationis specificatam, modo tamen essentialiter relativo,* sicut specificativum rei pure absolutae erat intra ipsam modo essentialiter absoluto. Specificativum enim et specificatio dicuntur de unoquoque genere entium secundum modum suum, sicut et ipsa species vel essentia.

577. Res denique *quasi mediae* inter pure absolutas et pure relativas directe seu per se primo dicunt essentiam absolutam; quia tamen haec essentia tota quanta est, ad aliud est, non per relationem praedicamentalem superadditam sed per suam propriam entitatem, ex consequenti, essentialiter tamen, important respectum ad illud. Et istae res vel essentiae

1 *De ente et essentia,* cap. 3, edit, cit., pp. 19-29; 7« *I Physic.,* lect. I nn. 7, 9 et 11; I, 85, 3 ad 2.

1 *II Sent.,* dist. 1, 5 ad 8 primae seriei.

vocantur relativae *secundum dici tantum,* hoc est, relatione transcendental!, non praedicamentali \

Istae ergo res quasi mediae non sunt de praedicamento relationis, sed ad aliud praedicamentum pertinent, videlicet ad praedicamentum qualitatis vel actionis et passionis, immo et substantiae, non tamen directe, sed reductive, scilicet ut principia substantiae.

578. Et ad hanc categoriam entium pertinent potentiae animae et habitus, qui sunt directe in praedicamento qualitatis, et actus immanens intellectus et voluntatis, hoc est, actus humanus, qui est reductive in eodem praedicamento qualitatis, et motus physicus prout resolvitur in praedicamentum actionis et passionis, et materia et forma, quae reducuntur ad praedicamentum substantiae.

579. Omnes igitur huiusmodi res specificantur ab illis rebus ad quas dicunt ordinem transcendentalem; quae quidem, licet materialiter seu in esse rei alterius praedicamenti, sint *extra* essentias quas specificant, tamen reduplicative et formaliter ut specificantes, sunt *intra* eas, quia *ratio specificativa* est *ordo* transcendentalis unius ad alteram, et iste *ordo est intrinsecus eis* utpote de earum essentia.

580. Sicut enim se habent materia et forma ad substantiam, quae est res pure absoluta, et specificatur a forma, ita se habent agens et finis ad motum vel ad actum, qui est res relativa *secundum dici,* seu media inter pure absolutam et pure relativam, et specificatur a fine prout est ratio agendi et actus. Unde S. Thomas profunde scribit: «causa *formalis* et *materialis* respiciunt proprie *substantiam* rei, et ideo substantiae secundum formam et materiam specie et genere distinguuntur [scilicet genere a materia, specie a forma]; *agens* autem et *finis* respiciunt directe *motum et operationem,* et ideo motus et operationes secundum huiusmodi causas specie distinguuntur», maxime tamen secundum causam finalem [2].

1 *I Sent.,* dist. 30, 2; *De Verit., 21, 6; De Pot.,* 7» 10 acl h Σ3· 7 ad 1 ' 1-11,72,3·

Et alibi docet quod finis est quid relativum *secundum dici* ad *actionem* agentis, cuius est propria *ratio* causalis[1].

Finis ergo est tam de ratione motus, sicut forma est de ratione substantiae corporeae; quamvis res quae est finis non necessario et semper sit intra rem quae est motus vel actus, sicut res quae est forma substantialis necessario et semper est intra rem substantialem cuius est forma.

581. At hoc nullum est inconveniens, quia finis non specificat actum materialiter ut est res quaedam, sed formaliter ut est finis. Et secundum hanc rationem formalem finis, quae est ratio formalis agendi seu causa causalitatis efficientis, «oportet quod *insit* agenti ad hoc quod agat»[2], hoc est, sit *intra* rationem agentis ut agens est; licet *ut res* quaedam quandoque sit extra, scilicet quandocumque finis operis non est ipsum opus, sed operatum ab ipso.

582. Propter quod S. Thomas respondet obiectioni: «finis non est *omnino* aliquid *extrinsecum* ab actu, quia comparatur ad actum ut principium vel terminus; *et hoc ipsum est de ratione actus,* ut scilicet sit *ab aliquo quantum* ad actionem et sit *ad aliquid* quantum ad passionem». Non est ergo omnino extrinsecum actui, sed partim intrinsecum et partim extrinsecum: *intrinsecum* quidem secundum rationem *formalem finis,* ad quem dicit relationem transcendentalem; *extrinsecum* vero secundum *materialitatem* rei quae est finis, licet non semper, ut ostensum est.

583. Apparet igitur aequivocatio obiicientis, qui *univoce* concipit specificationem, qualis est specificatio substantiarum completarum, respectu quarum finis est causa extrinseca, ideoque eas non specificat. Oportebat autem *analogice* concipere specificationem quando applicatur diversis generibus entium, sicut et analogice dicitur species vel essentia de diversis praedicamentis. Respectu ergo motus vel actus, finis non est causa extrinseca, quin potius intrinsece informat ipsum ut ratio eius [3].

1 *De Veril., 21, 6.*
2 *De Veril., 22, 12.*
I-II, 18, 4; 52, 1; 54, 2.

584. Et inde est quod actus humanus *denominatur* a fine, secundum quod est ratio formalis principii et termini eius;, denominatio autem fit a *forma,* quae est actus [1].

Et hac etiam de causa istae entitates vel essentiae essentialiter relativae ad aliud, definiuntur per ordinem ad illud ad quod transcendentaliter ordinantur, quod poni debet in obliquo et de connotato in earum definitione essentiali.

Unde et tales definitiones dicuntur definitiones *per additionem*[2], et tamen verum est quod in naturalibus et artificialibus et moralibus potisimae definitiones et demonstrationes sumuntur ex fine [3].

585. *Secunda obiectio* sumitur *ex conditione formali finis ut est causa et ex conditione essentiali specificativi, quae est esse in actu.* Specificativum actus humani est *prius secundum actum* actu humano specificato, quia specificativum se habet ad specificatum ut causa ad effectum, et omnis causa est *prior secundum actum* suo effectu. Atqui finis actus humani *non est prior secundum actum actu humano,* cum sit eo posterior secundum esse, quod est esse in executione. Ergo finis non est specificativum actus humani.

586. *Responsio. Dist. Mai.:* specificativum actus humani est prius secundum actum actu humano specificato, est prius secundum actum reduplicative specificantem actum humanum *conc.;* est prius secundum actum non formaliter et reduplicative specificantem actum humanum, *nego.*

Contradist. Min.: finis actus humani non est prior secundum actum actu humano specificando, non est prior secundum actum non formaliter specificantem actum humanum, *conc.;* non est prior secundum actum formaliter et reduplicative specificantem actum humanum, *nego.*

Et *nego Consequens et Consequentiam.*

587. Revera, omne specificativum in quantum huiusmodi debet esse in actu, quia «unumquodque sortitur speciem

1 *In II Phys.,* lect. 2, n.° 7; *III Phys.,* lect. 5, n.° 15.
2 *De ente el essentia,* cap. 5, edit, cit., p. 53, 3-I8; *H Post.,* lect. 2, n.° 7; *VII Metaph.,* lect. 4, nn. 1344-1354; *II De Anima,* lect. 1, n.° 213; *De Pot.,* 8,4 ad 5; *Quodl.* IX, art. 5 ad 1.
2 *In V Metaph.,* lect, 3, n.° 782; *De Verit.,* 15, 2› et alibi passim.

secundum *actum* et non secundum potentiam», cum species vel esentia sit essentialiter actus quidam \

588. Attamen actus dicitur multipliciter. Et sicut species dicitur et est actus quidam, non tamen omnis actus, sed actus primus, ita specificativum speciei non debet esse omnis actus, licet necessario debeat esse quidam actus, nempe actus ut forma, qui est actus primus, ut specificativum respondeat specificato.

Ut ergo finis possit esse specificativum actus humani, necessario debet esse prior, prioritate secundum actum, actu humano specificando, non tamen secundum omnem actum, sed solum secundum illum actum secundum quem est specificativum formaliter actus humani.

589. Ad cuius intelligentiam notandum est quod actus finis non est unus tantum, sed multiplex. Est enim *triplex actus finis* proportionalis triplici considerationi finis, de qua in articulo primo, ad primum, dictum est (nn. 349~352).

Unus est actus finis *absolute vel secundum se,* qui est *actus essentiae finis* constitutivus finis in esse finis ut universalis directi seu metaphysici, et finis semper habet talem actum, sub quacumque conditione vel quocumque statu sit.

Alius vero est actus finis *secundum esse quod habet in intellectu et voluntate appetentis,* qui est actus intentionalis finis, respondens fini secundum quod est in intentione, et iste actus non est actus constitutivus finis in esse finis ut sic, sed solum conditio *sine qua non* causalitatis finis, et se habet ad finem ut intentio universalitatis seu ut universale logicum ad essentiam rei sensibilis.

Denique est tertius actus finis *secundum esse productum ab agente,* qui est actus *executionis* finis, correspondons fini prout est *in executione,* et iste actus non est etiam constitutivus finis ut sic, sed solum conditio *sine qua non* finis-effectus vel potius ad instar esse *exsistentiae,* quod respondet, ut effectus, causae efficienti.

590. Finis ergo est specificativum actus humani secun* rma en ms, non secundum conditiones

1 *Hic,* in principio corporis articuli.

intentionis vel executionis quae fini *accidere* possunt. Quia tamen non spécifient nisi causando, hoc est, movendo quoad specificationem actus, et non causât nisi cum conditione essendi in intentione agentis, ut articulo primo explicatum fuit (nn. 289-352), consequenter finis non spécifient actus humanos nisi secundum quod est in intentione agentis.

591. Iam vero est in intentione agentis ante actionem agentis et, consequenter, ante actum eius specificandum. Vere ergo fini, secundum quod est in intentione, conveniunt per se primo essentia et conditio essentialis specificativi actus humani.

Unde verissima et formalissima est responsio S. Doctoris, quod scilicet «finis, *secundum quod est prior in intentione...,* dat speciem *actui* humano sive morali» (hic. ad 2; 18, 7 ad 2). Et similiter, relative ad specificationem potentiarum ex propriis actibus, respondet quod «actus, licet sit posterior potentia in esse, est tamen *prior in intentione* et secundum rationem, sicut finis agente», et secundum hanc formalem rationem specificat potentiam 1.

592. Finis tamen specificat actus humanos non solum secundum quod est principium eorum, sed etiam secundum quod est ipsorum *terminus,* ut patet ex dictis. Quod quidem nullam offert difficultatem, quia non specificat eos secundum rationem termini materialis neque secundum esse exsistentiae quod habet prout est reduplicative in esse executionis vel execute —nam exsistentia in nulla re creata est specificativa eius, sicut neque est de ratione creaturae—, sed secundum rationem termini *formalis,* quae est ratio formalis finis ut sic, naturaliter prior esse finis in intentione et in executione, sicut forma est naturaliter prior conditionibus eius et substantia accidentibus.

593. Apparet ergo totalis aequivocatio obiicientis, qui putabat actum exsistentiae seu *esse* specificativi esse rationem formalem specificandi. Hoc autem omnino falsum est, quia esse exsistentiae non est ratio formalis specificativa alicuius essentiae creatae, neque conditio *sine qua non* specificandi.

1 I, 77, 3 ad i.

Neque specificatio actus reducitur ad causam efficientem, sed per se primo ad causam formalem, et consequenter ad causam finalem prout finis est *ratio* formalis seu *forma* agentis ut agens est.

594. *Obiectio tertia,* quae procedit *ex parte actus spedficandi seu ex parte subiecti.* Idem actus numero non potest habere *plura specificativa,* quia non potest habere plure species, sed unam tantum, sicut nec habere potest plure essentias, sed tantum unam. Atqui, si actus humani specificantur a fine, idem actus numero habet *plura specificativa,* quia idem actus numero habere potest plures fines. Ergo actus humani non specificantur a fine.

595. *Responsio. Dist. Mai.:* idem actus numero non potest habere plura specificativa immediata seu atoma et eiusdem ordinis, *conc.;* remota vel alterius ordinis, *nego.*

Contradist. Min.: si actus humanus specificaretur a fine, idem actus numero haberet plura specificativa, remota seu mediata vel alterius ordinis, *conc.;* immediata seu atoma et eiusdem ordinis, *nego.*

Et *nego Consequens et Consequentiam.*

596. De specificativis iudicandum est sicut de speciebus, cum sint ad invicem correlativa. Idem autem numew non potest simul esse in pluribus speciebus ultimis seu atomis eiusdem ordinis seu rationis; at potest simul esse in pluribus speciebus atomis diversi ordinis seu diversi praedicamenti. Nam ultra speciem ultimam, adsunt in unoquoque praedicamento species subalternae et species suprema, sicut datur unum tantum genus proximum, cum tamen simul habeantur plura genera remota, nempe genera subalterna et genus supremum. Idem ergo individuum potest esse simul sub pluribus speciebus et generibus remotis, licet necessario intra idem praedicamentum debeat esse sub uno genere proximo et sub una specie atoma.

597. Sed rursus, si idem individuum materialiter consideratum, diversimode contineat in se res plurium praedicamentorum, nullum est inconveniens quod, secundum diversas rationes diversorum praedicamentorum, simul sit in pluribus speciebus atomis disparatis. Sicut idem homo secundum quod pertinet ad praedicamentum substantiae, non potest esse simul nisi in uno genere proximo, scilicet animalis, et in una specie atoma, nempe rationalis; sed, si consideretur secundum quantitatem vel qualitatem eius vel alterius praedicamenti, potest simul esse in pluribus speciebus atomis, v. gr., albedinis vel nigredinis, secundum qualitatem; quadrati vel rotundi, secundum quantitatem; paternitatis vel filiationis, secundum relationem; stantis vel cubantis, secundum situm, et sic de aliis.

Et similiter idem actus humanus numero potest considerari et secundum esse psychologicum et secundum esse morale, quasi secundum diversa praedicamenta vel modos eius [1].

598. Si ergo consideretur secundum esse psychologicum, idem actus numero non potest esse nisi in una specie atoma psychologica, licet possit simul esse in pluribus speciebus psychologicis remotis; sicut, sub specie atoma actus intellectus, stat species subalterna actus spiritualis seu inorganici, in quo convenit cum actibus voluntatis, et actus cognoscitivus in quo communicat cum actibus facultatum apprehensivarum, et actus vitalis in quo convenit cum actibus facultatum organicarum,

599. Pariter, si consideretur secundum esse morale, idem actus numero non potest esse nisi in una specie atoma morali, licet possit esse simul in pluribus speciebus moralibus remotis; sicut defloratio virginis stat sub specie atoma stupri, simul tamen stat sub specie subalterna fornicationis in qua convenit cum fornicatione simplici, et sub specie altiori luxuriae in qua convenit cum adulterio et masturbatione, et sub specie suprema intemperantiae in qua communicat cum ceteris peccatis contra temperatiam.

600. Cum hoc tamen stat quod idem actus numero potest simul esse in specie atoma psychologica et in specie atoma morali, immo et in una specie psychologica et in pluribus speciebus moralibus et vicissim, secundum diversam combinationem finis operis et finis vel finium operantis.

1 Vide I-II, 18, 7 ad 1.

601. Sed de his ex professo agere pertinet ad tractatum de moralitate \ In praesentiarum vero sufficiat dicere quod, quando dicimus actus humanos specificati ex fine, intelligimus finem operis vel finem operantis proximum et adaequatum, non remotum neque inadaequatum.

Unde S. Doctor scribit: «duplex est finis, proximus et remotus. Finis *proximus* actus idem est quod obiectum, et ab hoc recipit speciem; ex fine autem *remoto,* non habet speciem»1. Et iterum: «actus moralis non habet speciem a fine *remoto,* sed a fine *proximo,* qui est obiectum»3.

602. Ex dictis igitur apparet momentum capitale huius articuli tum pro scientia morali tum pro scientia psychologica. Motio enim *quod specificationem actus,* quae tantopere adhibetur in psychologia intellectus et voluntatis et in psychologia sensuum et appetitus sensiviti, tota resolvitur in doctrinam de specificatione actus *ex fine;* nam motio *quoad specificationem* actus est motio *per modum finis* 4.

603. Et sine hac doctrina nihil in psychologia speculativa sciri potest, quia sine illa non possunt definiri actus, neque habitus, neque potentiae, neque ipsa anima; definitiones autem sunt principia scientiae, cum sint principia demonstrationis *propter quid.*

Art. 4.— Utrum sit aliquis ulti: us finis hui anae vitae

§ I

PRAENOTANDA

SENSUS ET STATUS QUAESTIONIS

604. Postquam S. Doctor ostendit *factum* alicuius finis humanae vitae seu operationis, quod est *primum fundamen-*

1 *Infra,* qq. 18-21.
2 *De Malo, 2,* 4 ad 9.
3 *Ibid.,* 6 ad 9.
4 I, 82, 4; I-II, 9, i, et alibi passim.

tum ad demonstrandam exsistentiam alicuius ultimi finis vitae humanae, consequenter procedit ad talem demonstrationem instituendam, quae erat finis directe intentus in tota hac prima parte quaestionis, ut supra dictum est (nn. 228-237); «propter hunc enim articulum alii praecedentes praemissi sunt» *.

605. Verum, ad sensum eius exactius determinandum, ponderandi sunt termini. Titulus ergo huius articuli continet enuntiationem de secundo adiacente, in qua *subiectum* est *aliquis-ultimus-finis-humanae vitae, praedicatum* vero est verbum *sit.*

Quantum igitur ad *subiectum,* accurate sunt ponderanda singula verba.

Pronomen *aliquis* significat singulare seu *individuum,* non quidem *signatum,* ut hic vel iste vel ille, sed *vagum,* «sub quadam indeterminatione»2, vel communitate, ita ut indicet *individuum in communi* 3. Neque tamen est nomen secundae intentionis seu commune communitate rationis, sicut genus vel species, sed formaliter est nomen *rei* seu primae intentionis 4.

606. Et vere magna perspicacitate et proprietate adhibuit S. Doctor hoc pronomen; unam, cum subiectum se habeat ad praedicatum ut materia ad formam vel potius ut materiale ad formale, et materiale debeat accommodari et proportionari formali, subiectum poni debet in enuntiatione secundum exigentiam predicati, quod est eius forma. Praedicatum autem in praesenti enuntiatione est verbum *est,* quod significat *esse* seu *exsistentiam.*

Iam vero exsistentia non est universalium logicorum, sed *singularium.* Accuratissime ergo S. Doctor *finem singularem* posuit in subiecto dicens: *aliquis.*

607. Sed rursus, quia in quaestione praesenti non loquimur de fine ultimo in particulari, sed sub quadam communi-

1 Conradus Koellin, h. l., edit, cit., p. 10 b.
1 *In I Periherm.,* lect. 10, n.° 13.
' *I Sent.,* dist. 25, 3 ad 4.
4 1,30,4·

tate vel generalitate, ut ex titulo quaestionis apparet, ideo non poterat singulare exprimere *signate,* sed *vago* quodam modo, per pronomen individui vagi, *aliquis.*

Et ita hoc verbum, *aliquis,* satisfacit et titulo totius quaestionis, et praedicato articuli praesentis.

60S. Verba subsequentia subiecti *ultimus-finis-humanae-vitae,* explicata sunt supra, in introductione huius quaestionis (nn. 220-222), nam in eodem prorsus sensu accipiuntur hic et in titulo et prologo totius quaestionis. Recolendum est ergo ex ibi dictis quod finis ultimus humanae vitae potest dupliciter intelligi: uno modo, simpliciter; alio modo, secundum quid. Dicitur finis *ultimus simpliciter* tum ex parte *finis,* quia ad alium finem ulteriorem et altiorem non refertur; tum ex parte *humanae vitae,* quia non est huius vel illius humanae actionis seu activitatis, sed totius humanae vitae seu omnis humanae actionis, ita ut nulla actio humana proprie dicta ab eo excludatur, et ratione huius dicitur etiam finis *universalis*\ Itaque finis ultimus simpliciter recte definitur a S. Thoma: *propter quem omnia alia volumus et ipsum volumus propter seipsum et non propter aliquid aliud* 1.

609. Proportionaliter, finis ultimus *secundum quid* dicitur tum ex parte ipsius finis, quatenus ita est finis aliorum ut tamen ipse ad ulteriorem et altiorem finem ordinetur; tum ex parte *humanae vitae,* quia non est totius humanae activitatis, sed huius vel alterius generis tantum, v. gr., artis medicinae, artis pictoricae, artis rhetoricae. Propter quod a S. Thoma appellatur ultimus *aliquorum* tantum, atque ideo *particularis* 3.

610. Manifestum est autem quod hic loquitur S. Thomas de ultimo fine *simpliciter,* ut patet *tum* ex prologo quaestionis; *tum* ex contextu huius quaestionis cum subsequent!· bus huius tractatus de beatitudine; *tum* etiam ex articulis sequentibus, qui hunc sensum prae se ferunt; *tum* denique ex obiecto, *humanae vitae,* quae significat *totam* vitam humanam, in terminologia S. Thomae h Finis vero ultimus *totius* humanae vitae non potest esse nisi ultimus *simpliciter;* quia cum finis et actio humana mutuo sibi correspondeant, ubi nulla actio remanet ordinanda in finem, nullus ulterior finis humanae vitae dari potest, nam iste ulterior finis nihil finalizaret.

611. Unde minus exacte reddiderunt sensum S. Thomae illi commentatores qui ultimum finem humanae vitae hoc loco intelligunt finem ultimum secundum quid tantum, ut Vâzquez2, Suarez3, Wiggers 45et Ioan, a S. Thoma s; dicentes hic agi «de ultimo fine respectu *determinatae* actionis et in quacumque serie et linea *determinata* causarum et agentium».

612. Nec valet divertere ad ultimum finem omnium actionum vel motuum omnium creaturarum, qui esset finis ultimus simpliciter in sensu pleno et perfecto, dum finis ultimus humanarum actionum esset finis ultimus secundum quid tantum, scilicet in serie humanarum operationum.

Primo quidem, quia modus formalis operandi propter finem est diversus in homine et in aliis creaturis inferioribus, ut articulo secundo probatum est; et ideo actiones hominis et actiones creaturarum irrationalium, non sunt proprie loquendo duae series, quia non sunt homogeneae, neque ideo perfecte comparabiles 6.

Secundo, quia semper oportet intelligere terminos formaliter, hoc est, in subiecta materia. Modo autem loquimur de fine ultimo *hominis.* Ergo finis ultimus simpliciter et secundum quid intelligendi sunt per se primo relate ad *hominem seu ad humanam vitam.* Propter quod S. Doctor solum in articulo ultimo huius quaestionis loquitur de ultimo fine agentium inferiorum, non quidem directe et per se, sed per ordinem ad ultimum finem hominis, ita ut ultimus finis

I-II, 21, 2 ad 2.
In I Ethic., lect, 2, n.° 19.
I-II, ii, 3; 21, 2 ad 2; I, 5, 6.

l I-II, 21, 2 ad 2; II-II, 179.
l *Hoc loco,* disp. 4, cap. 3, Compluti, 1599, p. 34 b.
* *Disp. Metaph.,* disp. 24, sect. 1, n.° 2, Barcinonae, 1884, L VIII, p. 109; h. 1., disp. 3, sect. 1, n.° 6, edit. Vives, t. IV, p. 27 b.
‘ *Hoc loco,* § notandum secundo, Lovanii, 1652, p. 26 a.
5 *Hoc loco,* disp. 1, art. 5, n.° 2, edit, cit., p. 43 a-
‘ *In VII Physic.,* lect. 7.

simpliciter omnium creaturarum non sit altior neque ulterior ultimo fine hominis, sed potius ad eum reducatur, cum illae inferiores creaturae sint immediate propter hominem, ut ibi ostendetur.

613. Quantum vero ad *praedicatum, sit,* «considerandum est quod hoc verbum *est* quandoque in enuntiatione praedicatur *secundum se,* ut cum dicitur: Socrates *est,* per quod nihil aliud intelligimus significare quam quod Socrates sit in *rerum natura»,* hoc est, *exsistat* Et hoc modo sumitur in praesenti.

614. Et cum esse finis possit esse triplex, ut patet ex dictis articulo primo, ad primum (nn. 348-352), scilicet *esse* absolute vel secundum se, *esse* in intentione agentis et *esse* in eius executione, exsistentia intelligitur per se primo *de esse secundum se,* quod est esse proprium finis ut finis est, et nonnisi secundario consideratur esse accidentale eius, quod est rum esse in intentione, tum esse in executione, nam hoc duplex esse finis dicitur per ordinem ad primum quod ei convenit per se.

Quaestio ergo est *an revera exsistat aliquis ultimus fims naturalis simpliciter totius humanae vitae.*

615. Scite autem monet Suarez [2] quod exsistentia alicuius finis ultimi humanae vitae potest dupliciter intelligi: uno modo, quasi homini imposita ab Auctore humanae naturae, ita ut ille sit ultimus finis naturalis hominis ad quem ultimo ordinatur homo a Deo; alio modo, quasi postulata naturaliter et ab intrinseco ab ipso homine agente. Primo modo, talis exsistentia deducitur ex intentione Dei creantis hominem; secundo vero ex ipsa operatione hominis agentis etiamsi nondum apparuerit quod homo est a Deo conditus.

616. Et licet uterque adspectus incidat in idem re, quia idem re est id ad quod Deus ut auctor naturae ordinat hominem et id ad quod homo naturaliter ordinatur —qua de causa lex naturalis dicitur et est lex divina [3]—, formaliter

In II Periherm., lect. 2, n.° 2.

[2] *Hoc loco,* disp. 3, sect, 1, initio, edit, cit., p. 26 a.

[3] I-II, 91, 2.

tamen consideratur in hoc articulo sub respectu hominis agentis, ita ut naturaliter et necessario et ab intrinseco postuletur exsistentia alicuius ultimi finis naturalis ab homine agente propter finem; sub primo vero respectu finem ultimum naturalem hominis tetigit S. Thomas in I, 23, 1, et aliis locis.

617. Et sub hoc respectu Dei naturaliter ordinantis hominem ad finem suum secundum propriam ipsius hominis naturam, de ultimo fine naturali hominis parabatur declaratio sollemnis in Concilio Vaticano. Nam in prima forma Constitutionis Dogmaticae de doctrina Catholica, cap. 16, haec habentur: «homo anima rationali et immortali ad imaginem Dei factus, hac quidem ipsa natura sua ordinatus fuisset ad Creatorem suum cognoscendum, colendum et amandum, modo viribus naturalibus congruente, atque ita ad perfectionem et beatitudinem naturalem consequendam»[1].

618. Eiusque sensus explicatur in adnotationibus eidem formae adiectis, ubi tria dicuntur; primo, quod iste finis ultimus naturalis est *naturalicter cognoscibilis ab homine;* «per naturale lumen rationis cognosci quidem possent finis naturalis, ad quem nimirum humana natura ex intrinsecis suis principiis ordinata esset, et media ad hunc finem assequendum necessaria»[2]; secundo, quod praedictus finis est *naturaliter assequibilis a nobis:* «bona, ad quae creatura et nominarim homo, de quo immediate sermo est, ex ipsa constitutione et ex viribus suae naturae ordinatus est, sunt bona naturalia; ex ipsa autem natura sua rationali, qua factus est ad imaginem Dei, homo ordinatus est ad cognoscendum Deum supremum verum et ad amandum Deum summum bonum, *modo viribus ipsius rationalis naturae proportionate,* atque in huius naturalis cognitionis et amoris perfectione consistit ipsa perfectio et beatitas creaturae rationalis; — nempe per hanc cognitionem et per hunc amorem tum tendendum est creaturae rationali ad suam ultimam perfectionem,

[1] *Acta Concilii Vaticani,* edit. Martin et Petit, apud Mansi, *Amplissima Collectio Conciliorum,* t. 50, coi. 71. Videantur etiam *Acta Concilii Coloniensis* (i860), P. I, tit. I, cap. 2, t. 48, coi. 75.

[2] N.° 10, *ibid.,* col. 81.

tum in huius cognitionis et amoris termino consistit ultima perfectio et beatitas et proinde *ultimus finis* eiusdem rationalis naturae»— tertio, quod iste finis est *naturaliter pcstulatus ab humana natura, atque ideo naturaliter ei debitus:* «hic ergo finis ultimus et necessaria ad hunc finem media sunt iuxta constitutionem et vires et *ex intrinseca exigentia naturae,* et eatenus ei debita, ita ut Deus per ipsam creationem naturae rationalis eam ad hunc finem *necessario* ordinet, nec pro infinita sua sapientia et sanctitate possit eam creare quin ad ipsum cognoscendum et amandum ordinata sit. Iste ergo ordo est *naturalis* seu est ordinatio ad finem *iuxta exigentiam et iuxta vires ipsius naturae creatae.* Talem ordinationem creaturae rationalis etiam lumine rationis cognoscimus intrinsecam ipsis rerum naturis» 1.

Quae quidem, quantum ad possibilitatem assecutionis praesertim, intelligenda sunt de natura instituta vel saltem de natura pura, non de natura lapsa prout nunc est, ut infra, q. 5, at. 5, data opera explicabitur.

619. Ex his tamen constat quod exsistentia alicuius ultimi finis naturaliter postulati et debiti homini, non est sola veritas mere philosophica, sed etiam theologica; nam haec documenta, licet manifeste non sint definitiones ex cathedra, non sunt tamen documenta mere privata et particularia, sed quasi *officiosa* Ecclesiae, quia non proponuntur discutienda in Concilio Generali nisi ea quae pertinent ad magisterium ordinarium Ecclesiae, vel saltem ad communem sententiam theologorum. Suam ergo vim *auctoritatis* habent ista documenta.

QUAESTIONIS RESOLUTIO

620. CONCLUSIO est: *exsistit aliquis ultimus finis naturalis simpliciter totius humanae vitae.*

1 N.° 38, coi. 112.
1 N.° 38, i, *ibid.,* col. 112.

621. *Probatur* duplici argumentorum genere, scilicet argumentis procedentibus ex medio *proprio* et ex medio *appropiato* seu *analogico.*

A) *Argumenta ex propris procedentia* sunt duo, nempe argumentum *inductivum* et *deductivum ad absurdum vel impossibile,* quae se habent ad invicem ut demonstratio positiva ad negativam. Ideo ergo naturaliter incipiendum est a demonstratione *inductiva,* quae *positiva* est et *ostensiva.*

622. a) *Argumentum inductivum.* Quod dicitur de singulis seriebus particularibus humanorum actuum in quantum humani sunt, affirmandum est de tota summa serierum actuum humanorum ut sunt humani. Atqui de singulis seriebus particularibus humanorum actuum ut humani sunt vere affirmatur eas habere aliquem finem ultimum *in suo genere,* qui est finis ultimus *secundum quid.* Ergo et de tota earum collectione, quae est totus complexus vel summa humanae activitatis, asserendum est eam reapse habere aliquem finem ultimum *totalem,* qui est finis ultimus *simpliciter* totius humanae vitae.

623. *Maior* continet principium argumentationis inductivae, qua proceditur a singularibus seu a partibus sufficienter enumeratis ad universale seu ad totum \ addita praesertim *abstractione* experimento singulorum, qua per se fit universale intus in anima2. Haec autem duo elementa essentialia inductioni philosophicae indicantur in *Maiori:* unum, quasi *materiale,* scilicet singulae series particulares actuum sufficienter enumeratae; aliud quasi *formale,* quo rigurose et vere fieri potest transitus a singularibus ad universale, nempe *ratio formalis* actus humani ut humanus est et ut distinguitur a mero actu hominis. Haec est enim *essentia* actus humani ut talis, quae est universale metaphysicum, quod est proprium obiectum abstractionis intellectus agentis et intellectus pos-

1 Aristoteles, *I Topic.,* cap. 12, n.° 4, I, 17b 44-45; S. Thomas, *in I Post.,* lect. 4, n.° 4.
» *In I Post.,* lect. 30, nn. 5-6; *II* lect. 20, nn. 11, 13 et 14, et alibi passim.

sibilis per modum simplicitatis \ et quod intellectus apprehendit statim ad occursum rei sensatae et expertae. Oportet namque sumere partes homogeneas seu univocas, ut ex eis inductio rite fieri possit, quia comparatio proprie dicta seu collatio partium non est nisi inter homogenea2.

624. *Minor* vero experientia interna uniuscuiusque comprobatur. Experimur enim nos, cum actus humanos exercemus, agere propter aliquem finem a nostra propria ratione praestitutum, ut articulo primo declaratum est (n.° 263). Et quidem, cum pluribus actibus indigemus ad aliquod negotium obtinendum, actus istos ordinamus secundum quod expedit ad melius negotium peragendum, ita ut primus actus immediate sit ordinatus ad eius inchoationem, secundus ad eius prosecutionem, et ultimus ad eius consummationem, quae est ultimus finis omnium harum operationum 3.

625. Et quanto melius ordinantur actus et modo magis aptato pro fine obtinendo ponuntur, tanto magis sapienter et prudenter operatur homo, hoc est, tanto magis homo operatur ut homo, per rationem suam, cuius proprium est ordinare,

Exemplum classicum est in arte medicinali, quae per se intendit sanitatem aegroto restituere, quam tamen plerumque non obtinet medicus una sola operatione, sed pluribus. Tunc ergo omnes istas operationes per se ordinat ad sanitatem perfectam, et quidem tanto magis quanto medicus peritior est, ita ut nihil a casu vel ex improviso fiat. Et sic bonus medicus, secundum diversas aegritudines et diversam conditionem naturalem aegrotorum, ordinat diversimode medicamenta sua, ab initio usque ad finem sanationis; v. gr., praeparat potionem, secundum talem vel talem combinationeni chimicam praestabilitam, prout ncessaria est ad purgationem faciendam; postmodum autem praescribit dietam per tempus determinatum, ut finis purgationis melius obtineatur; inde

1 De abstractione et diversis modis eius videri potest J. M. Ramirez. *De Philosophia in universum,* apud *La Cienda Tomista,* t. XXVI (1922X PP· 341-348 [in hac ed., *opera omnia,* I, pp. 68-77].

2 *In VII Physic.,* lect. 7.

3 *I Ethic.,* lect. 9, nn. 105-106.

alimenta specialia speciali modo parata ordinat, ut vires aegroto ordinate restituantur; demum, ambulationes, balnea, temperiem dictat, secundum quod expediunt ad sanitatem perfectam obtinendam vel iam obtentam roborandam. Sanitas ergo est finis ultimus huius seriei operationum, nempe temperiei, ambulationis, balnei, quietis, regiminis alimentarii, dietae, purgationis et omnium aliarum operationum medici ut talis in hac aegritudine medenda Σ. Quod si non esset finis ultimus huius seriei, nempe sanitas, ceteri fines intermedii et proximi nullo modo intenderentur neque operationes finibus correspondentes exercerentur.

Similiter in arte militari, cuius proprius et ultimus finis est victoria, multa ad hunc finem ordinantur, et quidem maiori prudentia et dexteritate quanto dux habilior et sapientior est. Et sic duces prudentes disponunt arma convenientia, offensiva et defensiva, milites instruunt, locum et tempus et modum pugnandi disponunt, et cetera quae ad victoriam capessendam conducunt: nihil casuale eis accidit, nihil inordinatum in suo exercitu relinquunt.

Idem accidit in arte gubernandi. Bonus et prudens gubernator leges appropriatas communitati sibi commissae condit, easque applicat secundum quod fini earum melius congruit; et omnes suas operationes gradatim ordinat ad bonum commune perfectius et efficacius promovendum.

Et in quacumque arte vel negotio idem observare licet. Unde et Dominus laudavit villicum iniquitatis quod prudenter egisset, scilicet quod sapienter et sagaciter ordinaverit actiones suas in proprium finem, quem intendebat, ut nempe debitores domini sui eum reciperent in domos suas, cum amotus fuisset a sua villicatione2.

626. Patet ergo quod quandocumque homo ut homo, hoc est, per rationem deliberatam, agit, semper ordinate agit et non casualiter neque ex improviso; et quandocumque ad aliquem effectum obtinendum plures operationes requiruntur, eas gradatim ordinat secundum quod fini in-

1 *In II Physic.,* lect. 5, n.° 6; *III Contra Gentiles,* cap. 17. arg. 4.

1 *Luc.* XVI, 1-8.

tento assequendo melius congruunt. Et hoc est quod proprie loquendo significat *series,* nempe *continuatio rerum ut alia exalta nexa et omnes inter se aptae colligataeque videantur,* ut Tullius Cicero definit \ Quo in sensu fatum describit dicens esse *«ordinem seriemque causarum, cum causa causae nexa reni ex se gignat»* 1.

Series ergo actionum correspondens seriei finium, est ordo per se actionum causatus ex ordine per se finium.

627. Quod si talis ordo per se datur in quolibet particulari negotio et particulari arte, a fortiori dari debet in tota vita humana ut humana et in arte universali vitae quae est Philosophia secundum plenam et profundam acceptionem verbi. Sicut enim se habet tale ad tale, ita se habet simpliciter ad simpliciter, immo et magis. Unde magis evidens est quod datur aliquis ultimus finis simpliciter totius humanae vitae quam quod detur aliquis ultimus finis secundum quid in aliquio particulari negotio vel officio, quod est portio quaedam vitae humanae.

628. b) *Argumentum deductivum ad absurdum vel impossibile.* Sublato ultimo fine simpliciter totius humanae vitae, tollitur omnis finis et omne bonum vitae humanae et omnis humana actio. Atqui absurdum et impossibile est consequens, quia patet ex articulis praecedentibus quod exsistit de facto actio humana et finis et bonum eius. Ergo et impossibile et absurdum est antecedens, scilicet quod non detur seu non exsistat aliquis ultimus finis simpliciter totius humanae vitae. Exsistit igitur de necessitate aliquis ultimus finis simpliciter totius humanae vitae.

629. *Maior,* quae unice probatione indiget, facile ostenditur. Sublato vel negato ultimo fine simpliciter totius humanae vitae, eo ipso ponitur processus per se in infinitum in finibus humanarum actionum; nam actiones humanae, ut humanae, sunt per se seu essentialiter ordinatae, quia tunc homo agit per intellectum, cuius est ordo per se, Patet autem ex terminis quod, sublato ultimo fine simpliciter, qui

1 *I de Natura Deorum,* cap. 4, ed. cit., t. II, p. 504
2 *I de Divinatione,* cap. 55, t. III, p. 55.

est primus finis in finalizando, fines posteriores intermedii non habent finem, et, cum fines proximi sint propter intermedios, per se notum est quod, sublato ultimo fine simpliciter totius humanae vitae quae, ut formaliter humana, dicit ordinationem *per se,* eo ipso ponitur processus *per se* in infinitum in finibus humanarum actionum.

630. Ad cuius ampliorem evidentiam notandum est quod ordo finium, et consequenter processus in infinitum in finibus, potest esse duplex: alius per se, alius per accidens. Ordo vel subordinatio *per se* in finibus est quando unus finis pendet ab alio reduplicative ut finis, hoc est, in finalizando, ita ut secundus non finalizet nisi ut finalizatus a primo, atque ideo est dependentia *essentialis* unius ab alio.

631. Qui modus dependentiae invenitur in omni genere causae, v. gr., in genere causae efficientis, cui correspondet genus causae finalis, est ordo per se quando «anima movet calorem naturalem, *quo* moventur nervi et masculi, *quibus* moventur manus, *quae* movent baculum, *quibus* movetur lapis; in his enim quodlibet posteriorum *per se* dependet a quolibet praecedentium»1.

632. Et *«sicut* in aliis generibus causarum [per se ordinatarum] habitudo secundae causae dependet ex habitudine causae primae, primae vero causae habitudo non dependet ex aliquo alio; *ita* est in causis finalibus [per se ordinatis], quia secundi fines participant habitudinem causae finalis ex ordine ad ultimum finem, ipse autem ultimus finis habet hanc habitudinem ex seipso» 2; v. gr., «potio conficitur *ut* detur aegroto, datur autem *ut* purgetur, purgatur autem *ut* extenuetur, extenuatur autem *ut* sanetur»; sanitas ergo, quae est ultimus finis in hac serie finium, «est finis et extenuationis et purgationis et aliorum praecedentium»3; «nam propter ultimum finem, qui est universalis, alii fines appetuntur, quorum appetitus advenit post appetitum ultimi finis et ante ipsum cessat»4.

1 *De Verit., 2, το.*
1 *De Verit.,* 21, 1 ad 1; Cf. etiam ibid., a. 5 c.
* *III Contra Gent.,* cap. 17, arg. 4.
4 *In librum de Causis,* lect. 1, edit. Vives, t. XXVI, p. 5»7 a.

In ordine ergo *per se* causarum, «intentio primae causae *respicit usque ad ultimum effectum per omnes causas medias;* sicut ars fabri movet manum, manus martellum, qui ferrum persussum scindit, ad quod fertur intentio artis» \

633. E contra, ordo vel subordinatio finium *per accidens* habetur quando unus finis non pendet ab alio in finalizando, licet unus post alium eidem agenti accidat, v. gr., accidit ambulanti propter sanitatem quod inveniat amicum eumque salutet et cum ipso colloquium habeat. Non enim potest dici quod, sicut ambulatio est propter sanitatem, ita sanitas sit propter amicum inveniendum vel propter colloquendum cum amico; haec namque adinventio amici erat praeter intentionem ambulantis. Sic igitur «per accidens multitudo [causarum] invenitur, quando omnia quae multitudine continentur quasi loco unius ponuntur et indifferenter se habent sive unum sive multa sive pauciora; sicut si aedificator facit domum, in cuius factione plures serrae consummuntur successive, multitudo serrarum non requiritur ad factionem domus nisi per accidens, ex hoc quod una non potest semper durare, nec differt aliquid ad domum quotcumque ponatur: unde nec una earum habet dependentiam ad aliam, sicut erat quando multitudo requirebatur per se»2.

Ordo igitur *per accidens* in causis est quando «intentio causae non procedit nisi ad proximum effectum; quod autem ab illo effectu efficiatur iterum aliud, est praeter intentionem primi efficientis; sicut, cum aliquis accendit candelam, praeter intentionem eius est quod iterum accensa candela accendat aliam et illa aliam. Quod autem praeter intentionem est, dicimus esse *per accidens) 3.*

Itaque in ordinatione per se, «causa *prima movet omnes causas medias* ad effectum»; at in ordinatione *per accidens,* causa prima nullam causam posteriorem movet, sed sola causa proxima effectum producit4.

1 *Ibid.*
2 *De Verit., 2,* 10.
3 *In librum de Causis,* lecL I, loc. cit.
4 *Ibid.*

634. Posito autem processu in infinitum in finibus *per se ordinalis* vitae humanae, *omnis finis humanae vitae de medio tollitur,* quia hoc est negare exsistentiam ultimi finis, qui est *primus in finalizando* seu *in causando finaliter;* «causarum enim ad invicem [per se] ordinatarum, si prima subtrahatur, necesse est alias subtrahi» x. Ergo de medio tolleretur omnis causa finalis actuum humanorum, contra demonstrata in articulo primo.

635. Esset *quoque contradictio in adiecto* ponere *finem infinitum,* quia infinitum negaret rationem finis, sicut insensitivum negat rationem animalis. Propter quod S. Thomas, post Aristotelem, ait quod «qui ponit infinitum in causa finali destruit finem»2, «quia *infinitum contrariatur rationi finis»3.* Magis ergo repugnat processus per se in infinitum in genere causae finalis quam in ceteris generibus causarum. Unde neque prima operatione mentis potest concipi finis per se infinitus.

636. *Tertio,* penitus *destrueretur tota ratio boni in vita humana,* quia finis habet rationem boni, et sic omnis moralitas esset impossibilis. Quam deductionem ad impossibile Aristoteles fecit *ad hominem* contra Pythagoricos, qui simul admittebant exsistentiam boni et mali et processum per se in infinitum in finibus; et contra Empedoclem et alios materialistas ponentes simul infinitum in causis, quas admittebant, negata causalitate finali, et exsistentiam boni, quamvis ipsi hanc contradictionem non perciperent4, propriam vocem ignorantes.

637. *Quarto,* radicitus everteretur omnis actio humana, tum quantum ad specificationem, tum quantum ad exercitium, hoc est, quoad essentiam et quoad exsistentiam, seu quoad totum sui.

Quoad essentiam vel specificationem quidem, quia sublato fine proximo actionis humanae, qui est formale specificati-

1 *Supra,* art. 2.
2 *De Potent.,* 5, 5.
3 *IV Contra Gent.,* cap. 97.
4 *II Metaph.,* cap. 2, n.° 9, II, 497> 39-40·

vum eius, ut patet ex dictis articulo praecedenti, pessumdatur et specificatio et species eius, et consequenter eius essentia.

Quoad exsistentiam vel exercitium etiam, quia sublato fine actionis humanae, quae est causa causalitatis efficientis, causa efficiens actus humani, scilicet voluntas, nihil ageret de facto, sed neque posset agere; exsistentia autem actus humani respondet exercitio propriae causae efficientis. Ergo nullus actus humanus exsisteret, sed neque exsistere posset, impossibilitate metaphysica. Unde tota vita humana tolleretur.

Et vere, cum finis sit *causa causarum,* subtracto fine humanae vitae, omnis causa vitae humanae tolleretur, er efficiens et formalis et ipsa causa materialis, et sic homo ad nihilum reduceretur.

638. Et tamen agens per intellectum agit propter finem, ut antiqui illi philosophi admittebant \ Qui ergo negat exsistentiam ultimi finis humanae vitae, ponens infinitum in finibus, *negat eo ipso agens per intellectum,* ut acute eos redarguit Aristoteles[2], quod est aequivalenter negare proprium intellectum talia dicentis.

Habilis quidem et efficax redargutio per reductionem adversarii ad negationem proprii intellectus et propriae locutionis, ac si esset planta quaedam, ut idem Philosophus docet redarguendos esse sophistas [3].

630. Series autem infinita *per accidens* in finibus, sicut et in aliis generibus causarum, dari potest[4]. Hoc tamen infinitum non est simpliciter et in actu, quod appellatur infinitum categorematicum, sed potius est infinitum secundum quid et in potentia, quod vocant syncategorematicum. Est ergo indefinitum seu indeterminatum, non proprie loquendo infinitum, sicut est infinitum per se et in actu.

640. Et quia omne quod est per accidens accidit ei quod est per se, series disparata finium per accidens accidit

II Physic., cap. 8, n.° 12, II, 272, 2-3.
[2] *II Metaph.,* cap. 2, n.° 9, II, 487, 41-42.
[3] *III Metaph.,* cap. 4, n. 24, II, 507, 43-46.
De Verit., 2, 10; *Qwdlib.,* 9, an. I, 7> 4; 46> 2 ad 6; E

semper alicui fini per se. Et iste finis per se est proprius finis humanae actionis, quia ordo per se actionis ad finem est proprius intellectus, quo agit homo ut homo. E contra, fines per accidens sunt praeter intellectum et intentionem agentis, et ideo non sunt fines *humani* ut sic, licet possint esse aliqualiter fines *hominis,* eo quod accidunt homini intendenti finem per se.

Se habent ergo ad finem per se sicut casus vel fortuna, quae accidunt ut in paucioribus, et sua propria exceptione ostendunt vitam humanam non esse constitutam secundum ipsos, cum non sint praevisi neque intenti ab homine agente \ Series igitur finium *per accidens,* quae *non est finium ut fines, sed materialiter ut res vel effectus quidam,* est extra quaestionem praesentem. Unde nihil exinde contra argumentum propositum concludi potest.

641. E) *Argumenta analogica* sunt etiam duo: unum, desumptum *ex eodem genere causae,* scilicet agentis per naturam propter finem; aliud vero *ex diverso genere causae,* nempe intellectus discurrentis ex principiis ad conclusiones in genere causae efficientis. Nam inter modos agendi propter finem in agente naturali et in agente voluntario datur similitudo quaedam ut patet ex dictis articulo secundo (nn. 413-414); et similiter inter processum rationis et voluntatis.

642.a) *Argumentum ex processu naturae in eodem genere causae.* Ita se habet proprius finis agentis per intellectum ad agens per intellectum, sicut se habet proprius finis agentis per naturam ad agens per naturam, immo et *a fortiori,* quia agens per intellectum perfectius agit propter finem quam agens per naturam, ut patet ex dictis in articulo secundo (nn. 435-485). Atqui agentis per naturam datur aliquis ultimus finis simpliciter. Ergo et agentis per intellectum, nempe hominis, dari debet aliquis finis ultimus simpliciter. Exsistit igitur aliquis ultimus finis simpliciter totius humanae vitae.

643. *Maior* constat ex articulo secundo, ubi ostensum est quod omne agens agit propter finem aliquem. Causalitas ergo finalis tantum extenditur quantum extenditur causalitas

\ | *In II Physic.,* sect. 8, nn. 8-9; lect. 9· nn. 1-2; lect. 14, n.° 7.

efficiens. Ordo igitur ad proprium finem est lex metaphysica omnis agentis. Quae tamen perfectius verificatur quanto agens perfectius est et perfectius operatur. Unde quia agens per intellectum perfectius est et perfectius operatur quam agens per naturam, ordo ad proprium finem perfectior est in illo quam in agente per naturam. Quaecumque igitur dicuntur de agente per naturam a fortiori et perfectiori modo dicenda sunt de agente per intellectum, quasi de supremo analogato agentium propter finem.

644. *Minor* autem facile ostenditur. Ut enim probatum est articulo secundo, agens per naturam operatur determinato seu definito et uniformi modo propter aliquid determinatum et definitivum. Quod autem est huiusmodi, non movetur indeterminate et indefinite in aliquid indeterminatum et infinitum, ut ex terminis patet. Ergo in operationibus agentis per naturam non datur processus in infinitum neque ex parte modi procedendi neque ex parte termini processus. Est igitur aliquis ultimus terminus naturalis in agente per naturam, et iste est ultimus finis eius.

645. Propter quod Aristoteles dicit quod, quia natura semper agit propter finem, abhorret ab infinito, cum infinitum fine careatl; et sic videmus quod embryonem crescere facit usque ad definitam quantitatem secundum diversam speciem animalium, post quam advenit partus, et non in infinitum2.

646. Quod si natura in infinitum tenderet sicut in proprium finem, cum infinitum non possit pertransiri, motus naturalis esset inanis et frustaneus, quod patet esse falsum, quia opus naturae est opus Intelligentiae, hoc est, Dei, quod frustrari non potest3.

Unde S. Thomas profunde scribit: «natura nihil facit frustra; esset autem frustra, si moveret ad id ad quod impossibile est pervenire», hoc est, infinitum 4. «Ergo ponentes

I de Generatione ammalium, cap. 1, III, 320, 10-13.
Ibid., lib. IV, cap. 8, III, 411, 33-34.
In I Ethic., lect. 2, n.0 21.
In I de Coelo et Mundo, lect., 13, n.° 9.

infinitum in causis finalibus excludunt omnem conatum ad operandum, *etiam naturalium rerum:* nullius enim rei motus naturalis est nisi ad id ad quod nata est pervenire»1.

647. Et contrarium asserere est idem ac affirmare quod natura inclinat ad moveri propter ipsum moveri, quod est contradictio in adiecto. Omnis enim inclinatio sicut et omnis appetitus est propter aliquam perfectionem, quae est actus; motus autem est essentialiter in potentia, cum sit entis in potentia quatenus in potentia. Et ideo S. Doctor iterum ait: «motui ex ipsa sui ratione repugnat ne possit poni finis, eo quod motus est in aliud tendens; unde non habet rationem finis, sed magis eius quod est ad finem»2; «unde natura nunquam inclinat ad motum propter movere, sed propter aliquid determinatum quod ex motu consequitur» 3; «motus enim, cum semper in aliud tendat, non habet rationem ultimi finis»4.

648. Denique S. Doctor ultimam radicem huius impossibilitatis attingit per resolutionem ad *esse.* Nam infinitum in actu, quod includit processus per se in infinitum, est impossibile esse 5; «quod autem impossibile est esse, impossibile est fieri; et quod impossibile est fieri, impossibile est facere»6. Ergo impossibile est agens naturale quidquam agere propter aliquid infinitum. Iure igitur Aristoteles docuit quod nullus motus est infinitus, cum omnis motus sit essentialiter ab aliquo in aliquid7.

649. Haec autem impossibilitas procedendi in infinitum per se in finibus a fortiori affirmanda est de agente per intellectum, quod est homo. Unde S. Thomas contrariam positionem non solum absurdam, sed et *stultam* appellat: *«manifestum* est, inquit, quod omnis appetitus est propter aliquid;

[1] *In II Metaph.,* lect. 4, n.° 318.
De Pot., 5, 5.
Ibid.
IV Contra Gent., cap. 97.
f 7, 4.
III Contra Gent., cap. 2, arg. 3.
V Physic., cap. 10, n.° 6, II, 34-36.

stultum est enim dicere quod aliquis appetat propter appetere, nam appetere est quidam motus in aliud tendens»1.

Necesse est ergo dicere quod exsistit aliquis ultimus finis simpliciter totius humanae vitae, ne dicamus quod homo agens est peioris conditionis quam agens naturale.

650. b) *Argumentum ex processu intellectus in diverse genere causae, scilicet efficientis.* Ita se habet ultimus finis simpliciter totius humanae vitae ad humanas actiones, sicut se habet primum principium simpliciter demonstrationis ad conclusiones humanae rationis. Atqui, sublato primo principio simpliciter demonstrationis, omnis cognitio conclusionum et omnis humana cognitio de medio tollitur. Ergo similiter, subtracto ultimo fine simpliciter totius humanae vitae, omnis actio humana funditus evertitur. Et tamen actiones humanae de facto dantur, ut experientia competimus, et patet ex dictis in articulis praecedentibus. Ergo necesse est ponere aliquem ultimum finem simpliciter totius humanae vitae.

651. *Maior* constat ex analogia inter processum psychologicum voluntatis, quae est appetitus intellectivus, et processum psychologicum rationis; quia voluntas semper participat aliquid de ratione, a qua movetur quoad specificationem. Quae analogia fundatur in proportione inter ordinem causarum efficientium et ordinem causarum finalium, nam >> est ordo in causis agentibus: *ita* etiam in causis finalibus; ut scilicet secundarius finis a principali dependeat, sicut secundarium agens a principali dependet»2. Et inde venit commune proloquium: *finis in agibilibus est sicut principium ri speculabilibus*3. lam vero, sicut se habet tale ad tale, ita se habet simpliciter ad simpliciter. Stat ergo *Maior,* quod ita se habet finis ultimus simpliciter totius humanae vitae ad actiones humanas, sicut se habet primum principium simpliciter humanae demonstrationis ad conclusiones humanae rationis.

1 *In III de Anima,* lect. 15, n.° 821.
2 *III Contra Gent.,* cap. 109.
. ’ ‘‘P Λ · ν 3’ 111 2721 28’39; S· Thomas· ·›. L. lea, .l, n.° 5, I-II, 8, 2, 9, 3, et alibi passim.

652. *Minor* vero facile ostenditur. Omnis demonstratio proprie dicta procedit ex propositionibus *per se* seu *in materia neccessaria*1, quae sunt *propriae* seu *per se causae efficientes* cognitionis conclusionum 2. Unde demonstratio est discursus proprius seu illativus secundum causalitatem 3. Istae autem propositiones seu praemissae syllogismi demonstrativi vel sunt per se notae seu immediatae, atque ideo indemonstrabiles, et tunc obtinent rationem primi principii; vel sunt propositiones mediatae seu demonstrabiles per alias priores propositiones, de quibus eadem quaestio rursus moveri potest, usque dum perveniatur ad aliquam propositionem immediatam seu per se notam, quae erit primum principium demonstrationis. Nisi enim admittatur aliquod principium indemostrabile seu per se notum, esset processus in infinitum in demonstrationibus; quod est aequivalenter *evertere omnem demonstrationem,* cum inter media successiva ultimae demonstrationis sit ordo per se causalitatis efficientis. Unde sublato primo medio, quod est prima causa demonstrationis, cetera media posteriora nihil demonstrare valent, et sic evadit impossibilis omnis demonstratio.

653. Quin etiam *tolleretur omnis humana cognitio,* quia impossibilis redderetur omnis operatio humanae mentis. Dupliciter enim potest dari processus in infinitum in aliqua propositione demonstranda: uno modo, sursum, ex parte praedicati; alio modo, deorsum, ex parte subiecti.

654. Est ergo processus in infinitum *ascendendo* quando nunquam pervenimus ad praedicatum supremum seu universalissimum non amplius resolubile in aliud prius. *Descendendo* vero est processus in infinitum quando nunquam pervenimus ad subiectum ultimum, quod de nullo alio praedicari possit. Hoc autem posito, omnino ignota sunt nobis et supremum praedicatum et ultimum subiectum.

655.Ignorato autem supremo praedicato, quod per se includitur in ceteris posterioribus, omnis definitio est nobis

1 *In I Post.,* lect. 13 et 14.
* *Ibid.,* lect. *4,* nn. 9, 11 et 16; *II Physic.,* lect. 5, n.° 10.

impossibilis. Definitio autem pertinet ad primam operationem mentis b Tolleretur igitur *prima mentis operatio*1. Pariter, ignoto praedicato et subiecto, impossibile est compositionem aut divisionem seu indicium pronuntiare. Esset ergo impossibilis *secunda mentis operatio.* Et consequenter *tertio,* hoc est, discursus vel demonstratio, quae ex prima et secunda dependet sicut ex propriis pricipiis.

Ergo, a primo ad ultimum, negato primo principio simpliciter demonstrationis, quod revera est principium contradictionis 3, omnis vita humani intellectus tolleretur, impossibili reddita omni mentis operatione 4. Unde merito S. Thomas, post Aristotelem, reducit contrariam positionem ad *infirmitatem mentis,* immo et ad mentis *nullitatem,* quaerentis rationem demonstrativam eorum quorum non est demonstratio, sed aliquid maius et prius demonstratione, nempe immediata visio intellectus.

656. Et hoc ipsum, scilicet primum principium non esse demonstrabile, facile demonstrari potest; «ratio enim demonstrativa probat quod non omnia demonstrari possunt, quia sic esset abire in infinitum»5.

Cum igitur haec omnia sint manifeste absurda et impossibilia, necessarium est admittere exsistentiam alicuius primi principii simpliciter demonstrationis.

657. Quod autem similia absurda et inconvenientia occurrerent in actibus humanis, negata exsistentia alicuius ultimi finis simpliciter humanae vitae, facile suadetur. Sicut enim in ratione datur processus ascensivus ex parte praedicati et descensivus ex parte subiecti, ita etiam in voluntate datur processus ascensivus versus finem, qui est ordo intentionis, et processus descensivus versus media, qui est ordo executionis 6. Qui duplex processus esset infinitus ex utraque

1 I-II, 90, i ad 2.
2 *De Verit., 1, 1;* I, 13, 5 ad 1.
4 I-II> 94, 2j II-II, i, 7» *IV Metaphys.,* lect, 6, n.° 600.
4 *In I Post.,* lect. 31, rm. 10-11; lect. 32, nn. 1-2; lect. 34, nn. 5-7 et n; lect. 35, nn. 2, 6, 8 et 10; *IV Metaph,* lect. 6, n.° 607; lect. 7, nn. 629-611
5 *IV Metaph.,* lect. 15, n.° 710.
9 *Infra,* q. 12, 4 ad 3.

parte, si negatur exsistentia alicuius ultimi finis simpliciter totius humanae vitae.

658. Ponere autem talem infinitatem, est utrumque processum impossibilem omnino reddere.

Processum quidem *intentionis;* quia, posito infinito in finibus, destruitur ipsa ratio finis et boni, ut supra ostendimus. Sublata vero ratione boni, impossibilis est *appetitio* omnis, quae nonnisi boni est \ et consequenter *quies* in bono, cum quies et gaudium non sint de nihilo, ac denique *ipse* actus *intentionis* qui non haberet terminum quo tenderet. Ergo impossibiles omnino rederentur tres actus primi voluntatis, scilicet *velle, frui* et *intendere.*

Unde S. Thomas merito concludit: «si non esset ultimus finis, nihil *appeteretur* [= toleretur omnis volitio], nec aliqua actio *terminaretur* [= nulla esset *fruitio,* quae non est nisi de *termino re* vel *spe* iam habito (infra, q. 11, 1)], nec etiam quiesceret *intentio* agentis [= nulla esset possibilis intentio, quia nihil esse fixum et determinatum quo motus intentionis quiescere posset]» 2.

659. Nec mirum: quia sublato proprio et formali obiecto actus, nullus actus dari potest. Est autem proprium et formale obiectum horum actuum voluntatis ultimus finis; quia ad ultimi finis *arationem* integrandam tria exiguntur: bonitas ipsa *propter se* amabilis, et negatio ulterioris ordinis [= *non propter aliud amabilis],* et terminatio aliorum ad ipsum [= *cetera* amabilia *propter ipsum]·,* oportet enim finem ut sic propter se et non propter alium finem et alia propter ipsum amari. Et finis quidem quatenus *propter se* amabilis est, ad actum *volitionis* spectat; quatenus vero *non ultra ducit,* ad fruitionem spectat, quae quietem in termino significat: quatenus autem *ad ipsum alia* ordinanda sunt, *intentionem* terminat»3. Dempto ergo ultimo fine simpliciter humanae vitae, isti tres actus voluntatis sunt omnino impossibiles.

1 *In I Ethic.,* lect. 1, n.° 9.
1 *Hic,* corp·
* Caietanus, In I-II, 12, 1.

660. Similiter totus processus *executions* esset penitus impossibilis. Si enim in infinitum protraheretur, quasi descendendo deorsum, non esset primum unde operatio seu executio posset incipere; et sic «nullus inciperet aliquid operari», quia nullus esset usus activus neque passivus; neque ullum esset imperium, quod est propter usum; neque ulla electio, quae est propter imperium et usum; neque iudicium ullum, quod est propter electionem; neque ullum «consilium et consensus terminarentur», qui sunt propter iudicium et electionem \

Rueret ergo totus processus executionis, et consequenter omnis actus humanus circa media esset impossibilis prorsus.

661. Quod vel ex negatione processus in ordine *intentionis* immediate sequitur. Quia enim ordo intentionis est propria causa ordinis executionis sicut principium est propria causa conclusionis, sublato ordine intentionis, ordo executionis est mepaphysice impossibilis, sicut est metaphysice impossibile dari effectum sine causa. Negato ergo ultimo fine simpliciter totius humanae vitae, omnes actiones humanae, quae sunt actus voluntatis, efficiuntur intrinsece impossibiles. Et quia tota vita humana in actu secundo consistit in his actionibus, tota humana vita radicitus destruitur semel negata exsistentia alicuius ultimi finis eius.

Profunde igitur S. Doctor pronuntiat quod «motus *semper* ab *immobili* procedit et ad aliquid *quietum* terminatur»-, sive agatur de motu physico corporum, sive de motu psychologico intellectus vel voluntatis.

662. Ex quibus apparet argumentum S. Thomae plenum, solidum et profundum esse et non tantummodo delinearam, ut minus perspicaciter asserit Frins 3. Neque videtur necessarium explicite recurrere ad exsistentiam Dei et providentiam eius ut hoc argumentum robur et plenitudinem accipiat, ut laudatus theologus facit; nulla enim demonstratio fit plenior ex introductione alicuius elementi obscurioris

Hic, corp.
b 79, 8. [Cf. I-II, 90, 2 ad 3.]
De Actibus humanis, t. I, n.° 58, p. 68. Friburgi Brisgoviae, 1897.

quoad nos et naturaliter posterioris. Etiam athei hoc argumento S. Thomae admittere coguntur exsistentiam alicuius ultimi finis humanae vitae, quisquis denique sit ille finis.

§ in

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

663. Tres difficultates movet S. Doctor, quarum duae priores procedunt ex parte *finis,* tertia vero ex parte humanae *vitae* seu humanae *operationis.* Magis enim formalis est terminus, *finis,* quam terminus, *operatio.* More ergo solito, procedit in obiiciendo a maiori ad minus.

Sed et inter duas priores obiectiones graduatio datur; nam prima procedit ex ipsa *ratione formali* finis; secunda vero *ex conditione formali* causae finalis, quae est apprehensio finis in agente per intellectum, ut est homo.

Itaque duae priores difficultates sunt *a priori,* ex *ratione* formali et ex *conditione* formali finis ut *causae;* tertia vero est a *posteriori,* ex *actionibus* humanis, quae sunt *effectus* finis.

664. *Obiectio prima,* quae sumitur *ex ipsa ratione formali finis.* Finis habet rationem boni. Atqui de ratione boni est procedere in infinitum; quia de ratione boni est esse diffusivum sui in aliud bonum, quod iterum est diffusivum sui in aliud bonum, et sic inde in infinitum, cum eadem ratio boni salvetur in omnibus bonis ab alio vel ab aliis diffusis. Ergo et de ratione finis est procedere in infinitum; et sic est contra rationem finis, sicut et contra rationem infiniti, quod detur aliquis ultimus finis. Ergo similiter est contra rationem finis humanae vitae quod detur aliquis ultimus finis eius; nam quod dicitur de omni fine, ut finis est, dici debet de fine humanae vitae. Nullus igitur datur nec dari potest finis ultimus vitae humanae.

665. *Responsio.* Haec obiectio, quae primo adspectu gravissima videtur, in multis deficit.

Primo quidem ex parte auctoritatis unde sumit axioma:

bonum est diffusivum sui. Auctor enim operis *De divinis nominibus* non est Dionysius Areopagita, discipulus Apostoli Pauli, ut omnes norunt, sed quidam Christianus neoplatonicus, quisquis denique ille sit, posterioris aetatis (versus finem saeculi v et initium saeculi vi), ut probant eruditi.

666. *Secundo,* quia Auctor illius operis, in capite quarto, ad quod alludit arguens, non loquitur de bono in communi, ut obiiciens putat, sed de Summo Bono seu per essentiam, quod Deus est. Non licet autem extendere ad bonum in communi id quod est proprium Boni per se Subsistentis. Unde vulgatum axioma: *bonum (in communi)* est *diffusivum sui,* non est Pseudo-Dionysii.

Propter quod S. Thomas, qui sensu critico non carebat, cum alibi refert hoc proloquium, addit: *«ut potest accipi ex dictis* Dionysii» *«ut ex verbis Dionysii accipitur,* quibus dicit quod bonum est ex quo omnia subsistunt et sunt»2; quandoque etiam refert sine determinatione auctoris: *«dicitur a quibusdam* quod bonum, in quantum huiusmodi, est diffiisivum»3.

Et per *bonum intelligebat* S. Doctor Bonum Subsistens, ut patet ex expositione eius ad illum locum Pseudo-Dionysii 4, et in eodem sensu accipit Bonum hoc loco, in responsione ad hanc obiectionem. De hoc enim Bono exclusive, et non de bono in communi, loquebatur Auctor operis *De divinis nominibus.*

667. *Tertio,* quia, etiam sistendo in solo Bono per essentiam, in contextu Pseudo-Dionysii habet nimium saporem neoplatonicum; nam intelligit diffusionem hanc a Bono per essentiam ad modum dimanationis naturalis et necessariae: «quemadmodum enim, inquit, sol ille noster *non cogitatione aut voluntate,* sed eo ipso quod est, illuminat universa quae quoquo modo lucis eius sunt capacia, sic etiam ipsum bonum [= Bonum per essentiam], quod non solum praestat Soli

1 *De Veritate,* 21, i obi. 4.
3 I, 5, 4 obi. 2.
3 *III Contra Gent.,* cap. 24.
4 Lect. 3, edit. Vives, t. XXIX, pp. 435-436.

quam primaeva species imagini obscurae, ipsamet substantia sua rebus omnibus, pro cuiusque captu, totius bonitatis suae radius effundit, επίησι» h Et paulo antea dixerat: «Deus, tamquam Substantiale Bonum, bonitatem in omnia porrigit, ώ$ ουσιώδε αγαθόν, ει πάντα τά όντα διατεΐνει την άναθό-τητα»1. Bonitas ergo per essentiam diffundit vel potius distendit, διατεΐνει, bonitatem suam in omnia entia, sicut Sol distendit radios suos in omnia corpora.

Est ergo theoria emanationis naturalis et progressivae ab Uno ad omnia entia, modo quodam non sat libero a pantheismo 3, quae erat doctrina propria neoplatonicorum 4.

Semel autem concesso Auctorem non esse discipulum immediatum Apostoli Pauli, non est necesse *pie* interpretari verba eius, sed sumenda sunt ut iacent.

668. *Quarto,* denique, si quis hanc doctrinam sumat absolute, ut purificatam ab omni labe pantheistica, et ut extenditur ad omne bonum ut sic, prout ab obiiciente proponitur, in promptu est responsio.

Cone. Mai. Dist. Min.: de ratione boni est procedere in infinitum, superius seu ascendendo, *nego;* inferius seu descendendo, *subdist.:* de ratione boni per participationem, *nego;* de ratione boni per essentiam, *iterum subdist:* secundum potentiam eius ordinatam, *iterum nego,* secundum eius potentiam absolutam, *denique subdist.:* in infinitum secundum quid tantum vel syncategorematicum, *conc.;* in infinitum categorematicum vel simpliciter dictum, *nego.*

Et *nego Consequens et Consequentiam.*

669. Quando in communi dicitur: *bonum est diffusivum sui,* haec diffusio seu communicatio potest intelligi dupliciter. Uno modo, *immediate seu per se primo,* et sic debet intelligi diffusio in genere causae finalis, quatenus scilicet ipsa ratio boni, per seipsam, amorem sui diffundit seu spirat in alia,

1 *De divinis nominibus,* cap. 4, § I. M.G. III, 693 B.

1 *Jbid.*

1 *De Pot.,* 3, 16, et alibi passim.

4 Plotinus, *Enneades,* enneade prima, lib. 7> edit- Didot, Parisiis, 1855, pp. 38-39; enneade sexta, lib. 7~9j PP· 475"45°·

quae ad se amore sui seu appetitu *attrahit,* et hoc semper verificatur de omni bono; et in hoc sensu axioma illud est per se notum, quia praedicatum continetur in ratione subiecti in primo modo dicendi per se.

670. Et ita esse intelligendum illud proloquium saepe docuit S. Thomas: «bonum, inquit, dicitur diffusivum *per modum finis,* secundum quod dicitur quod finis movet efficientem»

Et alibi: «cum autem dicitur quod bonum est diffusivum *secundum sui rationem,* non est intelligenda effusio secundum quod importat operationem causae efficientis, sed secundum quod importat habitudinem *causae finalis,* et talis diffusio non est mediante aliqua virtute superaddita. Dicit autem bonum diffusionem *causae finalis* et non causae agentis, *tum* quia efficiens, in quantum huiusmodi, non est rei *mensura et perfectio,* sed magis *initium* [cum causa efficiens definiatur: id unde *incipit* motus 2], *tum* quia effectus *participat* causam efficientem secundum assimilationem *formae tantum,* sed finem consequitur res *secundum totum* esse suum, et in hoc consistebat ratio boni»3. Si ergo intelligeretur diffusio secundum causalitatem efficientem, effectus non responderet causae; quia effectus eius non esset *consummatio,* sed inchoactio tantum rei effectae seu diffusae; et haec communicatio esset solum partialis, in forma tantum causae, non *totalis:* et tamen ratio formalis boni seu finis est ratio *consummationis* seu terminationis et ratio *totalitatis,* cum ratio boni sit ratio *perfecti,* quae est ratio *totius,* non partis.

Denique, in Summa theologica, scribit: «bonum dicitur *diffusivum sui* esse, *eo modo quo finis dicitur movere»*4; «bonum amatur *in quantum est communicabile* amanti» 5.

671. Alio tamen modo potest diffusio intelligi *mediate et per se secundo,* nempe in genere causae *efficientis;* nam *dif-*

1 ***I*** *Sent.,* dist. 34, *2,* art. unie, ad 4.
2 ***II*** *Physic.,* lect. 5, n.° 5.
3 *De Verit., 21,* 1 ad 4.
* I, 5, 4 ad 2.
5 I-II, 28, 4 ad 2.

fundere, secundum proprietatem vocabuli videtur importare operationem causae efficientis, sicut *influere* et *facere* et alia huiusmodi \

672. Sed tunc haec diffusio non convenit per se primo seu essentialiter omni bono ut sic, sed solum bono increato seu per se subsistenti, quod est immediate operativum; cete-ris autem bonis creatis seu per participationem convenit per se secundo tantum, nempe per proprias *potentias* naturales, quae sunt eorum quasi *proprietates,* eis convenientes in secundo modo dicendi per se: nulla enim res creata est immediate operativa.

673. In hoc ergo sensu, in quo accipitur a Pseudo-Dionysio et ab obiiciente, *actualis* diffusio operativa non est de ratione boni, sed solum *posse,* potentia activa, actua-liter operari, sive illa activa potentia sit ipsa essentia ope-rantis, ut in Deo, sive ab ea realiter et essentialiter differat, ut in creaturis.

674. E contra, diffusio per modum finis seu attractionis et non per modum agentis seu impulsionis semper est in actu, active sumpta, quatenus est ex parte boni et finis, licet non semper actu sit passive ex parte amantis vel appe-tentis ipsum, vel quia nondum illud apprehendit, vel quia appetens alius a bono nondum exsistit.

675. Dicendum est igitur quod bonum seu finis *finaliter* diffusivum sui ut *quo* et ut *quod, efficienter* vero non est diffusivum sui ut *quod,* sed solum ut *quo,* scilicet ut *ratio qua* efficiens movetur ad efficienter diffundendum ut *quod,* iuxta ea quae supra, articulo primo, ad primum, dicta sunt de causalitate causae finalis in causam efficientem (nn.

676. Sive autem finaliter sive efficienter sumatur diffusio oni, neutro modo est de ratione boni ut sic ut ab alio *pas-rve* diffundatur. Nam, cum bonum et ens convertantur, eo iodo convenit bono diffundi quo enti convenit produci vel ausari. Constat autem quod «esse ab alio causatum non ompetit enti in quantum est ens; alias omne ens esset ab

l *De Verit., 21, 1* ad *4;* **I-II**, 2, 5, obi. 3.

alio causatum, et sic oporteret procedere in infinitum in causis [efficientibus], quod est impossibile»1.

Et similiter non est de ratione boni in quantum est bonum «quod ipsum ab alio procedat» seu diffundatur, nec efficienter nec finaliter; alioquin, non daretur bonum per essentiam et consequenter neque per participationem2.

677. Sic ergo non est de ratione boni, immo ei repugnat, procedere in infinitum superius seu ascendendo; sed necesse omnino est pervenire ad aliquod Bonum Primum, quod est Bonum per essentiam, et consequenter ultimus finis simpliciter omnium bonorum, quod non potest ab alio ulteriori bono attrahi finaliter neque ab alio bono priori efficienter produci.

678. Bono igitur per participationem, non in quantum bono, sed in quantum per participationem, convenit per se ab alio bono diffundi et finaliter et efficienter, maxime a Primo et per se Bono; convenit ei quoque active diffundere se in alia tum finaliter tum efficienter: *finaliter* quidem, per propriam et formalem rationem sui; *efficienter* vero, per propriam potentiam, quae est aliud ab eius essentia: per modum finis, *actualiter;* per modum agentis, *potentiality* quia perfecti seu boni est *posse* operari, sicut perfecte sapientis est posse docere 3 Attamen neutro modo potest in infinitum procedere inferius, cum sit essentialiter bonum finitum seu limitatum, ideoque finitam tantum potentiam habet se diffundendi in alia, sive attractivam sive impulsivam.

679. Bono autem per essentiam repugnat ab alio bono diffundi sive per modum finis sive per modum agentis, sed ipsum per seipsum immediate et adaequate se amat, licet seipsum minime producat, sed per seipsum essentialiter «t. Ei tamen per se convenit in alia a se influere, tum finaliter tum efficienter.

680. Et cum eius potentia sit infinita, sicut eius essentia

1 *II Contra Gent.,* cap. 52, arg
2 *Hic,* ad i.
3 *I Metaphys.,* lect 1, n.° 29.

et bonitas cum quibus re identificatur, potest se diffundere in infinitum inferius, nempe in bona per participationem.

Haec tamen potentia diffusiva Primi Boni potest dupliciter considerari: uno modo, *absolute,* abstrahendo ab eius sapientia et voluntate, qua de causa dicitur potentia *absoluta;* alio modo, *ut connotans* divinam sapientiam et voluntatem diribentem et imperantem, iuxta quas operatur per modum *txequentis,* et tunc dicitur potentia *ordinata* 1. Quae tamen distinctio non est ipsius divinae potentiae secundum quod est a parte rei, quia «potentia Dei nunquam est in re sine «pientia»; sed solum ex nostra consideratione, quatenus a nobis consideratur divina potentia sine consideratione sapientiae divinae2, proportionaliter ad ea quae circa humanam potentiam accidunt.

681. Si ergo consideretur potentia diffusiva Primi Boni *ut ordinata,* nempe ut agentis per intellectum et voluntatem, secundum ordinem divinae sapientiae et libertatis et non ex necessitate naturae, tunc diffussio eius inferius est *finita seu determinata,* iuxta limites liberrime sibi praefixos per sapientiam suam, quae omnia disponit *in numero, pondere et mensura* (Sap., XI, 21). Propter quod alibi S. Doctor scribit: <omne creatum sub aliqua *certa* intentione creantis comprehenditur; non enim in vanum agens aliquod operatur. Unde *me* est quod sub *certo* numero omnia creata comprehendantur. Impossibile est ergo esse multitudinem *infinitam in actu, etiam per accidens» 3.*

682. Si vero consideretur potentia diffusiva Primi Boni *ut absoluta,* hoc est, *«sola* virtus Primi Boni», ut hic ait S. Thomas, *active* quidem inspecta seu quantum est ex parte Dei potentis, est simpliciter et categorematice infinita; *sed passtie* seu potius *terminative* sumpta non potest esse *categorematice infinita,* quia categorematice infinita creata actu exsistere non possunt, atque ideo neque fieri possunt. Quod autem intrinsece non potest esse neque fieri, nequit esse

1 *III Sent.,* dist. i, 2, 3, edit, cit., nn. 115, H7> 118; I, 25, 5 ad 1.
1 *De Pot.,* i, 5 ad 5 et 6.

obiectum omnipotentiae activae Dei, *etiam absolutae*;* quia «quod impossibile est esse, impossibile est fieri; et quod impossibile est fieri, impossibile est facere»a.

683. Potest tamen *terminative* procedere in infinitum *syncategorematice,* hoc est, in indefinitum, quia hoc pacto infinita dari possunt in rebus creatis et consequenter possunt a Deo fieri, licet relate ad intellectum divinum non sint indefinita, sed solum relate ad intellectum nostrum. At haec sunt finita simpliciter 3. Ergo ex neutra parte, neque superius neque inferius, dari potest processus in infinitum in bonis seu in finibus. Ruit igitur ex omni parte prima obiectio.

684. *Obiectio secunda,* quae procedit *ex conditione formali ut causae.* Tot sunt fines voluntatis seu vitae humanae quot sunt obiecta ei praesentata ab intellectu practico; quia intellectus practicus movet voluntatem per modum obiecti, quod movet per modum finis 4. Atqui obiecta voluntati exhibita ab intellectu practico possunt esse infinita; *tum* quia intellectus practicus, sicut et speculativus, potest apprehendere infinita obiecta; *tum* etiam quia potest actus suos in infinitum multiplicare. Ergo fines voluntatis seu vitae humanae possunt esse infiniti. Nulla ergo est necessitas admittendi exsistentiam alicuius ultimi finis humanae vitae.

685. *Responsio. Cone. Mai. Dist. Min.:* obiecta voluntati exhibita ab intellectu practico possunt esse infinita, obiecta ordinata per se, *nego;* obiecta ordinata seu connexa per accidens, *subdist.:* possunt esse infinita actu categorematice, *nego;* possunt esse infinita in potentia tantum et syncategorematice, *conc.*

Et *nego Consequens et Consequentiam.*

686. Ut patet ex dictis supra, articulo primo, ad primur (nn. 343-352), apprehensio boni seu obiecti voluntatis eiusque exhibitio voluntati ad appetendum, non est ratio format

1 1,25,3 et 4; 7,4.
2 *III Contra Gent.,* cap. *2,* arg. 3.
3 I, 7> 4-
* *Infra,* q. 9, 1.

constitutiva boni neque causalitatis finalis, sed solum conditio formalis *sine qua non.* Haec tamen conditio, quia semper et necessario comitatur causam finalem actus voluntatis, sat est ad arguendum pro infinitate finium humanae vitae. Propter quod *Maior,* ut iacet, est simpliciter concedenda.

687. Sed *Minor* deficit. Actus enim et obiecta intellectus practici, sicut et actus et obiecta intellectus speculativi, quibus suo modo proportionantur, possunt dupliciter considerari.

Uno modo, *mere materialiter, ut res quaedam sunt,* et tunc possunt in infinitum multiplicari, quia numerus tum obiectorum tum actuum non est determinatus, sed semper potest plus et plus augeri; at haec series actuum et obiectorum est *per accidens,* quia sequens non pendet a praecedenti, neque ex praecedenti causatur, sed solum *accidit* ei, veniens *post* ipsum, ut accidit in discursu secundum meram successionem, qui cuilibet potentiae, v. gr., visui vel auditui, convenire potest, eo quod possunt unum obiectum materialem *post* aliud attingere, absque ulla necessaria connexione utriusque. Quia tamen haec obiecta et hi actus sunt quid essentialiter creatum —nam obiectum seu Bonum increatum non est nisi unum—, necessario sunt quid realiter finitum. Non ergo possunt esse infinita actu et categorematice, sed solum in potentia et syncategorematice, hoc est, indefinita. At haec infinitas non officit exsistentiae alicuius realiter primi et ultimi totius seriei neque ideo exsistentiae alicuius ultimi finis simpliciter humanae vitae, ut supra ostensum est (nn. 639-641).

Alio modo actus et obiecta intellectus practici considerantur *formaliter,* nempe ut obiecta *formalia* et ut actus *formales* circa talia obiecta, et in hoc sensu non possunt multiplicari in infinitum, sed necessario sunt quid finitum et determinatum sive superius seu ascendendo sive inferius seu descendendo.

688. Et ratio huius est quia, *formaliter* considerata, sunt *species,* non mera individua, quae spectant ad considerationem mere materialem. Constat autem quod *species* obiectorum et actuum intellectus practici sunt finitae; nam omnia obiecta intellectus practici reducuntur ad tres *species* boni,

nempe honesti, delectabilis et utilis, vel etiam animae, corporis et utriusque simul \ similiter, omnes actus eius reducuntur ad tres *species,* nempe ad consilium, iudicium et imperium, qui sunt etiam tres actus prudentiae[2]. Et hac ratione, etiam *species* magnitudinis et multitudinis sunt *finitae,* quantumcumque individua multiplicentur[3].

Ergo in serie *per se* ordinata, quae est series *specierum* obiectorum et actuum intellectus practici, non datur neque dari potest processus in infinitum. *Non ascendendo,* quia oportet pervenire ad aliquod primum iudicium practicum per se notum, quod immediate fundatur super bonum et malum, et hoc principium est: *bonum est faciendum, malum vero vitandum* [4]. *Neque descendendo,* quia necesse est claudere consilium per conclusionem alicuius iudicii practici[5], post quod est electio.

689. Unde sicut in processu demonstrativo intellectus speculativi non datur series in infinitum, quia obiecta et actus demonstrationis ordinantur *per se;* ita etiam in processu résolutive rationis practicae non datur series infinita, cum obiecta formalia et actus eius sint *per se ordinata*[6].

Ordo^^r *se* in intellectu speculativo habetur, v. gr., quando «considero corpus *ut* considerem animam, *quam* considero w considerem substantiam separatam, *quam* considero *ut* considerem Deum»[7]. Ista enim obiecta se habent ut totidem gradus per se ordinati, usque ad ultimam conclusionem, quae est cognitio Dei.

690. Similiter, in intellectu practico habetur ordo *per se* quando, exempli gratia, consilium sumo circa Ecclesiam Catholicam *ut* iudicem eam esse a vero Deo institutam, *quam* ita iudico *ut* mihi imperem ingressum in eam, eius doctrinam et vitam sincero corde admittendo. Tota enim ratio

2 I, 5, 6; I-II, 2, 7 ad i; II-II, i86, 7.
3 I-II, qq. 14 et 17; II-II, 47, 8.
4 I-II, 94, 2; *De Verit.,* 16, 2.
5 I-II, 14, 6.
6 I-II, 14, 5-
7 *III Contra Gent.,* cap. 2, arg. 3.

consilii est propter iudicium et tota ratio iudicii est propter imperium, in quo consummatur opus rationis practicae[1].

Ergo ex ipso fundamento obiicientis sequitur impossibilitas procedendi in infinitum in finibus seu obiectis intellectus practici *per se* ordinatis.

691. *Tertia obiectio,* quae sumitur *ex parte ipsorum actorum, humanorum seu voluntatis.* Tot sunt fines humanae vitae quot sunt actus humani seu voluntarii; nam eo ipso quod omnis actus humanus est propter aliquem finem (art. i), quot sunt actus tot debent esse fines. Atqui actus humani seu voluntarii possunt esse infiniti; quia non solum voluntas potest ferri in infinita bona, sed etiam potest actus suos in infinitum multiplicare, cum possit infinities reflectere supra seipsam. Ergo fines voluntatis seu humanae vitae possunt esse infiniti. Non igitur oportet ponere aliquem finem ultimum totius vitae humanae.

692. *Responsio. Dist. Mai.:* tot sunt fines humanae vitae quot sunt actus humani seu voluntarii, *per se,* hoc est, *formaliter, conc.; per accidens* seu mere *materialiter* iuxtapositi, *nego.*

Contradist. Min.: actus humani seu voluntarii possunt esse infiniti, actus per se seu formaliter ordinati, *nego;* actus per accidens seu mere materialiter iuxtapositi, *subdist.:* possunt esse infiniti actu et categorematice, *nego;* in mera potentia et syncategorematice, hoc est, indefiniti, *conc.*

Et *nego Consequens et Consequentiam.*

693. Obiecta *per se* ordinata voluntatis, sicut et obiecta intellectus et cuiuscumque alterius facultatis, semper finita sunt, quia tunc considerantur ut reducta ad obiectum *per se,* hoc est, ad obiectum formale *quo* vel *quod,* et hoc obiectum semper est unum et determinatum pro unaquaque potentia. Tunc ergo obiecta materialia non considerantur materialiter *ut res,* sed formaliter *ut obiecta,* nempe ut relata ad obiectum formale, quod est unum; et sic multa obiecta non considerantur ut multa, sed ut unum; et similiter infinita, vel potius

1 II-II, 47,8.

indefinita, non considerantur ut indefinita, sed ut finita vel determinata per formale obiectum.

694. Iam vero constat quod obiecta mere materialia non sunt per se terminus et finis actus et potentiae, sed solum per aliud, nempe per obiectum formale *quo* vel *quod,* quia solum obiectum formale est per se *motivum* quoad *specificationem* actus, habitus et potentiae.

695. Et inde est quod, per ordinem ad ista obiecta per se, voluntas habet actus formaliter humanos definitos seu determinatos secundum speciem suam, nempe tres circa bonum ut est finis, qui sunt velle, frui et intendere; et totidem circa bonum ut est medium, qui sunt consentire, eligere et uti active. Et quicumque actus voluntatis actuales et possibiles reducuntur ad has sex species.

Sicut inter principium motus et terminum eius possunt cogitari infinita media, quae tamen reducuntur ad tria, scilicet incipiens, proficiens et perfectum, ut patet in progressu caritatis \

696. Quando vero voluntas reflectitur supra seipsam reflexione perfecta et completa, nempe volendo aliquid, et volendo me velle illud, et iterum volendo me velle volitionem qua volo me velle illud, et sic inde, — omnes isti actus ordinantur *per accidens,* quia unus venit post alium eique iuxtaponitur materialiter absque ulla connexione causali. Neque enim volo me velle aliquid, quia prius volui illud. Unde circa idem obiectum seu eundem finem possunt *indifferenter* poni unus, duo vel mille actus voluntatis, absque ulla multiplicatione finis seu rationis formalis obiecti. Nihil ergo ex potentia reflexiva voluntatis concludi potest in favorem processus in infinitum in finibus; quia mere «per accidens et materialiter se habet ad ordinem finium», ut S. Doctor acute respondet (h. 1.).

697. Et eodem modo actus intellectus nostri possunt in indefinitum redire supra seipsos et consequenter multiplicare numerice in indefinitum relationes intelligibiles, quae tamen reducuntur ad speciem determinatam et finitam *relationis*

II-II, 24, 7 et 9; ***III*** *Sent.,* dist. 29, 8, qla. r.

disquiparantiae mensurati ad mensuram. Quo in sensu S. Doctor scribit: «in nobis relationes intelligibiles in infinitum multiplicantur, quia alio actu intelligit homo lapidem et alio actu intelligit se intelligere lapidem et alio etiam intelligit hoc intelligere; et sic in infinitum multiplicantur actus intelligendi, et per consequens relationes intellectae» 1.

698. Et tamen haec multiplicatio actuum, et consequenter relationum, est *per accidens;* quia prima *non est causa per se* alterius, sed una venit *post* aliam, sicut unus actus venit *post* alium, ut in discursu secundum meram successionem. Est ergo multiplicatio mere numerica seu materialis, sicut numerice multiplicatur relatio paternitatis quando pater novum filium generat. Nemo autem dicet quod generatio primi filii sit causa generationis secundi filii.

Nisi ergo sumantur obiecta specie diversa et actus specie distincti intra genus obiecti voluntatis et actuum eius, fines ipsius non multiplicantur specie, neque ideo in infinitum essentialiter seu specifice protrahuntur.

699. Ex quibus omnibus apparet impossibilitas *metaphysica* procedendi in infinitum in finibus; *tum* quatenus finis specificative est causa quaedam; *tum* maxime quatenus finis reduciplicative est finis, hoc est, causa finalis. Et similiter impossibilitas *psychologica, tum* ex parte intellectus *tum* ex parte voluntatis, procedendi in infinitum per se seu formaliter in propriis actibus circa propria et formalia obiecta.

Ergo absoluta necessitate metaphysica et psychologica concluditur exsistentia alicuius ultimi finis simpliciter totius humanae vitae.

1 I, 28, 4 ad 2.

CAPUT SECUNDUM

DE EXSISTENCIA ALICUIUS ULTIMI FINIS SUPERNATURALIS TOTIUS HUMANAE VITAE

700. Demonstrata exsistentia alicuius ultimi finis naturalis humanae vitae, quae est sicut praeambulum quoddam ad articulum fidei de exsistentia alicuius finis ultimi supernaturalis vitae nostrae, consequenter considerandus est directe ipse articulus fidei. Non tamen quantum ad omnem eius explicationem, sed in genere seu in communi, hoc est, proportionaliter ad modum quo hucusque consideravimus exsistentiam alicuius ultimi finis naturalis vitae humanae. Hanc enim restrictionem postulat propria indoles quaestionis praesentis, quae est de ultimo fine *in communi* totius humanae vitae.

701. Itaque in praesentiarum *unice consideramus meram exsistentiam seu realitatem alicuius ultimi finis supernaturalis,* abstrahendo a natura vel essentia eius in concreto et a modo et tempore seu momento quibus de facto a nobis obtineri possit; haec enim spectant ad quaestiones sequentes.

702. Nullum dari ultimum finem supernaturalem vitae nostrae affirmat *naturalismus,* qui dicitur, sub quacumque forma vel specie proponatur. Ut enim nomine ipso patet, naturalismus sola natura et solis viribus naturalibus clauditur ad omnem humanam perfectionem obtinendam, tum moralem et socialem, tum intellectualem; nihil ab exteriori et superiori recipere potest, quia hoc esset contra ipsam indolem naturae, utpote violentum, natura vero est essentialiter quid interius et immanens et sibi plene sufficiens. Supernaturale ergo vel in se non exsistit vel saltem respectu naturae

nostrae dari non potest, uptote ei heterogeneum et directe repugnans; est enim de ratione naturae esse systema quoddam clausum et completum in se, ac proinde omnino autonomum et independens a quolibet alio extraneo, dato quod revera exsistat.

703. Quod quidem Leo XIII, ita eleganter describit: «*naturalistarum* caput est, quod nomine ipso satis declarant, *humanam naturam humanamque rationem cunctis in rebus magistram esse et principem oportere.* Quo constituto, officia erga Deum vel minus curant, vel opinionibus pervertunt errantibus et vagis. Negant enim quidquam esse Deo Auctore traditum; nullum probant de religione dogma; nihil veri quod non hominum intelligentia comprehendat; nullum magistrum, cui propter auctoritatem officii, sit vere credendum. Quoniam autem munus est Ecclesiae Catholicae singulare sibique proprium doctrinas divinitus revelatas auctoritatemque magisterii cum ceteris ad salutem caelestibus adiumentis plene complecti et incorrupta integritate tueri, idcirco in ipsam maxima est inimicorum iracundia impetusque conversus» h

704. Ergo in ordine *morali naturalismus* moralem prorsus *laicam,* ut dicunt, tuetur, scilicet omnino independentem a quacumque idea religiosa, praesertim catholica et supematurali: «vitae perfectionem ex ipsa hominum natura exponere enituntur eiusque viribus *tantum* ad effectum adducere» 2.

In ordine *sodali* docet «optimam societatis publicae rationem civilemque progressum omnino requirere ut humana societas constituatur et gubernetur *nullo habito ad religionem respectu, ac si ea non exsisteret»* 3. Praesertim vero eius «summa est tollere funditus instituta Christiana hominisque stabilire in societate principatum, *posthabito Deo»* 4.

* Encycl. *Humanum genus,* die 20 aprilis 1884, t. I, p. 252.

Pits XI, Encycl. *Divini illius magistri,* die 31 decembris 1929. *Acis Apostolicae Sedis,* 1930, p. 51.

3 Pius IX, Encycl. *Quanta cura,* die 8 decembris 1864, Denz., n.° 1689.

4 o?° XIH' Encycl' Immortale Dei, die 1 novembris 1885, Denz., n.° 1885.

Denique in ipso ordine *religioso* naturalismus respuit omnem religionem supematuralem: *«omnes religionis veritates ex nativa humanae rationis vi derivant;* hinc ratio est princeps norma qua homo cognitionem omnium cuiuscumque generis veritatum assequi possit ac debeat»1. Et ideo «fides refragatur rationi, divinaque revelatio non solum nihil prodest, verum etiam nocet hominis perfectioni»2.

705. Uno verbo. *Naturalismus* est «maxima illa saeculi lues quae, ubi invaluit, caelestium bonorum desiderium debilitat, flammam divinae caritatis opprimit, hominem sananti et elevanti Christi gratiae subtrahit, eumque fidei lumine denique orbatum et solis naturae infirmis corruptisque viribus instructum, effrenatis animi cupiditatibus permittit»3; ita ut merito appellari possit «malorum omnium compendium» 4.

706. Nostrum non est historiam naturalismi sub diversis eius formis et momentis texere, neque etiam contra ipsum ostendere *possibilitatem* revelationis supernaturalis, tum ex parte obiecti revelandi, tum ex parte subiecti recipientis revelationem, tum ex parte agentis, hoc est, Dei revelantis; sed neque eius *exsistentiam* ex factis supernaturalibus, nempe ex miraculis et prophetiis. Haec enim omnia spectant ad theologiam Fundamentalem.

707. Nunc vero directe agimus *de exsistentia alicuius ultimi finis supernaturalis humanae vitae, secundum propriam et formalem rationem ultimi finis supernaturalis,* quae sub theologia Fundamentali proprie loquendo non cadit.

708. ET dicendum EST QUOD *talis finis revera exsistit.*

Hanc veritatem docet *auctoritas divina,* et ex aliis veritatibus revelatis concludit *ratio theologica.*

709. A) *Auctoritas divina revelans* nobis manifestatur tum Scriptura Sacra, tum traditione, tum magisterio vivo

1 *Syllabus* Pu IX, Denz., n.° i7°4·

1 *Ibid.,* n.° 1706.

* Benedictus XV, Motu proprio *Bonum sane,* die 25 iuli 1920, A. A.S., 1920, p. 314.

4 Pius XI, Epistula *Magna equidem,* ad Card. O. Giorgi, die 2 augusti 1924, A. A. S., 1924» P· 362.

Ecclesiae Catholicae, quae sive Scripturam sive traditionem authentice et infallibiliter explicat et proponit ad credendum.

Doctrinam autem de exsistentia alicuius ultimi finis supematurahs humanae vitae Ecclesia proponit quandoque verbis expressis et formalibus, quandoque terminis aequivalentibus.

710. a) *Terminis expressis et formalibus* docuit hanc exsistentiam Concilium Vaticanum: «Deus, ex infinita bonitate sua, *ordinavit hominem ad finem supernaturakm*[1] et quidem *ultimum* 2.

Verum est quidem quod Concilium directe agebat de necessitate revelationis supernaturalis, atque ideo «finis supernaturalis solummodo eatenus tangitur quatenus omnino necessarius est ad hanc necessitatem evincendam», ut aiebat coram Patribus relator Concilii, Rmus. Gasser[3]; attamen vere «docetur finis supernaturalis, ad quem homo ordinatur a Deo» 4.

711. Ante Concilium Vaticanum, Pius IX docuit contra Frohschammer *finem hominis supematuralem* non esse proprium obiectum Philosophiae, sicut neque alia mysteria intrinsece supematuralia 5, sed fidei.

712. Sed praesertim Leo XIII, Pius X, Benedictus XV, et Pius XI doctrinam de exsistentia ultimi finis supematuralis humanae vitae conceptis verbis tradiderunt.

Sufficiat referre quaedam verba Leonis XIII et Pii XI. ^*Nati enim susceptique omnes homines sumus,* ait Leo XIII, ad *summum quoddam et ultimum bonorum,* quo sunt omnia consilia referenda, extra hanc fragilitatem brevitatemque vitae *in coelis collocatum;* quoniam autem hinc pendet hominum *undique expleta ac perfecta felicitas,* idcirco assequi eum, qui

1 Denz., n.° 1786.
3 Denz., n.° 1796.
· *Acta CondlS Vatican,* edit. Pεπτ, in *Amplissima Collectu,* ™ Π PEΠT· L «»· emend. 24 *Concil.*
* *Ibtd.,* emend. 17, col. 279.
s Denz., nn. 1666,1671-1673.

commemoratus est, *finem,* tanti interest singulorum ut pluris interesse non possit»1.

Et idem est proprius Ecclesiae finis, scilicet salus animarum sempiterna2.

«Cum is sit hominibus universis constitutus finis, addit Pius XI, ut *Regnum Dei ingressi, aeternam salutem assequantun*3. «Qui *finis,* ex mirabili hominis per Deum *in supema-tttralem ordinem elevatione,* omne superat quod oculus vidit et auris audivit et in cor dominis ascendit» 4.

713. Hunc etiam finem supematuralem ultimum conceptis verbis docuit Apostolus, scribens: «nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in satisfactionem, *finem vero vitam aeternam...; gratia autem Dei vita aeterna,* in Christo lesu Domino nostro» 5. Vita aeterna est *finis ultimus,* cum non sit alia vita posterior eo modo quo vita aeterna est posterior vita praesenti; et quidem *supernaturalis,* cum sit *gratia Dei:* τὸ δε τέλο ^ωήν οἰωνιον...; τὸ δὲ χἀρισμα του Οεοὔ αΙώνιο ἐν Χριστὼ Ἰησοὔ.

«Quem, prosequitur Petrus, cum non videritis, diligitis; in quem nunc quoque non videntes creditis; credentes autem exultabitis laetitia inenarrabili et glorificata, reportantes *finem fidei vestrae; salutem animarum,*' κομι £0μεϊνοι τὸ τέλο τή ττίστεω υμὼν, σωτηρίαν ψυχὼν» 6.

Alibi etiam Paulus Apostolus docet finem ultimum supernaturalem *in executione,* cum ait: «quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum; et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine, primitiae Christus; deinde ii, qui sunt Christi, qui in adventu eius crediderunt; deinde *finis,* cum tradiderit Regnum Deo et Patri, cum evacuaverit omnem principatum et potestatem et virtu-

1 Encycl. *Immortale Dei,* die 1 novembris 1885, t. II, p. 22.
' *Ibid.,* pp. 22-24.
3 Encycl. *Divini illius Magistri,* die 31 decembris 1929. *Acta Apostolicae Sedis,* 1930, pp. 57-58.
4 Encycl. *Casti Connubii,* die 31 decembris I93°> 'bid., p. 544.
* *Rom.,* VI, 22-23.
4 *I Petri,* I, 8-9.

tem... Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, *ut sit Deus omnia in omnibus»* \ Nam, ipso Christo Iesu docente, «tunc dicet Rex his, qui a dextris eius erunt: venite benedicti Patris mei, *possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi** «et ibunt... iusti... *in vitam aeternam»* [3] Quibus innixi verbis, in Symbolo Apostolico *credimus...* vitam aeternam[4] et in Nicaeno - Constantinopolitano *exspectamus...* vitam venturi saeculi[5], quae revera est finis ultimus supernaturalis.

714. b) *Terminis aequivalentibus* saepissime eandem docuit veritatem, docendo scilicet voluntatem Dei salvificam universalem, universalem redemptionem per Christum, elevationem totius humanitatis ad ordinem supematuralem, exsistentiam praedestinationis et reprobationis.

715. a) *Deus vult omnes homines salvos fieri et pro omnibus mortuus est.* «Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis et incarnatus est... crucifixus etiam pro nobis»[6]. Circa annum 475 undecim episcopi Galliarum epistolam ediderunt, in qua dicunt «anathema illi qui dixerit quod Christus non pro *omnibus* mortuus est, nec *omnes* homines salvos esse velit»[7]. Concilium Carisiacense I (853) docet quod «Deus omnipotens *omnes* homine *sine exceptione* vult salvos fieri», et quod *mullus* est, fuit vel erit homo pro quo passus non fuerit» Christus Iesus[8].

Innocentius X (31 maiii 1653) damnavit, uti falsam et haereticam, sequentem propositionem lansenii: «semipelagùnum est dicere Christum pro *omnibus omnino* hominibus mortuum esse aut sanguinem fundisse» [9].

716. Sacrae Litterae hoc dogma expresse tradunt: «Nunquid voluntatis meae est mors impii, dicit Dominus Deus, et non ut *convertatur* a viis suis, et *vivat?»* \ «quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, *revertimini et vivitef*[2]. «Dic ad eos: vivo ego, dicit Dominus Deus; nolo mortem impii, sed ut *convertatur* impius a via sua et *vivat. Convertimini, convertimini a viis vestris pessimis,* et quare moriemini, domus Israel?»[3].

«Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter nos, *nolens aliquos perire,* sed *omnes* ad paenitentiam *reverti»*[4]. Et ipse Christus Iesus de seipso dixit: «ego venit *ut vitam habeant* et abundantius habeant»[5].

Denique Paulus scribit: «obsecro igitur primum omnium fieri obsecreationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones *pro omnibus hominibus...;* hoc enim bonum est et acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui *vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire.* Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, qui *dedit redemptionem semetipsum pro omnibus»* [6], et propitiationem pro peccatis nostris, non solum autem nostris, sed etiam *pro totius mundi*[7], utpote qui *pro omnibus mortuus est*[8].

717. Constat autem quod idem est finis noster ultimus supernaturalis et finis quem Deus intendit volendo nostram salutem aeternam et redimendo nos a peccatis nostris in sanguine suo; neque enim nosmetipsi praefigimus nobis finem supematuralem, sed «Deus, ex infinita bonitate sua», ut docet Concilium Vaticanum [9]. Exsistit ergo finis ultimus superna-

I Cor., XV, 21-28.
[2] *Mit.,* XXV, 34.
[3] *Ibid.,* v. 46.
Denz., n.° 6.
[5] Denz., n.° 86.
Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum, Denz., n.° 86.
[7] Can 6, Mansi, *Collectio Amplissima Conciliorum,* t. VII,
[8] Denz., nn. 318-319.
Denz., n.° 1096.

Ezech., XVIII, 23.
[2] *Ibid.,* v. 32.
Ibid., XXXIII, ii.
II Petri, III, 9.
Joan., X, 10.
I Tim., II, 1-6.
Rom., III, 25; *I Joan.,* II, 2.
II Cor., V, 15.
Denz., n.° 1786.

turahs; secus voluntas Dei salvifica et operatio redemptrix Christi essent absque ullo fine.

718. β) Consequenter, *Deus elevavit omnes homines ad ordinem supernaturalem, quando primum hominem constituit in sanctitate et iusticia* \ sive hoc fuerit ab initio, una cum eius creatione, sive postea, ante lapsum tamen. Quod explicat Concilium Coloniense (i860) a Sancta Sede approbatum[1].

Et in Concilio Vaticano parabatur nova huius rei declaratio quae, in prima sui forma, sic se habet: «Deus, liberrimo infinitae bonitatis suae consilio, dignatus est creaturam suam donis coelestibus superadditis evehere ad perfectionem in ordine longe sublimiori qui, sicut omnes naturae vires, ita eius exigentiam excedit, atque ideo *ordo supematuralis* est. In hac enim supernatural! exaltatione *homo ordinatus est ad Deum intuitive videndum, amore hide visioni respondente amandum beateque possidendum* eo modo, qui est supra omnes vires naturales. Quapropter etiam dives in bonitate Deus hominem ornavit ea sanctitate, quae supra omnem naturae creatae exigentiam et supra quodvis meritum operum naturalium eum constitueret filium adoptionis et heredem Dei sanctificatoris» [3].

Ordo autem supematuralis non est intelligibilis absque aliquo ultimo fine supematurali, qui sit veluti supremum principium eius [4]. Ergo, eo ipso quod exsistit aliquis ordo supematuralis in homine elevato, exsistere debet aliquis ultimus finis eiusdem ordinis, scilicet supematuralis.

719. γ) *Idem etiam aequivalenter traditur in dogmate de praedestinatione et reprobatione hominum.*

Concilium Carisiacense I (853) docet: «Deus autem bonus et iustus elegit ex eadem massa perditionis secundum praescientiam suam quos per gratiam *praedestinavit* ad vitam, et *vitam* illis *praedestinavit aeternam;* ceteros autem, quos iustitiae iudicio in massa perditionis reliquit, perituros praesdvit, sed non ut perirent praedestinavit; poenam autem illis, quia iustus est, praedestinavit aeternam»[x].

Similiter Concilium Valentium III (855): «fidenter fatemur *praedestinationem electorum ad vitam* et praedestinationem impiorum ad mortem» [2].

Tridentinum etiam Concilium de arcano divinae praedestinationis mysterio saepe loquitur, quod exsistere supponit [3].

720. Sed illud aperte tradunt *Scripturae Sacrae:* «quos praescivit et *praedestinavit* conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus; quos autem *praedestinavit,* hos et vocavit; et quos vocavit, hos et iustificavit; quos autem iustificavit, illos et *glorificavit» 4.*

Et alibi: «elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in caritate; qui *praedestinavit* nos in adoptionem filiorum per lesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae»5; «in quo etiam et nos sorte vocati sumus *praedestinati* secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae»6.

721. Mirum ergo non est si *Patres* hoc dogma explicite praedicent. *(Praedestinationem* Dei nullus catholicus Christianus negat», ait S. Prosper[7]. Et S. Fulgentius addit: «firmissime tene et nullatenus dubites omnes, quos vasa misericordiae gratuita bonitate Deus facit, ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum Dei *praedestinatos* a Deo»[8].

Et pridem Augustinus scripserat: «hoc scio, neminem contra istam *praedestinationem,* quam secundum Scripturas Sanctas defendimus, nisi errando disputare»[9]. Quod repetit multis aliis locis.

1 Denz., nn. 192, 788, 1001-1007, 1021, 1024, 1035, 1516.
2 P. I, tit. 4, cap. 15, Mansi, Martin et Petit, t. 48, col 93-94
3 Cap. 16, Mansi, Martin et Petit, t. 50, col. 71.
4 Denz., nn. 1786 et 1796.

Denz., n.° 316.
Denz., n.° 322.
Denz., nn. 805, 825, 827.
Rom., VIII, 29-30.
Eph., I, 5.
Eph., I, n.
Responsio I ad obiect. Gallorum. ML. 51, 157.
8 *De Fide ad Petrum,* cap. 35, inter Opera S. Augustini. ML. 40, 775-776.
De dono perseverantiae, cap. I9> η·° 4^· ML. 45, 1023.

722. Constat autem quod praedestinatio est, proprie loquendo, ad vitam aeternam, quae est finis ultimus supernaturalis: et similiter reprobatio, quae praedestinationi opponitur, est negatio vel privatio vitae aeternae, quae maxime manifestatur in poena damni \ Ergo exsistentia praedestinationis et reprobationis aequivalenter continet exsistentiam alicuius ultimi finis supernaturalis obtinendi vel amittendi.

Patet igitur ex divina auctoritate exsistentia alicuius ultimi finis supernaturalis.

723. B) Idem etiam probat *ratio theologica.* Certum est in nobis dari aliquos actus humanos supematurales. *Ante iustificationem* quidem, ex gratia actuali, qui sunt actus *mm salutares,* disponentes ad ipsam iustificationem2; *post iustificationem* vero dantur actus humani perfecte salutares, scilicet *meritorii* vitae aeternae 3. Atqui omnis actus humanus est propter aliquem finem proportionatum, ut patet ex dictis articulo primo; finis autem proportionatus actibus supematuralibus est finis supernaturalis, ut constat ex terminis. Ergo actus humani supematurales sunt propter aliquem finem supernaturalem. Aut igitur talis finis supernaturalis non ordinatur ulterius in alium finem supernaturalem et tunc ipse est ultimus finis; aut in ulteriorem finem supematuralem ordinatur, et, cum non sit procedere in infinitum in finibus supernaturalibus per se ordinatis, necesse est admittere exsistentiam alicuius ultimi finis supernaturalis.

724. Et revera actus mere salutares immediate ordinantur ad iustificationem, quae ideo est eorum finis proximus: iustificatio autem, quae formaliter habetur per gratiam habitualem 4, immediate ordinatur ad actus meritorios, quia esse est propter operationem 5.* actus vero meritorii de condigno vitae aeternae ex se ordinantur ad vitam aeternam, quae esi ultimus finis supernaturalis G. Ergo omnes actus supematurales sunt immediate vel mediate, proxime vel remote, propter finem ultimum supernaturalem.

Unde et ipsum Concilium Tridentinum expresse docet *causam finalem,* hoc est, *ultimum et proprium finem iustificalionis esse gloriam Dei et Christi ac vitam aeternam* \

725. Ergo indubitanter exsistit aliquis ultimus finis supernaturalis totius humanae vitae. Qui finis est naturaliter posterior fine ultimo naturali eumque sibi naturaliter subordinat, cum gratia sit perfectior natura et finis eius. Unde ultimus finis simpliciter et sub omni respectu vitae humanae est finis ultimus supernaturalis.

lure igitur Caietanus scribit: «quoniam gratia praesupponit et perficit naturam, Deus ut finis naturalis est finis ultimus quasi in genere, et quasi subordinatur sibi ipsi ut finis est beatitudinis revelatae tanquam fini ultimo simpliciter» 2.

1 Denz. n.° 799.
2 *In I-II* 72, 6, n.° 9.

2 *Cone. Trident.,* Denz., nn. 797-798; 897-898.
3 *Ibid.,* Denz., nn. 809-810, 842.
Denz., nn. 799-800.
5 Denz.. nn. 803-809.
6 *Ibid.,* n.° 809.

PARS SECUNDA

DE NATURA SEU DE UNITATE ESSENTIALI ULTIMI FINIS SIMPLICITER TOTIUS HUMANAE VITAE IN GENERE

frf

726. Consequenter consideranda est *propria essentia vel natura ultimi* finis humanae vitae in communi, nam quaestio *quid* est immediate sequitur ad quaestionem *an est*[1].

Et quia duplex erat genus agentium propter finem, scilicet agens per intellectum, ut est homo, et agens per naturam, ut sunt cetera agentia inferiora, ut patet ex dictis (art. 1 et 2), quorum utriusque datur aliquis ultimus finis proportionatus (art. 4), necesse est investigare essentiam ultimi finis tum hominis seu agentis per intellectum, tum etiam ceterarum creaturarum quae agunt per naturam.

Et hoc est quod S. Thomas facit in hac secunda parte quaestionis; nam primo considerat naturam ultimi finis *hominis* (art. 5-7); deinde naturam finis ultimi *ceterarum creaturarum,* quae agunt per naturam (art. 8). Neque tamen naturam ultimi finis aliarum creaturarum inferiorum considerat per se, sed in ordine ad naturam finis ultimi humanae vitae melius illustrandam, quam directe et per se investigat; sicut et factum agendi propter aliquem finem in illis consideravit (art. 2), ut melius ostenderet proprium modum agendi propter finem qui competit homini (art. 1). Adest ergo parallelismus quidam inter articulos 5-7 et articulum 1 ex una parte, et inter articulum 8 et articulum 2 ex alia parte, tum in re tum in modo et ordine considerandi.

727. Iam vero natura vel essentia ultimi finis simpliciter, per contrapositionem ad naturam finium proximorum aut intermediorum, qui sunt aut possunt esse *plures,* est eius *unitas,* quae est quasi primum praedicatum quidditativum ultimi finis simpliciter ut primo et per se distinguitur a ceteris finibus qui non sunt ultimi. Quia enim fines non ultimi non

1 I, 2, 2 ad 2.

sunt fines per se sufficientes et adaequati toti virtuti agentis, necesse est eos esse *plures;* at finis ultimus simpliciter, cum essentialiter sit per se sufficiens et adaequatus agenti secundum totum sui, necessario debet esse *unus*[1].

728. Profunde igitur S. Doctor *differentiam quasi specificam* ultimi finis simpliciter, qua primo in seipso constituitur et ab aliis distinguitur, reduxit ad *unitatem* eius, in qua veluti incarnatur primo; nam unitas est qua formaliter essentia est indivisa seu indistincta in se et divisa seu distincta a quolibet alio.

729. Quae cum ita sint, unitatem, quasi essentiam ultimi simpliciter, inquirens, eam primo investigat in homine (art. 5-7), deinde in ceteris creaturis inferioribus (art. 8), an scilicet ultimus finis ceterarum creaturarum, qui in suo ordine debet esse unus, sit idem vel diversus ab ultimo fine creaturae rationalis seu hominis.

730. Quantum vero ad ipsam unitatem finis ultimi simpliciter agentis per intellectum, S. Thomas ordine quodam procedit a maiori et clariori unitate ad minorem et minus claram. Quia enim finis respondet agenti, quanto agens est magis unum, tanto etiam finis eius maiori et evidentiori unitate gaudere debet. Constat autem quod maior est unitas unius hominis individui agentis quam omnium hominum ut homines sunt; quia unitas unius hominis non solum est specifica, sed et numerica, quae maxima unitas est, dum unitas omnium hominum est solum specifica[2]. Unde S. Doctor considerat unitatem ultimi finis simpliciter humanae vitae, primo quidem respectu unius hominis *individui* (art. 5-6); et postea respectu omnium hominum, quasi totius *speciei* seu totius humanitatis (art. 7).

731. Denique, etiam respectu unius hominis individui, unitas ultimi finis potest dupliciter considerari: uno modo, in ordine *intentionis;* alio modo, in ordine *executionis.* Nam iste duplex ordo datur in actibus humanis, et respectu utriusque ostendimus articulo praecedenti exsistentiam alicuius

ultimi finis. Ergo necessarium est considerare *unitatem* ultimi finis simpliciter, etiam *unius* hominis individui agentis, tum in ordine intentionis tum in ordine executionis.

732. Quod et fecit S. Thomas, considerans in primis unitatem ultimi finis unius hominis agentis in ordine *intentionis* (art. 5). et postea in ordine *executionis* (art. 6). Et quidem merito; nam ordo intentionis est naturaliter prior ordine executionis et ratio eius.

Profunde igitur et ordinatissime processit S. Doctor in hac secunda parte quaestiones.

1 *I Ethic,* lect. 9, nn. 105-106.
2 *V Metaph.,* lect. 8, nn. 876-880.

CAPUT PRIMUM

DE UNITATE FINIS ULTIMI SIMPLICITER TOTIUS HUMANAE VITAE UNIUS EIUSDEMQUE HOMINIS

Art. 5.— Utrum unius ho inis possint esse plures ultimi fines

733· Ut paulo supra dictum est (n.° 730), in hoc et sequenti articulo agitur de unitate ultimi finis simpliciter humanae vitae respectu unius hominis operantis. Diversa tamen ratione; nam in hoc articulo agitur de unitate finis ultimi *in ordine intentionis* seu *in affectu,* ut patet ex toto tenore Litterae, nam de ultimo fine simpliciter ait S. Doctor quod «hominis *affectui* dominatur» 1 et quod hominis voluntas non potest plures ultimos fines ad invicem non ordinatos simul *velle,* hoc est, *appetere* vel *intendere;* ter enim repetit *velle,* scilicet initio et fine corporis articuli ac in responsione ad tertium; quater, *appetere,* in prima ratione; ac ter, *intendere,* nempe bis in corpore articuli et semel in responsione ad tertium; — in sequenti vero articulo fit sermo de eadem unitate ultimi finis in *ordine executions* seu *in effectu,* ut attente legenti Litteram apparet, nam ibi agitur de secundis appetibilibus, hoc est, de mediis, ordinandis ad primum appetibile quod est ultimus finis (corp, art.), et de operationibus humanis ad eundem finem ordinandis (resp. ad obiecta): haec autem manifeste spectant ad ordinem executionis,

1 *Hic,* **sed contra.**

qui est ordo eorum quae sunt ad finem seu mediorum ut media sunt, iuxta definitionem ipsius S. Thomae datam in articulo quarto.

734. Quia vero ultimus finis humanae vitae potest esse duplicis ordinis, scilicet ordinis naturalis et ordinis supernaturalis, ut ex hucusque dictis patet, consequenter oportet considerare unitatem ultimi finis in utroque ordine, incipiendo ab unitate finis ultimi naturalis, quae est veluti praeambulum quoddam ad articulum fidei de unitate ultimi finis supernaturalis.

ULTRUM UNIUS HOMINIS POSSINT ESSE PLURES ULTIMI FINES NATURALES

A. *Praenotanda*

Sensus et status quaestionis

735. Termini quaestionis accurate sunt explicandi.

Agitur ergo, primo de *uno* homine, non de pluribus vel de omnibus, de quibus erit sermo ex professo in articulo septimo; et quidem oportet sumere hanc *unitatem* hominis *formaliter,* hoc est, *reduplicative ut volens una eademque volitione,* et non mere materialiter seu specificative pro sola unitate suppositi volentis, quae salvatur eadem sub infinita diversitate volitionum.

736. Dicitur secundo: *possint* esse, non solum potentia quasi *obiectiva* ex parte ipsius *volitionis* ut est opus quoddam, sed etiam potentia quasi *subiectiva* ex parte *volentis;* cui duplici potentiae respondet duplex finis, scilicet finis *operti* et finis *operantis.*

Et quidem agitur de potentia *absoluta vel completa,* quae respondet voluntati absolutae et formatae, non voluntati conditionatae seu hypotheticae. Propter quod dicitur: possint *esse,* hoc est, perfecte et formate *in effectu* seu *in ipso velle vel intentione* hominis volentis; nam *esse,* cum sit ultimus actus, non potest esse imperfectum neque informe. Finis

autem non *est,* proprie loquendo, in voluntate agentis, nisi quando perfecte *informat* voluntatem, vi cuius informationis voluntas perfecte et absolute vult. *Velleitas* enim est actus quidam inchoatus et informis, ad modum simplicis apprehensionis vel suspicionis ex parte intellectus [2]: e *contra, voluntas* seu *velle absolutum* se habet ad facultatem volitivam sicut iudicium absolutum et evidens se habet ad intellectum. Haec autem voluntas absoluta dicitur etiam voluntas *efficax, affective,* quantum est de se; nam voluntas efficax *effective* pertinet ad ordinem *executionis.*

737. Additur tertio: *plures fines,* per contrapositionem ad unitatem numericam volitionis absolutae et efficacis effective; saltem ergo *duo* fines, nam «ad verificandum numerum pluralem sufficiunt duo», ut ironice ait Caietanus in sua responsione ad censuram *plurium* theologorum parisiensium contra eius commentaria in Scripturas[2]. Et quidem *simul,* non successive unus post alium; nam *simultas,* cum unitatem quandam cum pluritate significet, directe afficit plures fines, connotando tamen unam volitionem et imum instans volendi. *Simul* enim quandoque, et quidem propriissime, sumitur secundum tempus; quandoque vero secundum locum; et utrobique significat pluralitatem cum unitate, nempe pluralitatem corporum in eodem loco vel pluralitatem moventium aut motuum in eodem tempore [3].

Hic autem sumitur pro simultate *secundum tempus,* tam ex parte moventium, quatenus plures fines simul movent voluntatem; quam ex parte motuum, quatenus voluntas simul tempore movetur a pluribus finibus. Moventia enim et mota sunt ad invicem proportionata.

738. Quarto, dicitur: *ultimi fines,* non quidem ultimi secundum quid, sed ultimi *simpliciter,* prout in articulo praecedenti conclusum est; de fine enim ultimo simpliciter totius humanae vitae agitur in tota quaestione praesenti.

739. Fines autem ultimi simpliciter intelliguntur fines

Vide II-II, 2, 1.

Comment, in Script., edit. Lugduni, 1639, t. V, p. 469.

[3] *In V Physic.,* lect. 5, n.° 2.

totales et *adaequati. Totales* quidem, ita ut unus non sit pars alterius finis perfectioris neque subiectiva neque integralis neque potentialis, et prout involvit in se tum finem *qui,* tum finem *quo,* hoc est, finem ultimum ut possidendum, licet maxime includat finem *qui.* Et in hoc eodem sensu, prout finis *qui* dicit non solum *rationem* finis, sed etiam *rem* quae est finis vel cui convenit ratio finis.

Adaequati etiam, quatenus unus non *subordinatin'* alteri, neque duo uni tertio *coordinentur,* sed unusquisque sit omnino autonomus et independens et sibi plene sufficiens.

Quaestio ergo est *utrum voluntas unius hominis possit, uno solo actu absoluto volendi, simul ferri in plura sicut in ultimos fines simpliciter, totales et adaequatos; vel e contra, solum ferri possit in unum.*

Quaestionis resolutio

740. CONCLUSIO: *impossibile est quod voluntas unius hominis uno actu absoluto volendi, simul velit plures fines simpliciter ultimos, totales et adaequatos.*

Probatur duplici genere argumentorum, nempe argumento *metaphysico,* ex doctrina metaphysica causarum; et argumento *psychologico,* ex ipsamat natura actus voluntatis absoluti et finis ultimi simpliciter humanae vitae.

741. A) *Argumentum metaphysicum.* Impossibile est eundem numero effectum simul procedere a pluribus causis totalibus et adaequatis eiusdem generis eiusdemque ordinis. Atqui, si voluntas unius hominis eodem actu absoluto volendi simul appeteret plures fines ultimos simpliciter, totales et adaequatos, idem numero effectus simul procederet a pluribus causis totalibus et adaequatis eiusdem generis eiusdemque ordinis. Ergo impossibile est quod voluntas unius hominis uno eodemque actu absoluto volendi simul appetat plures fines simpliciter ultimos, totales et adaequatos.

742. *Maior* est axioma metaphysicum, quod valet pro omni genere causarum. «Hoc enim est *impossibile,* ait S. Thomas, quod eiusdem secundum idem genus sint multae causae per se eodem ordine; licet possint esse plures causae hoc modo, quod una sit proxima, alia remota; vel ita quod neutrum sit causa sufficiens [= completa seu totalis], sed utrumque coniunctim, sicut patet in multis qui trahunt navim» 1.

Et alibi: «*impossibile* est quod duae causae completae sint immediatae unius et eiusdem rei, *quod patet in omni genere causarum*»2.

In genere causae *efficientis:* «*impossibile* est idem secundum idem pati et moveri a diversis agentibus vel moventibus, si utrumque sit *perfectae virtutis* ad inducendum effectum illum»3; «non potest idem effectus secundum speciem esse a diversis agentibus *immediatis,* habentibus operationes determinatas ad determinatos effectus, sicut ab arte et natura» 4; non potest unus effectus a pluribus causis *immediate* procedere» 5; «respectu eiusdem operationis non potest esse duplex causa *proxima eodem modo*»6. Pariter S. Albertus Magnus: «unus effectus non efficitur a duabus causis *aeque proximis* nisi altera sit imperfecta» seu inadaequata 7.

In genere causae *finalis:* «idem actus numero, secundum quod semel egreditur ab agente, non ordinatur nisi ad unum finem *proximum,* a quo habet speciem» 8.

In genere causae *formalis:* «*impossibile* est unius et eiusdem rei esse plures formas substantiales» 9.

In genere causae *materialis:* «*impossibile* est idem subiectum perfici simul pluribus formis unius generis et diversarum specierum, sicut impossibile est quod idem corpus se-

In V Metaph., lect. *2,* n.° 773.
L 52, 3·
I *Sent.,* dist. 37, 3, 3.
4 *II Sent.,* dist. 1, 1, 4 ad 3.
5 *De Potentia,* 3, 16 ad 8.
I Sent., dist, 37, 1, 1 ad 4. [Cf. I, 105, 5 ad 2; I-II, 9, 3» obi. 3.]
IV Sent., d. 8, a. 12 c., t. 29, P- 209 b. [Cf. I *Priorum Analyt.* tract. 5 c. 4, ed. Borgnet, t. 1, p. 618 a; *In Caelestem hierarchiam,* c. 1, § 2, dub. 4 ad *Sed contra.]*
I-II, i, 3 ad 3. [Cf. *De Malo,* 8, 1 ad. 4; *De Verit., 13,* 5·]
De Pot., 3, 9 ad 9.

cundum idem simul coloretur diversis coloribus vel figuretur diversis figuris»

743. Ubi notandi sunt termini formales praedicti axiomatis. Intelligitur enim de pluribus causis *eiusdem generis,* non diversorum generum; sunt enim quatuor genera causarum, scilicet efficiens, formalis, materialis et finalis, quae simul concurrunt, unaquaeque suo modo, ad causandum eundem effectum, ut experientia patet; modo vero loquimur de pluribus causis *eiusdem generis,* nempe de pluribus causis efficientibus vel formalibus vel materialibus vel finalibus.

744. Et quidem istae causae eiusdem generis debent esse quoque *eiusdem ordinis,* hoc est, aequalis habitudinis ad effectum. Ut enim scite animadvertit Ferrariensis, «inter causas eiusdem generis, quaedam sunt *eiusdem ordinis,* et quaedam *diversorum ordinum.* Causae *eiusdem ordinis* dicuntur quae *habent eandem comparationem ad effectum secundum propinquitatem et distantiam;* nam illae causae, quarum quaelibet est causa proxima effectui aut quaelibet est causa eodem modo remota, dicuntur eiusdem ordinis; illae vero dicuntur *diversorum ordinum,* quarum una est causa proxima et altera causa remota»[1].

745. Rursus, causae eiusdem generis eiusdemque ordinis oportet quod sint *totales et adaequatae;* «quia causarum eiusdem ordinis quaedam sunt totales, quaedam partiales. Causa *totalis,* dicitur, quae per se solam in suo ordine producit effectum; causa vero *partialis* est, quae non per se solam, sed cum alio, producit effectum, sicut si plures simul trahant navim, unusquisque illorum est causa partialis» [3].

746. Differentiam inter causam totalem et causam adaequatam eiusdem generis eiusdemque ordinis assignat Joannes a S. Thoma [4], his verbis: «dicuntur causae *totales,* quando

1 I, 85, 4. [Cf. III *Sent.,* d. 33, 1, 1, la rg. 2 sed contra, n.° 10; 2, 4, arg. sed contra, n.0 55; *De pnnapio individuationis,* t. I, p. 257].

2 *In II Physic.,* q. 4, edit. Venetiis, 1619, p. 96, coi. 2.

3 Ferrariensis, *ibid.*

4 Quem transcribunt in hac re Complutenses, O. P, *in VIII libros Physicorum,* q.13,n.· 2, edit Compluti, 1751, p. 497; et, more suo, Jos. Gredt, O. S. B„ *Elementa Plulos.,* η.» 77S, edit. 4, i926, t. n, pp. I75.I76.

habent totam et sufficientem *virtutem,* quasi *in actu primo;* dicuntur *adaequatae,* quando *in actu secundo* et non solum in actu primo ad totum effectum producendum *se adaequant* et applicant: nam, si plures causae, de se quidem sufficientes ad totum effectum producendum, *de facto* uniantur quasi partialiter ad aliquem effectum producendum, erunt quidem ?ausae totales *in actu primo,* sed non adaequantes se effectui *in acui secundo»*[1].

Secundum hoc ergo differentia inter causam totalem et ausam adaequatam esset ex parte applicationis seu exercitii •antum, non ex parte sui. Unde causa *totalis* habet totam et .Oinpietam virtutem producendi totum effectum, at eam nondum applicat seu exercet; e contra, causa *adaequata* :otam suam virtutem applicat vel exercet ad totum effectum producendum.

747. Haud scio an haec explicatio sit ad rem. Loquimur enim hic de dependentia reali et actuali effectus a causa. Constat autem quod effectus non dependet realiter et effective a causa in actu primo tantum, sed a causa in actu 'secundo; nam quandiu causa est in actu primo tantum, nonIdum realiter causât et consequenter nondum realiter exsistit effectus, neque ideo realiter dependet a causa. Et ita inutiliter adiiceretur axiomati causa *totalis,* sed sufficeret ponere causam *adaequatam.*

Potius ergo videtur esse repetitio eiusdem rei diversis nominibus ad eam fortius inculcandam, sicut in aliis constructionibus pleonasticis.

748. S. Thomas loquitur tantum de causa *perfecta*[2] seu *completa*[3], quam identificat cum causa *sufficienti*[4]. Et licet non adhibeat formulas: causa *totalis,* causa *adaequata,* manifeste pro eodem sumit tum cum formula praecedenti, tum

1 *Cursus Philosophicus, Philosophia Natur.,* I P., q. 10, art. 5, edit, t II, p. 213.

1 */ Sent.,* dist. 37, 3, 3.

' I, 52, 3-

4 *De Verit., 22,* 8; I, 105, 4; 106, 2; *V Metaph.,* lect, 2, n.° 773, et ahbi ^ssim.

inter se. Nam causam *insufficientem* appellat *aliqualem*[1] seu imperfectam[2] vel etiam *partem causae*[3], hoc est, causam *partialem* habentem tantum *partem* virtutis ad *totum* effectum producendum [4]; e contra, causa sufficiens vel completa habet *totam* virtutem ad *totum* effectum causandum [5], et ideo appellari potest et debet causa *totalis*. Et explicat eam dicens quod est illa cuius virtus activa *excedit vel saltem adaequat* virtutem passivam rei producendae: «non enim *sufficienter* aliquid potest movere aliquod mobile, nisi virtus activa moventis *excedat* vel saltem *adaequet* virtutem passivam mobilis»[6]; «est autem aliquid alterius causa dupliciter: uno modo, *perfecte,* necessitatem inducendo, et hoc contingit quando effectus totaliter subditur potestati causae; alio vero modo, *imperfecte,* solum disponendo, quando scilicet effectus *non* subditur *totaliter* potestati causae»[7].

Ergo apud S. Thomam idem sunt causa *perfecta, completa, sufficiens, totalis et adaequata (vel excedens);* et similiter causa *imperfecta, incompleta, insufficiens, partialis et inadaequata.*

749. Et eodem modo locuti sunt priores thomistae. Pro Capreolo idem est causa *totalis* et causa *per se sufficiens;* unde et loquitur de causis *totalibus per se sufficientibus* [8]; pro Soncinate idem sonant causa perfecta et causa per se sufficiens, causa totalis et causa sufficiens; unde et phrasim habet; causa totalis *sive* sufficiens [9]; apud Ferrariensem idem valent causa totalis et causa adaequata: «plures angelos esse simul *totaliter et adaequate* in pluribus locis, hoc est, quod unum et eundem numero effectum simul in eodem loco producant tanquam immediatae *causae* et *totales* ipsius, est simpliciter

1 ,106, 2.
2 *De Vent.,* 22, 8.
3 *V Metaph.,* lect. 3, n.° 793, una cum n.° 779.
Contra errores Graecorum, lib. I, cap 23
8 *Ibid.*
I, 105, 4·
II-II, 83, I.
8 *IV Sent.,* dist. 43, q. I, art. 3, ad 1 arg. *Scotti contra* I concl., edit Pabar-Pègues. Turonibus, 1908, t. VII, p. I5 b
β *V Metaph.,* q. 6, edit. Venetiis, 1588, pp.' 58-59.

impossibile, apud D. Thomam et apud Aristotelem» et paulo post loquitur de solis causis *totalibus,* neglecto alio verbo; Caietanus causam completam S. Thomae interpretatur: causam *totalem seu perfectam* 2, et ipse loquitur simpliciter de causis *totalibus* 3 et de causis *completis et totalibus* 4, quasi de causis sufficientibus.

Distinguit tamen Caietanus inter causam sufficientem in suo ordine et causam simpliciter sufficientem, quam vocat causam *adaequatam* seu omnino propriam quasi per se primo[5].

750. Et vere in hoc sensu posset distingui, cum fundamento in re, inter causam mere totalem, et causam totalem-adaequatam seu per adaequationem, quatenus causa *mere totalis* est causa totius effectus, abstrahendo a remota vel proxima, mediata vel immediata; dum causa *totalis-adaequata seu per adaequationem* necessario dicit causam propriam et immediatam totius effectus, cuius est per se primo causa, hoc est, secundum quod ipsa. Eo fere modo quo antiqui peripatetici distinguebant inter universale —quod significat *totum* quoddam— mere prioristicum seu dialecticum et universale posterioristicum seu demonstrativum, quod «dicitur universale secundun quandam *adaptationem vel adaequationem* praedicati ad subiectum, cum scilicet neque praedicatum invenitur extra subiectum, neque subiectum sine praedicato», ita ut praedicatum conveniat subiecto «per se, secundum quod ipsum subiectum est»[6]. Quo in sensu loquitur S. Doctor in *II Contra Gent.,* cap. 15, ubi ait quod «impossibile est aliquod unum duobus convenire et utrique secundum quod ipsum».

751. Sed in subiecta materia, in qua loquimur de causis eiusdem generis *eiusdemque ordinis,* haec distinctio locum non habet. Unde melius est hanc formulam accipere in sensu

1 *III Contra Gent.,* cap. 68, n.° XVI, 2.
In I, 52, 3·
In III, 67, 6, n.° 18.
In I, i, 7, n.° 10.
Ibid.
IPost., lect., ii, nn. 2-3.

antiquorum thomistarum et ipsius S. Thomae, hoc est, per modum pleonasmi cuiusdam.

752. Sic autem intellecta *Aiaiori,* eius veritas est per se nota, sive ipsam consideremus ex parte causarum, sive ex parte effectus.

Ex parte quidem causarum; nam plures causae totales et adaequatae actu operantes, plures numero actiones totales et adaquatas actu exercent. Atqui causae totali et adaequatae actualiter operandi necessario respondet effectus in actu, sicut actioni actualiter positae necessario respondet passio in actu, cum sint ad invicem relativae, et relativa sunt simul esse et cognitione in quantum huiusmodi. Ergo pluribus actionibus totalibus et adaequatis numero distinctis necessario respondere debent plures passiones vel effectus totales et adaequati distincti numero, et consequenter destrueretur unitas numerica effectus totalis, quae supponebatur.

Sicut enim non datur effectus in actu sine causa in actu, ita non datur causa in actu secundo sine effectu in actu secundo. Sicut autem se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet tale ad tale. Ergo pluribus causis totalibus et adaequatis numero distinctis et actu operantibus actionibus numero distinctis, necessario respondere debent plures effectus totales numero etiam distincti. Et hoc negare vel in dubium vertere est negare vel dubitare de ipso principio causalitatis. Unde S. Thomas scribit: «non potest esse idem homo numero, si ab alio patre vel ab alia matre nascatur» x; «impossibile est eundem filium nasci sive sit alius pater sive sit alia mater; sicut etiam non est idem numero sigillum sive sit alia cera sive sit aliud corpus sigilli, ex cuius impressione cera sigillatur» 1.

753. *Ex parte etiam effectus;* quia in tantum aliquid producitur in quantum est in potentia, sicut in tantum aliquid producit in quantum est in actu. Atqui totus effectus productus ab una causa totali et adaequata et immediata non est amplius in potentia secundum rationem productibilitatis; nam

1 *Quodlib.* 3, art. 25, ad arg. *sed contra.*
' *Quodlib. s,* art, 8.

si in hoc ordine esset adhuc in potentia, non totus esset productus a causa totali et adaequata, quod est contradictio in adiecto; totalis enim causa dicitur ex eo quod producit totum effectum. Ergo non est amplius productibilis ab alia causa eiusdem generis eiusdemque ordinis; et sic illa alia causa nihil causaret, nam causa non potest facere effectum qui non potest fieri, secundum illud S. Thomae: «quod impossibile est fieri, impossibile est facere»x.

lure igitur S. Doctor scribit: «ab agente perfecto [seu natali] patiens ducitur in actum perfectum [seu totalem]; quo habito, *non remanet in potentia ad suscipiendum aliquid plus»,* eo quod extra totum nihil est2. Est autem contradictio in terminis dicere quod causa aliqua totalis et adaequata actu tausans causet nihil; nihil enim causare est non-causare, sicut nihil esse est non-esse.

754. *Minor* quoque patet ex terminis. Nam plures *fines* sunt plures causae *eiusdem generis,* nempe generis causalitatis finalis; — plures fines *simpliciter ultimi* sunt plures causae -pusdem *ordinis* intra idem genus causae, quia sunt *eiusdem habitudinis* ad effectum, cum tam ultimus sit unus sicut aller, neque alter est altero minus ultimus; — plures fines *totales et adaequati* sunt plures causae *totales et adaequatae* ieiusdem generis eiusdemque ordinis, ut patet ex terminis.

Aliunde vero esset *idem numero effectus simul ab eis causatus,* quia est idem numero actus volendi *absolutus et completus* unius numero voluntatis unius numero hominis; n constat ex articulo primo et ex articulo quarto quod actus voluntatis causatur quidem efficienter a voluntate, sed finaliter causatur a fine, et quidem immediate immediatione virtutis a fine ultimo simpliciter, qui est causa prima causalitatis causae efficientis actus voluntatis.

Quod si actus voluntatis esset inefficax affective, hoc est, completus et hypotheticus, qui dicitur *velleitas,* talis actus oon est effectus alicuius causae totalis simpliciter operantis, aim sit potius inchoatio quaedam actus quam actus simplici-

1 *III Contra Gent.,* cap. *2,* arg. 3.
' *I Sent.,* dist. 37, 3, 3.

ter; et ideo nondum esset actus humanus plene et perfecte dictus. Non possumus ergo loqui de tali actu, quin eo ipso simus extra quaestionem de fine ultimo humanae *vitae,* hoc est, humanae *actionis* propriae dictae, ut in articulo primo definitum est. Unde dicere quod voluntas potest simul efficaciter et absolute appetere unum finem ultimum et alium inefficaciter et hypothetice, est exire a quaestione; quia neque finis ultimus exercet totam suam virtutem in voluntatem inefficacem, neque voluntas inefficax est totus effectus finis ultimi.

Stat ergo quod humana voluntas non potest simul efficaciter et absolute ferri in plura sicut in ultimos fines simpliciter, totales et adaequatos.

755. B) *Argumenta psychologica* sunt tria quae proponuntur a S. Thoma in corpore huius articuli; de quibus dicit Ioannes a S. Thoma quod *«difficilis valde* est *efficacia et explicatio»* *. Et vere iste praeclarus theologus multis involvitur difficultatibus et anxietatibus in illis exponendis. Qua de causa, quidam posteriores, ut Gonet et Billuart, qui Ioannem sequi solent, abstinent ab omnibus istis rationibus proponendis, una vel altera contenti, ac si non possent diffiultates Ioannis superare.

Pace tamen tantorum virorum dixerim has rationes S. Doctoris non esse adeo difficiles, si dilegenter in suo contextu considerentur.

756. Natura finis ultimi est, in suo ordine, proportionalis naturae finis proximi; ambo enim fines cadunt sub communi notione analoga finis ut sic. Quae ergo S. Thomas probavit de natura et ratione finis proximi in tribus primis articulis, proportionaliter applicat fini ultimo simpliciter, salvatis utriusque differentiis.

757. Et vere, tres istae rationes S. Thomae correspondent, et in re, et in ordinatione, tribus primis articulis, ut patet diligenter intuenti. *Prima* enim ratio procedit ex ipsa ratione formali *finis* ultimi simpliciter, sicut ratio primi articuli procedebat ex ratione formali *finis* proximi; *secunda* procedit ex ratione formali *appetitionis* finis ultimi simpliciter, quae est appetitio maxime voluntaria et *naturalis* voluntati, sicut ratio secundi articuli procedebat de agente *per naturam* propter finem; denique, *tertia* ratio procedit *ex effectu quasi formali* ultimi finis simpliciter in actus voluntatis, sicut ratio tertii articuli sumebatur *ex effectu quasi formali* finis proximi in actus singulares eius. Quo fit, ut hae rationes non plus difficultatis habeant quam rationes trium priorum articulorum; immo, articulis illis sane perspectis, istae rationes facillimae evadunt.

Ubi apparet ars mirabilis S. Doctoris, qui non quaerit rationes demonstrativas a longe petitas, sed ex propriis naturis rerum. Et ita tres priores articuli, sicut exigunt exsistentiam alicuius ultimi finis simpliciter totius humanae vitae, ita exigunt et explicant proportionaliter essentiam eius, ut ex dicendis constabit.

758. a) *Argumentum primum: ex ipsa ratione obiectiva et formali finis ultimi simpliciter.* Impossibile est voluntatem feni extra rationem formalem sui obiecti. Atqui unus finis simpliciter ultimus totalis et adaequatus continet totam rationem formalem obiecti voluntatis. Ergo impossibile est voluntatem appetentem aliquod bonum veluti ultimum finem simpliciter totalem et adaequatum, simul ferri in aliud bonum quasi in finem ultimum simpliciter totalem et adaequatum. Est igitur impossibile voluntatem imius hominis simul ferri eodem impetu in plura bona disparata quasi in totidem ultimos fines simpliciter totales et adaequatos.

759. *Maior* est per se nota. Nam unaquaeque facultas specificatur a ratione formali sui obiecti. Exire ergo a tali ratione est exire a proprio specificativo, atque ideo exuere propriam speciem vel naturam, quod est manifeste impossibile.

760. *Minor* vero patet ex ipsa ratione formali ultimi finis simpliciter totalis et adaequati. Ut enim constat ex dictis articulo primo, proprium obiectum voluntatis est bonum a propria ratione apprehensum. Bonum autem adaequate et immediate dividitur in finem et media, quorum finis est

* *Hoc loco,* disp. I. art. 5, n.° 6. edit, cit, p. 44 a.

obiectum formale, hoc est, motivum et primo terminativum, dum media sunt obiectum mere materiale, idest pure terminativum. Ratio ergo appetendi media est finis; sed ipse finis, ut finis, est per se appetibilis. Voluntas igitur nihil potest appetere extra rationem finis, quae est ratio formalis sui obiecti. Et hac ratione probatum est articulo primo voluntatem semper agere propter aliquem finem.

761. Jam vero finis ultimus simpliciter totalis et adaequatus continet in se *totam rationem finis,* cum se habeat ad omnes fines intermedios et proximos sicut finis proximus se habet ad pura media. Eo enim ipso quod est *ultimus simpliciter* non habet alium finem ulteriorem se, quae sit ratio appetendi ipsum; sed ipse est per se primo et immediate appetibilis propter se; eo autem quod est *totalis et adaequatus,* continet *totam* rationem formalem proprii obiecti voluntatis, cum contineat *totam* rationem boni et finis. Ergo, per definitionem, nihil extra ipsum est appetibile, quia extra totum nihil est; et omnia, quae sunt quocumque modo appetibilia, sunt intra ipsum. Quo in sensu S. Thomas profunde dixit: «in ordine eorum quae sunt ad finem *omnia intermedia sunt finis et ad finem»* x. Stat igitur *Minor,* quod scilicet unus finis simpliciter ultimus totalis et adaequatus humanae vitae continet totam rationem formalem obiecti voluntatis.

762. Neque est necesse quod *obiective et in veritate* sit ultimus finis simpliciter id quod, ut tale, appetimus; sed sat est quod *ab intellectu practica iudicetur ut tale,* et ut tale voluntati exhibeat ad appetendum. At necesse est quod intellectus apprehendat illud sicut habens in se totam rationem finis seu obiecti voluntatis; haec enim est ratio formalis obiectiva ultimi finis simpliciter, sine qua nullum bonum apprehensum potest repraesentari voluntati ut ultimus finis. Stante igitur hoc iudicio practice intellectus, impossibile est quod voluntas in aliud feratur extra tale obiectum sicut in ultimum finem.

763. Neque intellectus practicus potest duo bona simul concipere et iudicare veluti ultimos fines simpliciter totales

1 *De Verity* 5, 4 c.

et adaequatos, quia simul et sub eodem respectu eos conciperet et iudicaret ut ultimos et non-ultimos, ut totales et adaequatos et ut non-totales et non-adaequatos, cum necessario deberet illos concipere ut *distinctos* et unum *extra* alium, quod est contra ipsam rationem formalem seu definitionem *totius.*

Apparet ergo tam evidens esse voluntatem unius hominis non posse ferri simul in plures ultimos fines totales et adaequatos, sicut evidens est voluntatem humanam non posse velle aliquid quod non sit propter aliquem finem.

764. b) *Argumentum secundum: ex propria ratione formali appetitionis ultimi finis simpliciter.* Appetitio finis ultimi simplicitier totius humanae vitae est prima et naturalissima operatio voluntatis. Atqui prima et naturalissima operatio voluntatis unius hominis est ad unum numero finem. Ergo appetitio finis ultimi simpliciter totius humanae vitae elicita a voluntate unius hominis, est unius numero finis ultimi tantum. Non ergo voluntas unius hominis potest simul ferri in plures fines simpliciter totales et adaequatos.

765. *Maior* constat ex analogia inter voluntatem et intellectum hominis. Ita enim se habet ultimus finis simpliciter totius humanae vitae ad voluntatem, sicut se habet primum principium simpliciter cognitionis ad intellectum; nam, ut saepius dictum est, ita se habet finis in agibilibus sicut prindpium in speculabilibus: ultimus autem finis simpliciter totius humanae vitae habet rationem primae causae finalis simpliciter in ordine agibilium humanorum, ut patet ex dictis articulo praecedenti. Atqui cognitio primi principii simpliciter totius humanae speculationis, est prima et naturalissima operatio perfecta humani intellectus, quia est primum indicium intellectus speculativi, quod est perfecta operatio intellectus; et naturaliter fit, absque ulla dubitatione et discursu A

Propter quod S. Thomas, post Aristotelem, inter diversas conditiones primi principii cognitionis, ponit quod «non acquiratur per demonstrationem vel alio simili modo, sed

1 I-II, 94, 2 et 3.

adveniat quasi per naturam habenti ipsum, quasi ut *natura-hier* cognoscatur et non per acquisitionem; ex ipso enim lumine *naturali* intellectus agentis prima principia fiunt cognita, nec acquiruntur per ratiocinationes, sed solum per hoc quod eorum termini innotescunt» termini autem principii contradictionis, quod est primum principium simpliciter cognitionis, sunt omnibus hominibus ratione utentibus naturaliter noti, cum sint ens et non ens; ens vero est illud quod primo cadit in apprehensione intellectus[2]. Ergo similiter appetitio ultimi finis simpliciter totius humanae vitae debet esse prima et naturalissima operatio perfecta voluntatis.

766. Et ratio ultima huius est, quia primum principium cognitionis est *obtectum formale* intellectus; nam obiectum formale intellectus est *verum,* quod primo *formaliter* continetur in primo iudicio eius, quod est primum principium; ad obiectum autem *formale* unaquaeque potentia primo et naturalissime ordinatur, cum per illud specificetur, ideoque propiam speciem vel naturam habeat.

767. Et similiter ultimus finis simpliciter totius humanae vitae, quod est bonum simpliciter hominis, est obiectum formale voluntatis; obiectum enim formale voluntatis est *bonum,* quod primo et *formaliter* continetur in ultimo fine simpliciter. Ipsa ergo natura voluntatis est essentialiter et naturaliter ordinata ad hunc finem, sicut unaquaeque potentia ad suum formale obiectum.

«Unde, ait S. Thomas, cum *natura* sit *primum* quod est in unoquoque, oportet quod id quod ad *naturam* pertinet, sit *principium* in quolibet.

Et hoc apparet in homine, et quantum ad intellectum, et quantum ad voluntatem. *Intellectus* enim cognoscit principia *naturaliter;* et ex hac cognitione causatur in homine scientia conclusionum, quae non cognoscuntur naturaliter ab homine, sed per inventionem vel doctrinam. — Similiter in *voluntate* finis hoc modo se habet sicut principium in intellectu, ut dicitur in *II Physic.,* cap. 9, n.° 3. Unde voluntas *naturaliter* tendit in suum finem ultimum...; et ex hac *naturali* voluntate causantur omnes aliae voluntates, cum quidquid homo vult, velit propter finem»\

768. Neque refert quantum ad hanc naturalitatem volitionis an bonum concretum vel summa bonorum determinatorum sint obiective verus finis ultimus naturalis vel non, aut quod tale bonum proponatur voluntati initio totius vitae moralis, vel postea; haec enim omnia respiciunt directe intellectum practicum hominis volentis, non ipsam voluntatem quae, semel iudicato ab intellectu practico hoc vel illud bonum esse ultimum finem aut summum bonum et, ut tale, ei exhibitum ad appetentum, haec naturaliter et toto suo pondere fertur in illud. Est enim proprium obiectum voluntatis bonum a propria ratione vel intellectu apprehensum, et ideo in illud, secundum quod est apprehensum et iudicatum, naturaliter fertur voluntas. Quando ergo apprehenditur et iudicatur a ratione ut summum bonum vel ultimus finis, voluntas fertur in illud ut in ultimum finem, cum naturaliter sit determinata ad rationem ultimi finis naturalis prout ab intellectu repraesentatur, et intellectus practicus hanc rationem finis tali vel tali bono attribuit.

769. Non igitur voluntas fertur in hoc vel illud bonum particulare ut *materialiter* est hoc vel iluud, sed ut stat sub *formali* ratione ultimi finis vel summi boni, non quidem necessario secundum veritatem, sed secundum indicium intellectus, quod potest esse falsum. Et quia voluntas movetur primo a ratione formali ultimi finis, primo et naturalissime fertur in illam, et consequenter in rem subiectam tali rationi secundum indicium intellectus practici, prout reduplicative est ei subiecta, quasi unum cum ipsa constituens.

770. Error autem et mutatio iudicii intellectus non sunt circa rationem formalem ultimi finis seu boni ut sic, quae est per se nota, et quidem infallibiliter, omnibus hominibus ratione utentibus, sed circa rem seu materiam concretam et determinatam ei subiiciendam vel subiectam, hoc est, circa

1 *IV Metaph.,* lect. 6, n.° 599.
1 *De Vent.,* i, 1; I–II, 94» 2. [Cf. *De Pot., 2,* 3].

applicationem rationis formalis finis ultimi tali vel tali obiecto determinato; cum non sit per se notum *ubi* concrete consistat ultimus finis, ut dicetur postea, articulo septimo. At semel applicata uni rei, non potest simul applicare alteri disparatae secundum eandem rationem formalem ultimi finis totalis et adaequati, ut supra ostensum est (n.° 763).

771. *Minor* vero est per se nota. Nam *prima et naturalissima* operatio voluntatis est voluntatis *ut natura* quaedam est; quia etiam voluntas est natura quaedam, et natura est id quod est primum et naturalissimum in unoquoque. Natura autem, cum sit essentialiter quid unum, non tendit naturaliter nisi ad unum; nam haec tendentia naturalis est naturalis ordo agentis ad finem, et constat quod ordo finium corresponde! ordini agentium. Ex quo ergo agens (natura) est unum et modus tendendi in finem est unus, finis necessario debet esse unus.

772. Propter quod S. Thomas profunde scribit: *«naturae semper respondet unum, proportionatum tamen naturae;* naturae enim in genere respondet aliquid unum in genere, et naturae in specie acceptae respondet unum in specie, naturae autem individuatae respondet aliquid unum individuate»1.

773. Cum igitur prima et naturalissima operatio voluntatis unius hominis numero sit una numero, per se notum est eam non posse simul ferri nisi ad unum numero finem. Et cum iste finis sit ultimus, qui primo et naturaliter appetitur a voluntate, manifeste finis ultimus unius hominis non potest simul esse nisi unus numero.

Unde tam certum et clarum est voluntatem unius hominis non posse simul esse nisi unius finis ultimi simpliciter et adaequati, quam certum est et clarum voluntatem primo esse naturam quandam, et primo naturaliter operari, et agens per naturam agere propter unum finem sibi connaturalem, ut constat ex articulo secundo; eiusdem enim claritatis et certitudinis est agens naturale agere propter finem connaturalem et agere propter unum finem, cum connaturalitas illa potissime consistat in hac unitate.

I-II, io, i ad 3. [Cf. II *Contra Gent.* 83, 7-8; *De Sp. Creat,* 6, c.J

774. c) *Argumentum tertium: ex effectu formali finis ultimi simpliciter in actum voluntatis illum absolute appetentis.* Proprium specificativum unius actus numero est unum numero. Atqui finis ultimus simpliciter totalis et adaequatus unius hominis est proprium specificativum unius actus numero, scilicet *unius* actus *unius* voluntatis *unius* hominis absolute et efficaciter appetentis illum. Ergo ultimus finis simpliciter totalis et adaequatus unius hominis est unus numero.

775. *Maior* constat, quia inter specificativum et specificatum datur perfecta proportio et adaequatio, sicut inter propriam formam et propriam materiam vel inter proprium actum et propriam potentiam. Quando ergo specificatum est unum numero, necessario specificativum proprium eius debet esse unum numero.

776. *Minor* etiam est per se nota. Actus enim voluntatis absolute et efficaciter appetentis finem ultimum simpliciter totalem et adaequatum se habet ad talem finem sicut ad proprium et formale obiectum eius; nam ita se habet actus voluntatis circa finem ultimum ad finem ultimum, sicut se habet actus voluntatis circa finem intermedium vel proximum ad finem intermedium vel proximum, et sicut se habet actus drca media ad media. Atqui actus voluntatis specificantur ex proprio et formali obiecto eorum, quod est proprius finis quem intendunt, ut patet ex dictis articulo tertio. Ergo actus voluntatis absolute et efficaciter appetentis finem ultimum simpliciter totalem et adaequatum specificatur a fine ultimo simpliciter.

Et cum praedictus actus voluntatis unius hominis sit unus numero, ut supponimus et per se constat experientia, manifestum est quod finis ultimus simpliciter unius hominis est proprium specificativum unius actus numero.

Patet ergo tam certo et evidenter esse unum ultimum finem simpliciter unius hominis actu volentis illum, quam certo et evidenter constat actus humanos speciem recipere ex proprio fine; nam haec unitas numerica actus voluntatis unius hominis absolute appetentis finem ultimum est effectus formalis praedicti finis, qui ideo necessario debet esse unus numero.

777. Hoc simplex argumentum resultat ex tota Littera S. Thomae. Semel enim posito quod actus humanus sortiuntur speciem ex proprio fine, necesse est dicere omnes humanos actus specificari ab aliquo fine, quia nullus est actus humanus qui non sit in aliqua specie; et vicissim, oportet dicere omnes fines humanos specificare aliquem actum; sicut enim non datur species sine aliquo specificativo, ita non datur specificativum sine aliquo specificato.

Cum ergo ordo finium humanorum contineat plures fines per se subordinatos, ut constat ex articulo quarto, nempe fines proximos et fines intermedios et finem ultimum simpliciter; necesse est finem proximum specificare aliquem actum humanum, et similiter finem intermedium et finem ultimum. Non tamen eundem actum primo, sed diversum, hoc est, finis proximus primum actum humanum ordinis *executionis,* finis intermedius secundum et finis ultimus ultimum; qui actus ponit *effective in re* idipsum quod *effective* ponebat primus actus ordinis *intentionis in affectu vel desiderio* agentis. Ergo finis ultimus est proprius finis *primi* actus *ordinis intentionis* et *ultimi ordinis executionis,* licet illius sit ut distans seu non possessus —aut saltem prout abstrahit a praesentia vel absentia rei quae est ultimus finis—, istius vero sit ut praesens vel possessus; qua de causa, ille actus dicitur simplex volitio vel intentio, hic vero appellatur fruitio perfecta. Unde patet quod ordo finium humanorum respondet ordini humanorum actuum.

778. At nondum satis. Ratio finis, sicut et ratio boni, dicta de fine ultimo simpliciter et de finibus intermediis et de fine proximo, non est univoca, sed analoga, analogia attributionis intrinsecae; quia omnes isti fines sunt veri fines et vera bona, bonitate quadam reali et obiectiva, et non per meram denominationem extrinsecam; attamen bonitates istae sunt essentialiter inaequales seu graduatae, cum finis proximus sit bonus, intermedius sit melior et ultimus sit summus vel optimus; et bonitas finis proximi essentialiter pendeat a bonitate finis intermedii, quae rursus essentialiter dependet a bonitate finis ultimi, cum sint bonitates et fines essentialiter subordinate, ut articulo praecedenti ostensum est. Propter quod S. Thomas, post Aristotelem, docet rationem boni esse analogam [1] et quod «in *rebus ordinatis* oportet primum modum includi in secundo, et in secundo inveniri non solum id quod sibi competit secundum rationem propriam, sed quod competit secundum rationem primi»[2].

Atqui in analogis analogia attributionis sive extrinsecae sive intrinsecae omnia analogata secundaria dicuntur per ordinem essentialem ad *unum primum, quod est supremum analogattmi, et quidem unum numero,* et non solum unum ratione quod est unum universale in praedicando et in essendo, nempe unum unitate *univoca* [3]. Ergo finis ultimus humanorum actuum et humanorum finium, qui est eorum supremum analogatum analogia attributionis intrinsecae, necessario debet esse *unum numero* et non solum unum ratione universali univoca. lure igitur concludit S. Thomas «quod bonum [et finis] dicitur de multis, non secundum rationes penitus differentes, sicut accidit in his quae sunt a casu aequivoca, sed magis secundum analogiam, idest proportionem eandem, in quantum omnia bona dependent ab uno primo bonitatis principio [=analogia attributionis secundum causam efficientem], vel in quantum ordinantur *ad unum finem»* [= analogia attrubitionis secundum causam finalem]. Et haec analogia secundum causam finalem, scilicet unius vel plurium *ad unum,* est propriissima et formalissima bonis et finibus, ut ex terminis patet[4].

779. Apparet ergo quod finis ultimus humanae vitae unius hominis est unus numero in essendo simulque universalis in causando seu movendo finaliter omnes humanos fines et humanos actus. Et propter hanc universalitatem in causando dicitur finis *communis seu universalis,* eo fere modo quo in ordine naturali iustitia legalis dicitur iustitia generalis vel universalis [5], et caritas in ordine supernatural! [6] seu vir-

[1] *De Verit., 22,* 5.
IV Metaph., lect. 1, n.° 536; I-II, 20, 3 ad 3.
In I Ethic., lect. 7, n.° 96.
[2] II-II, 58, 7.
[3] IMI, 23, 4 ad i et 3.

tutis meritoriae *; et quod dat actibus humanis rationem *generis* (hic, corp.).

780. Oportet enim intelligere *genus* hoc loco sicut intelligitur finis *communis* seu *universalis,* scilicet non in sensu stricto pro primo universali logico seu praedicabili, — quia secus solum concluderetur unitas *generica* finis ultimi, et tamen S. Thomas concludit unitatem *numericam*—; sed large, pro universali *in causando,* quod est principium causale, causalitate finali, eorum omnium quae sub ipso sunt. Consequenter unitas generis, de qua hic loquitur S. Doctor, intelligitur *imitas ordinis moralis;* nam omnes actus humani pertinet ad eundem ordinem moralem qui, hoc sensu, potest dici *gemis morale.*

781. Neque ista acceptio generis in sensu largiori infrequens est apud S. Thomam, maxime quando loquitur de bono. Ita, v. gr., scribit: «genus dupliciter potest accipi: uno modo, *proprie,* prout praedicatur de pluribus in eo quod quid est, et sic neque bonum neque malum sunt genera, sed sunt in transcendentibus, quia bonum et ens convertuntur; — alio modo, *communiter,* ut genus dicatur *omne id quod sua communitate multa ambit et continet, et sic bonum et malum dicuntur genera»*2, «prout *genus* dici potest id quod genera transcendit, sicut *ens et ummv> 3.*

Unde et distinguere solet genus physicum a genere logico 4; et, post Aristotelem, saepissime loquitur de uno genere scibili, quod tamen evidenter non est unum genus logicum, sed unum ordine, cum una scientia sit plurium generum, ut patet in Metaphysica, quae considerat ens et omnia eius praedicamenta 5.

Manifeste igitur per *genus morale* intelligit hoc loco S. Thomas *ordinem moralem,* qui non est ordo univocus, sed analogicus.

De Caritate, 3 corp, et ad 5 et 9.

3 *II Sent.,* dist 34, 2 ad 1.

3 *De Malo,* 1,1 ad n. [Cf. *De Verit., t,* 4 ad. 8, *sed contra* 1

I, 66, 2 ad 2; 82, 2 ad 4.

I Post., lect. 15, n.° 5; lect. 17, n.o 3; *Metaph.,* prooem.; I-II, 54, 4.

782. Sic autem sumendo principium generis vel ordinis, l quod est unum in essendo et universale in causando, hoc universale est proprium obiectum volitionis absolutae, sicut nonum commune est proprium obiectum iustitiae legalis et »num supematurale commune Deo et creaturis est pro- I :rium obiectum caritatis.

j 783. Constat igitur quod, sumendo primum subiectum inis quod est primum velle absolutum, eius proprium obiecam specificativum est ultimus finis simpliciter; sicut prinum subiectum veritatis formalis est primum iudicium intelectus, et primum subiectum sanitatis est animal. Semper nim supremum analogatum *adaequatur posterioristice* primo i dus subiecto, quod est subiectum attributionis, sicut ratio fornalis *qua* adaequatur rationi formali *quae,* ut definitio definito.

784. Et inde est quod S. Thomas verbo vigilanti usus st, ne nomen *genus* univoce sumeretur, dicens: «et *praecipue,* quia *m quolibet genere* est *unum primum principium»,* quod est ausa ceterorum quae sunt illius generis vel ordinis, secundum lud: «primum in unoquoque *genere* est causa ceterorum luis generis». Quod intelligendum est de inaequalibus per e ordinatis, hoc est, de analogicis analogia attributionis, ut irticulo primo expositum est (nn. 270-281).

Cum ergo totum argumentum S. Thomae informetur anaogia attributionis sicut propria anima, spiritum eius tetigimus sumendo supremum analogatum tam ex parte subiecti = primum velle absolutum et perfectum unius hominis hic nunc volentis] quam ex parte termini seu formae [= ultimum finem simpliciter], inter quae absoluta necessitate datur idaequatio in esse et in unitate. Unde merito affirmavimus irgumentum propositum resultare, quasi sponte, ex tota Littera S. Doctoris.

Hae sunt tres rationes profundissimae S. Thomae, ex ordine respondentes tribus primis articulis huius quaestionis, « quibus fundamenta sumpsit.

785. *d)* Addi etiam potest *quartum argumentum* ex arduculo quarto, nam eodem fere ictu quo concluditur exsistenda alicuius ultimi finis simpliciter totius humanae vitae, concluditur quoque eius unitas.

Cum enim fines proximi et intermedii sint vel saltem possint esse plures et diversi, non concluditur *exsistentia* alicuius ultimi finis simpliciter, nisi hac pluralitate superata per unitatem absolutam ultimi finis; nam «quae secundum se diversa sunt, non conveniunt in aliquod *unum,* nisi per aliquam causam *adunantem* ipsa» [1] quae debet esse *una;* secus non posset dare unitatem aliis, adunando ipsa.

Unde ipse S. Doctor scribit: «oportet quod inquisitio rationis nostrae *transcendat ista plura·,* quousque perveniat ad hoc ipsum, idest ad aliud *unum;* necesse est enim *unum* esse ultimum finem hominis in quantum est homo»[2].

Quod si ultimus finis non esset necesario unus, sed posset esse multiplex simul pro eodem homine, nulla esset ratio cur deberent esse duo tantum vel tres, quia nulla est ratio determinationis eorum; et ita, apparenter sublato processu in infinitum ex parte mediorum per inventionem alicuius ultimi finis, statim inciperet alius processus in infinitum ex parte ipsius finis ultimi, quod esset contradictio in adiecto, nam ratio *ultimi* est ratio alicuius definiti et determinati. Ponere ergo pluralitatem finis ultimi simpliciter est ponere indeterminationem et infinitudinem in fine per antonomasim, qui tamen debet essentialiter esse maxime determinatus et definitus.

C. *Solvuntur difficultates*

786. More suo, tres difficultates movet S. Doctor in hoc articulo, easque ordinat procedendo a maiori ad minorem. Et quia tota vis quaestionis consistebat in impossibilitate pluralitatis simultaneae finis ultimi respectu eiusdem hominis, obiectiones istae totae sunt in probanda possibilitate talis pluralitatis.

Prima ergo obiectio, eaque gravior, procedit *ex facto* talis

[1] L 3,7-

[2] *I Ethic.,* lea. 9, n.« 10«. [Cf. De *Malo, 7, t* ad 20.]

pluralitatis simultaneae; nam, ut vulgo dicitur, a facto ad potentiam valet consequentia; secunda vero, quae est quasi instantia praecedentis —nam in solutione primae difficultatis negatur factum pluralitatis ultimi finis proprie dicti totalis et idaequati—, confugit ad meram *possibilitatem obiectivam* talis ?luralitatis simultaneae; qua rursus negata, tertia subsumit de ?ossibilitate *subiectiva vel psychologica saltem.* Neque aliud nedium, si haec negetur, superest probandi talem possijilitatem.

787.*Prima obiectio, quae procedit ex facto.* Quod de facto latur, est possibile. Atqui de facto quidam homines plura jona appetunt simul veluti ultimos fines, v. gr., divitias, Toluptates et virtutem, ut de Epicuro dicitur. Ergo unius lominis possunt simul esse plures ultimi fines.

788. *Responsio. Cone. Mai. Dist. Min.:* de facto quidam nomines appetunt plura bona simul veluti ultimos fines, veluti ultimos fines perfectos, hoc est, totales et adaequatos, *nego;* veluti partes intégrales unius finis perfecti, scilicet totalis et adaequati, *conc.*

Et *nego Consequens et Consequentiam.*

789. Ut in quaestione sequenti dicetur, quidam posuerunt ultimum finem suum in divitiis, alii in voluptate, alii in virtute, alii in his omnibus bonis simul.

Est tamen differentia in appetendo singula ista bona singillatim veluti finem ultimum a singulis sectis philosophorum et in appetendo totam eorum collectionem ab uno solo homine. Nam quando singuli homines singula bona haec appetunt uti finem ultimum, unumquodque independenter ab altero induit rationem ultimi finis totalis et adaequati; sed quando omnia simul cadunt sub appetitione unius hominis, singula amittunt rationem finis ultimi totalis, quae transfertur ad totam eorum collectionem, cuius unumquodque est pars quaedam integralis. Et ita, quando plures fines ultimi plurium hominum cadunt sub appetitu unius hominis, licet materialiter sint eadem res, formaliter mutantur, quia transeunt a conditione totius ad conditionem partis et a conditione finis ultimi ad conditionem finis proximi vel intermedii, hoc est, ad veram conditionem medii, eo quod reducuntur ad

unum finem superiorem et ulteriorem ipsis, qui est eorum collectio vel summa.

790. Qua de causa solebant antiqui reponere ultimum finem seu beatitudinem in bonorum omnium collectione, Ita, Tullius Cicero eam definit: «secretis malis omnibus, *cumulata* bonorum *complexio»* similiter S. Augustinus: ‰bonorum omnium *summa* et *cumulus»* 2; et Boetius celeberrima sua formula: «status bonorum omnium *congregatione* perfectus) 3.

791. Haec autem complexio, cumulatio vel congregatio est adunatio quaedam omnium bonorum, per reductionem ad unum altioris ordinis, quod est revera ultimus finis. Propter quod Caietanus formulam boetianam: *congregatione* perfectus, exponit: *elevatione* perfectus 4.

Patet igitur quod unus homo potest simul velle et intendere plura bona quae plures homines considerant et appetunt veluti totidem fines ultimos, non quae ipsemet ut tales consideret, sed ut partes unius boni totalis et completi, quod est pro ipso ultimus finis simpliciter.

792. *Obiectio secunda,* quae procedit *ex possibilitate obiectiva simultatis plurium finium ultimorum.* Fines ad invicem non oppositi oppositione contraria possunt simul coexsistere; quia quae ad invicem non opponuntur contrarie, se mutuo non excludunt. Atqui possunt dari plures fines ultimi ad invicem non oppositi oppositione contraria; quia possunt dari plura bona ad invicem non opposita oppositione contraria, quibus convenire potest ratio ultimi finis, ut divitiae, potentia, honor et alia huius generis. Ergo unius hominis simul dari possunt plures ultimi fines.

793· *Responsio. Dist. Mai.:* fines ad invicem non oppositi oppositione contraria possunt simul coexsistere, fines non oppositi neque reduplicative ut fines neque specificative ut

1 *V Ttiscul quaest.,* cap. 10, edit, cit., t. II, p. 461.
3 *Enarratio in Psalmum II,* n.° 11. ML 36 72
‘ lib. III, prosa'2, edit. G. Weinbergs, CSEL, vol. 67. Vindobonae, 1934, PP- 47, 15-16. *
4 *In I,* 10, 5, n.° 18.

res seu bona quaedam, *conc.;* fines non oppositi specificative antum ut res seu bona quaedam, oppositi vero reduplicative it fines, possunt simul coexsistere, *subdist.:* materialiter seu pecificative ut res seu bona quaedam, *conc.;* formaliter seu ^duplicative ut fines, *nego.*

Contradist. Min.: possunt dari plures fines ultimi ad invi- em non oppositi oppositione contraria, materialiter seu spe- cficative tantum ut res seu bona quaedam in quibus, falso imen et in sensu diviso, poni potest ultimus finis, *conc.;* for- aaliter seu reduplicative ut fines ultimi, *nego.*

Et *nego Consequens et Consequentiam.*

794. Oppositio, cum importet *distinctionem* quandam, toprie sumitur secundum *formam;* nam forma est quae di- dnguit. Quando ergo loquimur de oppositione finium, ne- esse est eam sumere formaliter ut fines sunt, non proprie oquendo secundum aliam considerationem quae ad illam naterialiter aut per accidens se habeat; licet, secundum suum nodum et gradum, formam et oppositionem aliam suscipere ?OSSlt.

Et sic plura bona in quibus homo potest finem suum iltimum ponere, v. gr., divitiae, honores, voluptates, poten- ia, *ut res et bona quaedam* nullam habent oppositionem, et deo simul sub hoc respectu adesse possunt; at, si unum- jiiodque ex his bonis sumatur *ut reduplicative stat sub formali Mone finis ultimi* simpliciter, quae est ratio finis *totalis,* nntrarie opponuntur inter se; quia de ratione finis *totalis* st quod nihil finis sit *extra* ipsum, cum *extra* totum nihil sit; et ideo, cum ponitur alius finis *totalis* et *positivus extra* :?sum, necessario iste finis, ut finis, contrariatur illi. Et ia plures fines ultimi totales et adaequati se mutuo de- struerent.

795. Unde patet quod ponere plures fines ultimos tota- lis et adaequatos unius hominis simul, est non solum destrue- re *unitatem* finis ultimi, sed etiam *ipsam exsistentiam et pos- ■bilitatem* exsistendi alicuius ultimi finis simpliciter totius manae vitae.

796. Et idem accidit in aliis rebus. Exempli gratia, vita eaetativa et sensitiva et rationalis, si considerentur materia-

liter et spedficative *ut gradus vitae,* possunt simul esse in eodem subiecto, nempe in eodem homine, quia tunc reducuntur ad unam formam substantialem vivam, quae est anima rationalis; at, si considerentur reduplicative et formaliter ut totidem animae seu formae substantiales vivae, contrarie opponuntur inter se, quia unaquaeque esset forma substantialis, quae est forma totalis et immediata subiecti in quo est, et ideo est contra rationem formalem eius quod adsit alia forma totalis et immediata eiusdem numero materiae. Unde istae tres vitae possunt simul esse in eodem subiecto *ut tres gradus* unius vitae substantialis, *non* vero *ut tres animae.*

797. *Obiectio tertia,* quae procedit *ex possibilitate subiectiva voluntatis appetentis finem tdtimum.* Eadem est potentia voluntatis post volitionem unius finis ultimi, v. gr., divitiarum, et ante eius volitionem, quia nihil de eius potentia volendi amittit voluntas cum aliquid de facto vult. Atqui ante volitionem unius ultimi finis determinati, exempli gratia, divitiarum, habebat potentiam volendi alium finem ultimum, v. gr., voluptates. Ergo etiam post volitionem divitiarum quasi ultimi finis habet potentiam volendi ut ultimum finem voluptates, quod est habere potentiam volendi duos ultimos fines. Ergo una eademque voluntas unius hominis potest simul velle et intendere plures ultimos fines.

798. *Responsio. Conc. Mai. Dist. Min.:* voluntas, ante volitionem unius ultimi finis, habebat potentiam volendi alium ultimum finem, *in sensu diviso,* hoc est, volendi unum una volitione et *postea* volendi alium alia volitione, reiecta prima volitione et primo fine correspondent!, *conc.; in sensu composito,* id est, volendi unum finem ultimum *simul* cum volitione alterius ultimi finis a primo distincti et disparati, *nego.*

Et *nego Consequens et Consequentiam.*

799. Aliud est nuda potentia voluntatis, secundum quod est facultas appetendi, et aliud est potentia voluntatis secundum quod est coniuncta cum actu volendi.

Potentia volitiya voluntatis, secundum quod consideratur ut non unita actui, semper eadem manet, ante et post quamcumque \olitionem; et in hoc sensu, quidquid potest velle ante volitionem unius ultimi finis potest velle postea. Habet ergo *simultatem potentiae* volendi plures res in quibus ponere potest suum ultimum finem.

800. At si haec potentia consideretur ut coniuncta actui ;t obiecto desiderato, non potest simul habere actum contrarium respectu contrarii seu disparati obiecti vel finis ultimi; ^uia isti duo fines ultimi simpliciter totales et adaequati contrarie opponuntur ut tales, ut responsione praecedenti ostenlum est; — et similiter opponuntur contrarie actus voluntads correspondentes, qui a talibus finibus contrariis specicantur. Contraria autem non possunt esse simul in eodem iubiecto; et ideo voluntas impotens est ut duo fines ultimi .'ontrarii sint simul efficaciter in affectu ipsius voluntatis, et iit simul habeat duas volitiones perfectas contrarias. Nam quod non potest esse non potest fieri, et quod non potest fieri neque in se neque ab homine, non potest efficaciter et absolute appeti a voluntate, quae non est impossibilium.

Licet igitur voluntas habeat *simultatem potentiae* volendi hoc vel illud ut fines ultimos, non habet tamen *potentiam simultatis,* hoc est, simul actu secundo volendi plura bona disparata velut ultimos fines totales et adaequatos.

Sicut homo habet *simultatem potentiae* sedendi et standi, at non habet *potentiam simultatis,* hoc est, simul actu secundo sedendi et standi. Simultas potentiae fertur in *sensum divisum* actus, sed potentia simultatis fertur in *sensum compositum.*

Obiiciens autem sophistice procedit a sensu diviso ad sensum compositum vel a simultate potentiae ad potentiam simultatis.

Sic ergo propositiones obiicientis sunt verae *de re, in sensu diviso, de simultate potentiae;* at sunt penitus falsae *de dicto, in sensu composito, de potentia simultatis.* Et in hoc secundo sensu loquebamur in toto praesenti articulo: quo fit, ut haec obiectio nedum falsa sed et extra quaestionem sit.

801. *Corollaria quatuor.* Quod autem dicitur de *actu,* proportionaliter valet de *habitu.* Et ideo dicendum est quod idem homo non potest *habitualiter* ferri simul in duos fines ultimos totales et adaequatos; nam, cum habitus operativus essentialiter ordinetur ad proprium actum sicut proprius ac-

tus ad proprium obiectum, eo ipso quod duo ultimi fines objective ut fines ultimi contrarie opponuntur, eadem oppositione opponuntur actus et habitus correspondentes. Unde, sicut non possunt simul esse obiective duo fines ultimi totales et adaequati neque duae appetitiones et intentiones eorum, ita neque duo habitus correspondentes, sed unus necessario et formaliter expellit alium.

802. Neque etiam potest *actualiter ferri in unum ei habitualiter in alium,* quia habitus operativus, qui non potest actu operari *impotentia per se seu essentiali,* est contradictio in terminis: «dicere enim quod habitus remaneat et actus nullo modo, videtur *absurdum,* quia habitus nihil est aliud quam habilitas ad actum» [1]. Atqui stante actu appetitionis unius ultimi finis, habitus appetitionis alterius nullo modo posset in actum secundum procedere, non quia est habitus, sed quia est *talis* habitus, secundum propriam speciem suam, quae sumitur ex proprio actu per ordinem ad proprium obiectum. Unde haec impotentia esset *essentialis et per se,* et consequenter talis habitus esset contradictio in adiecto.

803. Neque iterum potest voluntas simul ferri in duos ultimos fines *sub disiunctione obtinendos,* scilicet aut unum aut alterum; quia talis appetitio necessario supponit iudicium practico-practicum de possibilitate duorum finium ultimorum totalium et adaequatorum simul. At vero tale iudicium est impossibile, ut inter exponendum argumentum primum S. Thomae probatum est (n.° 763). Immo et eo ipso quod tales fines ultimi proponuntur ut indifferentes ad appetendum hunc vel illum, ambo amittunt rationem finis ultimi, et incidunt in rationem medii; quia solum, utpote obiectum mere materiale voluntatis, hanc indifferentiam seu indeterminationem induere valet.

804. Denique non potest simul ferri in duos fines ultimos totales et adaequatos, quorum unus sit *positive* ultimus (ex eo quod cetera bona positive ordinantur in ipsum) et alius sit ultimus *negative* (quatenus scilicet ad alium ulteriorem non ordinatur). Nam istac duae denominationes seu adspectus eiusdem sunt rcalitatis, quia conveniunt sicut in radice in hoc quod ultimus finis simpliciter sit per se primo appetibilis totaliter, quasi habens per se totam essentiam tonitatis; et inde venit quod ceteri fines appetantur propter ipsum, cum totam essentiam habeant ex ipso et per ipsum et in ipsum; — ipse vero propter nullum alium appetatur, cum sit ipse bonum totale extra quod nihil est boni ab eo independentis. Haec ergo dualitas realiter est impossibilis et incogitabilis ab intelligente rationem finis ultimi simpliciter, et ideo realiter appeti non potest.

[1] *III Sent.,* d. 31, 2, 4 c. fine.

§ II

UTRUM UNIUS HOMINIS POSSINT ESSE SIMUL DUO FINES ULTIMI, UNUS NATURALIS ET ALIUS SUPERNATURALIS

805. Finis ultimus naturalis et finis ultimus supernaturalis non sunt eiusdem ordinis neque eiusdem rationis, et ideo videtur quod unus homo simul possit eos habere.

Attamen respondendum est cum distinctitione: *quando finis ultimus naturalis subordinate fini ultimo supernaturali, idem homo potest simul utrumque finem intendere et habere; quando vero finis ultimus naturalis non subordinate fini ultimo supernaturali, sed ei repugnat seu contrariatur, non potest idem homo simul utrumque habere finem neque intendere efficaciter.*

806. *Probatur prima pars.* Quando finis ultimus naturalis subordinatur fini ultimo supernaturali, non dantur duo fines ultimi simpliciter totales et adaequati, sed unus tantum finis ultimus simpliciter, qui est finis supernaturalis; nam finis subordinatus alteri, eo ipso desinit esse ultimus finis simpliciter. Atqui idem homo potest simul duos vel plures fines velle et intendere quando ordinantur ad unum ultimum, quem primo et per se intendit, ut patet ex articulo quarto. Ergo idem homo potest simul velle et intendere finem ultimum naturalem, qui est ultimus secundum quid comparatus ad finem ultimum supernaturalem, et finem ultimum supernaturalem, qui est ultimus simpliciter.

807. Unde non ex aequo potest simul eos appetere

—quia neque sunt eiusdem ordinis—, sed secundum prius et posterius ita ut primo et per se appetat finem supematuralem et nonnisi secundario et per illum appetat finem naturalem, qui est ei subordinatus, ut natura subordinatur gratiae.

Gratia enim necessario supponit naturam, quam ideo non destruit, sed eam perficit et elevat; et ideo natura debet subordinari et subservire gratiae, sicut materia formae et potentia actui et imprefectum perfecto. Propter quod S. Thomas ait: «oportet quod naturalis ratio subserviat fidei, sicut et naturalis inclinatio voluntatis obsequitur caritati» E Et similiter oportet quod totus ordo naturalis subserviat ordini supernatural!, et finis ultimus naturalis subordinetur ultimo fini supernatural!.

Merito ergo Caietanus notat quod isti duo fines non sunt disparati, «sed quoniam gratia praesupponit et perficit naturam, Deus ut finis naturalis est finis ultimus quasi in genere, et quasi subordinatur sibi ipsi ut finis est beatitudinis revelatae tanquam fini ultimo simpliciter» 2.

808. Quod quidem de facto habetur quandocumque homo in gratia constitutus et consequenter appetens ultimum finem, prosequitur bona naturalia honesta, ea ordinando ad proprium finem supernaturalem. Quando enim homo elevatus est ad ordinem supernaturalem, non solum eius natura, sed omnia connaturalia bona —inter quae adnumerandus est finis ultimus naturalis— evecta et ordinata sunt ad finem supernaturalem.

809. Iure igitur Leo XIII contra Americanismum docet quod *«praesidio gratiae natura hominum* quae, ob communem noxam, in vitium ac dedecus prolapsa erat, *erigitur novaque nobilitate evehitur ac roboratur» 3.*

Et Pius XI: «sincerus Christianus, inquit, tantum abest ut res in hac vita gerendas abdicet et naturales vires comprimat, ut contra, has alat ac perficiat *cum vita supernaturali* ita *copulando ut ipsam naturalem vivendi rationem exornet efficacioribusque foveat adiumentis,* non modo ad spiritualia atque aeterna, sed etiam ad ipsius naturalis vitae necessitates congruentibus» \ «Etenim... supernaturalis ordo... tantum abest ut naturalem ordinem..., destruat atque extenuet, ut contra eundem *extollat ac perficiat»2.*

1 I, i, 8 ad 2.
2 *In I-II,* 71, 6, n.° 9.
3 Litterae *Testem benevolentiae,* die 22 ianuarii 1889, t. V, p. 320.

810. *Secunda pars.* Contraria nequeunt eidem inesse subiecto secundum idem. Atqui appetitus finis ultimi naturalis *non subordinati* fini ultimo supernatural! contrarius est appetitui finis ultimi supernaturalis. Ergo isti duo appetitus nequeunt simul eidem voluntati inesse; et ita impossibile est eandem voluntatem simul hanc duplicem appetitionem habere.

811. *Maior* constat ex definitione oppositionis contrariae, qua dicitur quod contrarie opposita sunt quae maxime distant in eodem genere et *ab eodem subiecto se mutuo expellunt* 3. Unde S. Thomas scribit: «ad hoc quod aliqua diversa sint contraria, duo requiruntur: quorum *unum* est quod sint *nata aliqualiter esse in eodem subiecto vel proximo vel saltem remoto,* calor enim contrariatur frigori, quod tamen non est natum esse in igne, sed est natum esse in materia ignis, quae est primum subiectum: — *secundo* requiritur quod diversa quae sunt contraria, *non possint esse simul, sed mutuo se expellant.* Unde album et nigrum secundum quod sunt in materia, sunt contraria mutuo se expellentia; secundum tamen quod sunt in intellectu, non habent contrarietatem, sed sunt simul, quinnimmo unum eorum cognoscitur per aliud»4.

Et alibi exprimit hanc *Maiorem,* dicens: «contraria esse in eodem *per se* [scilicet simul et secundum idem] est *impossibile» 5.*

812. *Minor* vero facile persuadetur. Duplex est contrarieras appetitionum, sicut duplex est motuum et actionum contrarieras: «una quidem secundum *accessum et recessum ab eodem termino»,* sicut spes et desperatio, amor et odium, prosequutio seu desiderium et fuga, respectu unius eiusdem-

1 Encycl. *Divini illius Magistri,* die 31 decembris 19291 *Acta Apostolicae Sedis,* 1930, p. 84.
1 Ibid., p. 58.
1 II-II, 21, 3 ad 2; ***II*** *Contra Gent.,* cap. 55, art. 6.
*4 In **II** de Coelo et Mundo,* lect. io, n.° 3.
k De Verit., 26, 10 ad 9.

que obiecti; «alia autem secundum contrarietatem *terminorum,* quae *proprie* est contrarietas motuum, sicut dealbatio, quae est motus a nigro in album, opponitur denigrationi, quae est motus ab albo in nigrum» K

813. Et ambae contrarietates inveniuntur in casu praesenti. Ex parte quidem *termini seu obiecti;* quia, eo ipso quod finis ultimus ordinis naturalis non subordinatur explicite vel implicite, realiter tamen, fini ultimo supernatural!, res in qua ponitur ultimus finis naturalis est illicita seu peccaminosa, atque ideo *realiter mala,* utpote *realiter et positive deordinata,* per positivam negationem ordinationis eius ad verum et supremum bonum simpliciter, quod est finis ultimus supernaturalis. Sive ergo directe et explicite, sive indirecte et implicite, eo ipso quod *positive* tollitur ordo finis naturalis ad finem supematuralem, *iam opponuntur contrarie isti duo fines ut bonum* [= finis ultimus supernaturalis] *et malim* [= finis ultimus naturalis]. Bonum autem et malum contrarie opponuntur ex parte obiecti vel termini.

Et sic, si simul eodem actu voluntas eos appeteret efficaciter ut ultimos fines, esset idem motus accessus ad contrarios *terminos* totales et adaequatos ut formaliter contrarii sunt, quod est impossibile. Nam isti duo termini contrarii se mutuo expellunt ab eadem re termini, et, cum sint primo specificantes actum voluntatis erga ipsos, mutuo expellerent species eius, et sic nullus posset esse actus voluntatis; quia omnis actus voluntatis debet esse in aliqua specie.

Sicut ergo «nulla linea recta ad duo puncta in eandem partem terminatur, neque aliquis bos duo iuga portat simul, neque avis simul intendit duobus nidis, suo et alterius speciei avis, nec apis una ducit ad duo alvearia simul»2; — ita unus homo non potest simul duos fines contrarios et disparatos habere, unum naturalem et alium supematuralem.

814. Similiter etiam *ex parte ipsius motus vel actus;* quia simul esset *motus accessus et recessus ab eodem termino formali.*

1 1-11,23,2.

2 S. Albertus Magnus, *in Evangelium Lucae,* cap. XVI, 13, edit Vives, t. 23, p. 429 a.

Nam, cum finis ultimus naturalis non realiter subordinatus, sit contrarius fini ultimo supernatural!, eo ipso quod homo accedit ad finem naturalem, eum efficaciter appetendo, realiter recedit a fine ultimo supernatural!; et cum supponamus quod accedebat ad finem ultimum supematuralem, ipsum efficaciter appetendo, simul efficaciter et realiter accederet et recederet a fine ultimo supernatural!; quod patet esse omnino impossibile.

815. Et haec est ratio cur caritas non possit simul esse in voluntate cum peccato mortali, «quia per peccatum [homo] a Deo dividitur, cum sibi ahum finem [ultimum] constituat, *cum non possint duo esse ultimi fines» x; «converti* enim ad bonum creatum sicut ad finem [ultimum], facit *aversionem* ab incommutabili bono, quod debet esse ultimus finis [supernaturalis], eo quod *non possunt esse plures ultimi fines»* 2; nam *«impossibile est quod animus feratur ad duos fines simul et semel,* dico contrarios et dissentientes»3. «Bonum ergo, quod movet appetitum ad peccandum, *contrariatur* bono divino, quod est obiectum caritatis, *in quantum in eo constituitur finis:* sic enim *non est possibile esse nisi unum ultimum finem,* sicut et in regno, in quo non potest esse nisi unus rex, *contrariais* regi qui se regem facit, secundum illud Ioan., XIX, 12: omnis, qui se Regem facit, *contradicit* Caesari» \ Et alibi profunde concludit: «in *uno genere* non potest esse nisi *unum summum;* et ideo, si diligo aliquid quasi ultimum finem, non possum Deum diligere quasi ultimum finem» 5.

Qui ergo adhaeret sicut ultimo fini alicui bono naturali et commutabili, non subordinando ipsum explicite vel implicite fini ultimo supernatural!, eo ipso contrariatur fini ultimo supematurali, secundum illud: «qui non est mecum, *contra* me est»6.

III Sent., dist. 31, 1, 1, edit, cit., n.° 15. [Cf. *II Sent.* d. 24, 3., 6 c.

De Malo, 13, 2.

3 *In Mtt. VI,* 24, edit. Marietti, 1912, p. 105 b.

De Caritate, 12 ad 12.

III Sent., dist. 29, 1, 1 ad 5, edit, cit., n.° 20.

Mtt., XII, 30.

816. Et in hunc sensum S. Doctor adducit[1] verbum Salvatoris: *memo potest duobus dominis servire;* aut enim unum odio habebit et alterum diliget, aut unum sustinebit et alterum contemnet: non potestis Deo servire et mammonae»[2], idest divitiis, quae pro avaro sunt *quasi deus,* sicut pro guloso cibus et potus sunt *velut deus,* secundum illud: «quorum *detis* venter est» [3]. Nam, «quia *proprium Dei* est ut sit principium primum et *finis ultimus..., qui pro fine habet aliqua, illud est deus suus»* [4]. «Unde *quidquid aliquis sibi pro fine ultimo constituit et in quo eius desiderium quiescit, potest dici deus illius:* unde cum habes pro fine delicias, tunc deliciae dicuntur deus tuus; similiter etiam voluptates carnis vel honores»[5].

Quem in locum Caietanus adnotat: «nemo potest duobus dominis servire, quatenus *duo* seu *diversi* sunt, non quatenus in unum conveniunt et non sunt duo»[6]; «quatenus duo, hoc est, *diversi* sunt, nam in quantum conveniunt in unum, non solum duobus, sed decem dominis potest unus servus servire» [7]. «Si autem essent duo, quorum unus esset sub altero, non essent duo domini, sed unus superior dominus et alter minister eiusdem domini; et *illis ut uni ab uno posset serviri)s.*

Et hoc modo, inquit S. Bonaventura, «haec propositio per se nota est»[9], et significat quod «non potest simul haberi pietas ad Deum et cupiditas ad mundum» (ibid.), secundum illud: «quicumque voluerit amicus esse saeculi huius, inimicus Dei constituitur»[10]; nam, «si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo» [11].

Hic, sed contra.

[2] *Mtt.,* VI, 24.

[3] *Phil.,* III, 19.

[4] S. Thomas, *in Phil.* III, lect. 3, ed. cit., t. II, 105 b.

[5] S. Thomas, *in II Cor.* IV, 4, lect. 2, ed. cit., t. I, p. 440 b. [Cf. *III Sent.,* d. 27, 3, 4, arg. 2 sed contra, n.° 222.]

[6] Edit, cit., t. IV, p. 36 a.

[7] Caietanus, *in Lucam,* XVI, 13, ibid., p. 244 a.

[8] S. Albertus Magnus, *in Lucam,* h. 1., p. 428 a.

[9] *In Lucam,* cap. XVI, 13, edit. Quaracchi, t. VII n *aio* a.

[10] *Jac.,* IV, 4.

[11] *I Joan.,* II, 15.

Quare et S. Officium urgenter ait: «discant isti tandem aliquando *se duobus dominis servire non posse, Deo et libidini, religioni et impudicitiae.* Qui non est mecum, ait Dominus Iesus, contra me est[4]; ac certe cum Iesu Christo non sunt scriptores sordidis descriptionibus bonos depravantes mores, qui societatis civilis ac domesticae sunt verissima fundamenta» [2].

Unde Paulus ad Corinthios scribit: «nolite iugum ducere cum infidelibus. Quae enim *participatio* iustitiae cum iniquitate? Aut quae *societas* luci ad tenebras? Quae autem *conventio* Christi ad Belial? Aut quae *pars* fideli cum infideli?» [3]. «Non *potestis* calicem Domini bibere et calicem daemoniorum; *non potestis* mensae Domini participes esse et mensae daemoniorum»[4].

Et iam pridem Elias ad omnem populum dicebat: «usquequo *claudicatis in duas partes?* Si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum» [5]. Quod adeo per se notum et urgens est, ut populus non putuerit quidquam ei respondere: «et non respondit ei populus verbum»[6].

§ III

ULTRUM UNIUS HOMINIS POSSINT ESSE SIMUL PLURES FINES ULTIMI SUPERNATURALES

817. *Solutio negativa quaestionis patet ex hucusque dictis.* Ita enim se habent plures fines ultimi totales et adaequati supernaturales ad unum hominem, sicut se habent plures

[*] Mtt., XII, 30.

[‘] *Instructio ad Archiepiscopos, Episcopos ceterosque locorum ordinarios, ii sensuali et sensuali-mystico litterarum genere,* die 3 maii 1927. *Acta Ap. Sedis,* 1927, pp. 187-188.

[*] *II Cor.,* VI, 14-15.

[l] *I Cor., X, 20-21.*

[5] *III Reg.,* XVIII, 21.

[’] *Ibid.*

ultimi fines naturales adaequati et totales ad eundem. Atqui unius hominis simul non possunt esse plures ultimi fines naturales totales et adaequati, ut ex dictis constat. Ergo neque unius hominis possunt esse simul plures fines ultimi supematurales totales et adaequati.

Maior, in qua unice poterat esse difficultas, constat *tum* ex analogia proportionalitis quae viget inter ordinem naturalem et ordinem supernaturalem; *tum* ex eo quod gratia non destruit naturam, sed eam perficit eique se attemperat, quia gratia recipitur in natura et quidquid recipitur ad modum recipientis recipitur. Sicut ergo repugnat voluntati in ordine naturali simul ferri in plures ultimos fines naturales totales et adaequatos, ita etiam repugnare debet eidem voluntati elevatae per gratiam simul efficaciter appetere plures fines ultimos supematurales adaequatos et totales.

818. *Huc accedit* quod, sicut *esse* finis supematuralis non pendet a nobis, sed a solo Deo, qui omnino gratis nos ad illum evexit, ita eius *unitas vel pluralitas* a Deo solo dependet Deus autem non revelavit nobis pluralitatem ultimi finis supernaturalis pro unoquoque homine, sed *unitatem,* eo quod *in singulari* dicit: «*haec* est autem *vita aeterna..x,* «et *vitam aeternam* do eis»; «fons aquae salientis *in vitam aeternam*l.

Et recitantes Symbolum confitemur nos credere *vitam aeternam* et exspectare *vitam* venturi saeculi 2.

Quod si Concilium Tridentinum docet quod finis gratiae est «gloria Dei et Christi et vita aeterna» 3, haec tria non sum disparata, sed *subordinata,* hoc est, primo gloria Dei, dein gloria Christi, tertio beatitudo nostra, ita ut accipientes vitam aeternam glorificamus Christum et, glorificando Christum, una cum Christo glorificamus Deum, secundum illud: «omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei»4, «utsit Deus omnia in omnibus»5.

Joan., XVII, 3; X, 28; IV, 14.
0 Denz., n.0 6; n.° 86.
3 Denz, n.° 799.
I Cor., III, 22-23.
5 *Ibid.,* XV, 28.

Unde si Deus *unum eundemque* finem ultimum supernaturalem *omnibus* hominibus praestituit, ut docet Leo XIII\ a fortiori unum eundemque finem supernaturalem ultimum *mi* homini destinavit.

Irt. 6.— Utrum homo omnia quae vult, velit propter ultimum finem

819. Postquam articulo praecedenti considerata est unitas inis ultimi pro uno homine in ordine intentionis, consequenter in hoc articulo inspicienda est praedicta unitas in ordine executionis.

Et quod de isto ordine agatur in hoc articulo manifeste ipparet; *tum* ex contrapositione eius ad articulum praecedenem ubi agebatur de volitione *ipsius ultimi finis,* dum hic igitur de volitione *ceterorum omnium quae sunt citra finem ultimum,* hoc est, mediorum ut media sunt, quae, ut talia, cadunt sub ordine executionis, sicut finis ut finis cadit sub ordine intentionis: — *tum* ex directa inspectione Litterae huius articuli, ubi S. Doctor bis loquitur de *inchoatione* perfectionis consummatae seu ultimi finis obtinendi *in re* seu *in effectu* et non solum in affectu; haec autem *inchoatio* spectat ad ordinem *executionis,* cum sit idem ac id *unde wmo incipit operari* (art. 4): loquitur etiam formaliter de *iecundis moventibus finaliter,* quae directe sunt ipsa media, et haec sunt proprium obiectum ordinis executionis: sermonem quoque instituit de actionibus particularibus (resp. ad 1) et de bonis particularibus (resp. ad 2), quae evidenter pertinent ad media ut media sunt: finaliter agit de ipsa *via in finem ultimum* (resp. ad 3), hoc est, de motu in finem ultimum per viam, quae manifeste est ipse ordo executionis.

820. Cum autem finis ultimus humanae vitae possit esse duplex, scilicet finis ultimus naturalis et finis ultimus super-

l Encycl. *Quod Apostolici,* die 28 decembris 1878, ed. cit., t. I, p. 32.

naturalis, ut constat ex dictis articulo quarto, necessarium est considerare *unitatem utnusque finis ultimi in suo genere in ordine executionis,* sicut articulo praecedente consideravimus utriusque unitatem in ordine intentionis.

UTRUM HOMO OMNIA QUAE VULT IN ORDINE NATURALI, VELIT PROPTER ULTIMUM FINEM NATURALEM

A. *Praenotanda*

Sensus et status quaestionis

821. Diligenter considerandi sunt termini quaestionis.

Homo, intelligitur *unus numero,* sicut in articulo praecedenti. Non est tamen necesse sumere hominem individuum pro individuo *signato,* sed sat est sumere illum pro individuo *vago,* prout idem est ac *unusquilibet homo:* hoc enim sensu sumebatur articulo praecedenti unus homo numero.

822. *Omnia quae vult,* hoc est, omnia quae vult et agit humano modo, nempe quae *vult* appetitu rationali elicito et non mero appetitu naturali seu innato, et quae *agit ex* voluntate *deliberata,* sive sint bona sive mala, sive seria sive iocosa, nullo excepto. Intelliguntur ergo omnes actus humani proprie dicti, prout definiti sunt articulo primo, et solum excluduntur actus hominis; quia actus hominis sunt nobis communes cum agentibus per naturam, ut eodem articulo explicatum est, et de his ex professo agetur infra, articulo octavo.

Et licet universale: *omnia,* possit includere tum ea quae pertinent ad ordinem intentionis tum ea quae ad ordinem executionis spectant, ex ordine tamen articulorum constat quod maxime includit ea omnia quae pertinent ad ordinem executionis, in quo proprie loquendo invenitur *actio* et non solum appetitio seu volitio ut in ordine intentionis. Eo vel nagis quod *deliberatio,* atque ideo *operatio deliberata* pertinet ictricte ad ordinem mediorum seu executionis.

Additur tamen: *in ordine naturali,* hoc est, abstrahendo ib elevatione hominis ad ordinem supernaturalem, et considerando hominem et humanas actiones et volitiones intra imites propriae naturae secundum se.

Dicendum est ergo quod per phrasim: *omnia quae vult in irdine naturali,* intelliguntur formaliter omnes et solae volidones et actiones humanae seu deliberatae quae sunt circa media seu in ordine executionis, intra limites solius naturae, praesupposita volitione et intentione ultimi finis.

823. Postremo dicitur: *velit propter finem ultimum naturalem,* hoc est, velit et agat propter hunc finem iam intentum, ordinando seu referendo volitiones et actiones in ipsum.

Ubi duo attente consideranda sunt. Unum, respectu *finis ultimi* naturalis, ad quem volitiones et actiones ordinantur, i Nomine ergo finis ultimi intelligitur unus finis numero, sicut determinatum est in articulo praecedenti; et quidem non l solum secundum *rationem* formalem finis, sed etiam secundum *rei* cui talis ratio applicatur, hoc est, «secundum *id in* i *τμο* finis ultimi ratio invenitur» \ Idem enim est finis ultimus qui consideratur in articulo praecedenti sub ordine intentionis et qui consideratur in praesenti sub ordine executionis; et quia ibi considerabatur secundum *rationem* et secundum tim finis, considerandus est etiam hic utroque modo, licet verum sit quod per se primo consideratur *ratio* finis ultimi, et nonnisi per se secundo *res* cui ratio illa applicatur, ut innuit Caietanus (h. 1., n.° i). Unde patet minus recte quosdam Commentatores excludere *rem* in qua ratio finis ultimi i invenitur, ut Serra, Sylvius, Billuart et alii (h. 1.), non videntes connexionem huius et praecedentis articuli.

824. Aliud attente considerandum est, *ex parte ordina-*

l *Hic* art. 7.

tionis sett relationis volitionum et actionum in talem finem, quae indicatur praepositione, *propter.* Nam loco: *velit propter,* in distributione articulorum S. Doctor habet: *ordinet.* Ordinare autem est *active dirigere* aut *referre,* ut alibi exponit S. Thomas 1. Neque agitur de ordinatione intentionis, sed de ordinatione executionis, ut ex dictis patet.

825. Haec autem ordinatio seu relatio volitionum et actionum in finem ultimum potest esse quadruplex, scilicet actualis, virtualis, habitualis et interpretativa.

Quae quidem diversae ordinationes, licet non semper eodem modo intelligantur a theologis, etiam thomistis, conabimur nos eas explicare secundum sensum ipsius S. Thomae.

826. *Actualis* ergo seu *formalis* ordinatio dicitur, quando volitio vel actus *actu proprio et explicite* refertur in ipsum finem ultimum; *virtualis* vero habetur, quando volitio vel actus non refertur in finem ultimum actu proprio et explicite, sed *alio actu priori ad finem relato in quo virtualiter et implicite volitio illa vel actus continetur* sicut effectus in causa, nam «*virtus* causae primae manet in omnibus causis secundis»2, et «omnis causa aliquo modo in effectu manet» 3.

Unde relatio virtualis fit *actu communi* in quo actus relatus continetur ut in causa, *non actu proprio et exphcito.* Ordinatio igitur virtualis se habet ad formalem seu actualem sicut implicita ad explicitam, et sicut voluntarium *in causa* se habet ad voluntarium *in se.*

827. Ordinatio *habitualis* quandoque confunditur cum ordinatione virtuali, quandoque vero ab ea distinguitur. Nam ordinatio *habitualis* dicitur ab *habitu* vel *dispositione* per modum habitus. Habitus autem vel dispositio quandoque sumitur *causaliter,* ut maxime accidit in habitibus operativis, et tunc actus sequens, qui causatur *ex habitu, virtualiter* continetur in illo atque ideo in actu priori qui erat causa talis habitus; et in hoc sensu idem valet ordinatio habitualis et ordinatio virtualis, ut videre est in S. Bonaventura eo vel magis quod virtus prioris actus manet quasi habitualiter in agente, ut inde prorfumpat in novos actus, et sic ordinatio actualis contraponitur labituali sicut actus habitui.

Sed quandoque habitus vel dispositio sumitur mere *entitative* et *concomitanter*, ita ut nullum realem influxum exerçât in actum et volitionem sequentem, et tunc actus sequens Qusatur ab agente *cum* habitu, at *non ex* habitu. Unde dicitir habitualis non formaliter seu reduplicative, sed materialiter seu specificative, quatenus scilicet *agens* est habitualiter rdinatum in finem ultimum, licet nihil actu agat; *actio* vero ton est ordinata. Et in hoc sensu stricto et distincto ab ordinatione virtuali seu habituali causaliter, sumitur ordinatio habitualis a S. Thoma et a Caietano 2.

Neque haec distinctio est adinventa pro hoc casu; nam ;am adhibemus etiam in aliis rebus, ut cum distinguimus nter agere *ex* metu et agere *cum* metu et inter agere *ex* ignorantia et agere *cum* ignorantia 3.

828. Itaque in ordinatione *virtuali* agens actu agit, sed ion actu eodem ordinat in finem ultimum, sed actu priori çuem antea produxit; at in ordinatione *mere habituali* non st necesse quod aliquid agat neque quod prius actu aliquid Egerit, sed sat est quod *agens* sit habitualiter ordinatum in inem ultimum per aliquem habitum ordinantem ipsum, licet alis habitus non sit immediate operativus.

829. Denique ordinatio seu relatio *interpretativa* supponit relationem mere habitualem et aliquid addit, scilicet ictum agentis vel opus eius *obiective referibile in finem* habitualiter acceptum et retentum, absque ulla actuali relatione in ipsum neque formali neque virtuali, quia relate ad agens est merus actus *hominis.*

Dicitur autem haec obiectiva referibilitas actus in finem, ordinatio *interpretativa;* quia, data habituali ordinatione agentis in finem, si agens *animadvertisset, ordinasset* eum de facto

1 *Supra,* art. 2, obi. 2 et corp.; *De Caritate,* 11 ad 2 et 3
2 *De Carit.,* 11 ad 2. J
3 I-II, 46, i c.

1 *II Sent.,* dist. 41, art. 1, q. 3 ad 6, edit. Quaracchi, t. II, p. 946 a.
1 *De Carit.,* 11 ad 3; Caietanus, In II-II, 24, 10, n.° 4.
» **1-11,6,6-8.**

in finem formaliter aut virtualiter, cum, *ut in pluribus,* agens agat secundum habitum suum.

Est ergo ordinatio *interpretativa* ordinabilitas obiectiva actus *hominis* mere habitualiter ordinati in finem ultimum, absque ulla actuali ordinatione in ipsum. Nam in ordine ad meram *potentiam* subiectivam consentiendi vel dissentiendi dicitur consensus vel dissensus *interpretativus*[1].

830. Ex his omnibus constat uno verbo quod ordinatio *actualis* est ordinatio agentis et actus in finem ultimum *actu explicite;* ordinatio *virtualis* est ordinatio agentis et actus in eundem finem *actu implicite;* ordinatio *mere habitualis* est ordinatio *agentis tantum et non actus* in illum finem, non per aliquem actum agentis, sed per solum habitum quem habet; ordinatio *interpretativa* est ordinatio *mere habitualis agentis et actus,* prout habitus dicit potentiam active ordinandi actum obiective ordinabilem in finem ultimum, licet actu non sit ullo modo ordinatus, neque explicite neque implicite.

Unde patet quod ordinatio interpretativa cadit media inter ordinationem virtualem et ordinationem mere habitualem; propter quod aliquando appellatur virtualis ex parte *operis,* per contrapositionem ad virtualem ex parte *operantis,* quae est virtualis proprie dicta.

Quaestio ergo est *an quilibet homo amnes suas volitiones et actiones humanas ordinet aliquo modo in finem ultimum unum numero a seipso volition et intentum ita ut, stante hac volitione et intentione finis, nulla actio aut volitio humana a tali ordinatione excludatur.*

B. *Quaestionis resolutio*

831. dicendum est quod, *stante eadem volitione et intentione unius ultimi finis, unusquilibet homo in ordine naturali consideratus ordinat omnes suas actiones humanas ad hunc ultimum finem naturalem unum numero assequendum.*

1 *De Vent.,* 25, 5 obi. 5 et resp.

832. *Probatur* duplici medio, scilicet medio *proprio* et medio *analogico.*

A) *Argumentum proprium* est quod primo loco proponit S. Doctor; et respondet articulo quarto ubi, ad probandam exsistentiam alicuius ultimi finis totius humanae vitae, sumebatur ut medium ordo *per se* in actionibus et anibus humanis tum *sursum* seu ex parte *intentionis,* tum *deorsum* seu ex parte *executionis.*

Hic autem, supposito ordine intentionis unius hominis id unum ultimum finem, ex articulo praecedenti, volumus probare eiusdem unitatem in ordine executionis, ex eo quod omnes actus huius ordinis sunt propter eundem finem.

Omnes actus humani ordinis executionis ordinantur ad assequendum *in re* eundem finem volitum et intentum actibus humanis ordinis intentionis. Atqui unius hominis est unus finis ultimus tantum volitus et intentus actibus ordinis intentionis, ut constat ex articulo praecedenti. Ergo, eadem intentione manente, omnes actus humani ordinis executionis eiusdem hominis ordinantur ad assequendum *in re* unum eundemque ultimum finem a seipso praevolitum et praeintentum actibus suis ordinis intentionis.

833. *Maior,* ubi unice potest esse difficultas, constat tum deductive seu a priori, tum inductive seu a posteriori.

A priori quidem, quia, ut patet ex articulo primo, ad primum, finis est *causa* secundum quod est *in intentione,* quod maxime intelligendum est secundum quod est *intentus ab agente,* ut ibidem probatum est. Et in hoc sensu est causa totius ordinis executionis, cum non sint actus humani alterius ordinis. Unde eo ipso quod finis in intentione ponitur causa finalis actuum humanorum, ponitur quod est causa omnium actuum humanorum pertinentium ad ordinem executionis. Ergo, per definitionem, omnes actus humani ordinis executionis sunt propter finem intentum ordine intentionis, non quidem de novo intendendum, sed assequendum vel obtinendum *in re.*

Maior igitur aequivalet huic; homo in omni sua actione humana agit propter finem, quae probata fuit articulo primo; nam actus humani stricte dicti, hoc est, plene liberi et deli-

berati, pertinent ad ordinem executionis, ut eodem loco ostensum est (nn. 248-254, 295-297).

834. *A posteriori* etiam idem apparet. Nam omnes actus humani ordinis executionis vel sunt *formaliter et immediate* possessivi *in re* finis praevoliti et praeintenti, vel *dispositive et mediate* tantum; nam tota ratio horum actuum est facere quod finis intentus habeatur *in re* seu *in effectu* et non solum in affectu, ut patet ex terminis. Constat autem quod acrus *formaliter et immediate* possessivi *in re* seu *in effectu* finis praevoliti et praeintenti *ordinantur* seu *referuntur* essentialiter ad talem finem, cum sint immediate circa ipsum; et haec ordinatio vel relatio est *actualis* seu *formalis,* et quidem *explicita.*

835. Actus vero *mediate seu remote disponentes* ad talem possessionem vel assecutionem, essentialiter etiam ordinantur ad eundem; *tum* quia dispositio tota quanta est ordinatur ad formam; *tum* etiam quia mediatum, totum quantum est, est propter immediatum, cum mediatum sit per aliud et immediatum sit per se, et omne quod est per aliud ordinatur ad id quod est per se; *tum* denique quia dispositio et medium sunt inchoatio quaedam formae et fims, et «semper inchoatio alicuius ordinatur ad consummationem ipsius» (hic. corp.). Et haec ordinatio *mediata et dispositiva* est realis quidem, sed *virtualis* tantum et *implicita,* quantum est de se.

Constat ergo quod omnes actus humani ordinis executionis ordinantur explicite vel implicite, formaliter vel virtualiter, immediate vel mediate, ad assequendum *in re* seu *in effectu* eundem finem ab eodem homine praevolitum et praeintentum *in affectu.* Et sic verum est quod homo agens propter finem ultimum praevolitum et praeintentum efficaciter *in affectu, agit* omnes actiones suas ordinis executionis propter hunc finem assequendum *in re* seu *in effectu,* easque ad talem finem ordinat formaliter vel saltem virtualiter.

836. B) *Argumentum analogicum* est duplex: *unum, ex* proportione inter ordinem causarum finalium et ordinem causarum agentium; *aliud,* ex proportione inter ordinem actuum voluntatis et ordinem actuum intellectus circa propria obiecta utriusque potentiae.

837. a) *Ex analogia inter ultimum finem relate ad cetewi fines et primam causam efficientem relate ad ceteras causas efficientes,* quam proponit S. Thomas hic, in secundo loco, ha se habent fines proximi et intermedii ad finem ultimum n movendo finaliter voluntatem humanam, sicut se habent rausae secundae seu moventia mota ad causam primam in novendo efficienter. Atqui causae secundae efficientes non novent seu causant efficienter nisi propter motionem accepam a causa prima. Ergo neque fines proximi et intermedii novent finaliter voluntatem nisi propter motionem acceptam i fine ultimo, qui ideo primo et maxime movet voluntatem in omni sua actione humana. Consequenter omnis actio humana est propter ultimum finem, hoc est, ordinatur seu refertur necessario ad ultimum finem.

838. *Maior,* constat ex proportione inter causam finalem et efficientem et inter modum et ordinem causandi utrobique. Haec enim genera causarum sibi mutuo correspondent quoad omnia, cum causa finalis sit propria causa causalitatis causae efficientis, atque ideo proportio haec est sicut inter propriam formam et proprium effectum formalem.

S39. *Minor* vero patet ex I, q. 2, art. 3. Revera enim inter plures causas efficientes *per se ordinatas,* causa proxima non causai nisi ut causata vel mota a causa priori seu remota, quae rursus non causât vel movet proximam nisi ut mota vel causata a Causa Prima, quae est causa pura non causata neque causabilis; secus esset processus in infinitum, quod esse impossibile ostensum est articulo quarto.

Iam vero Causa Prima prius et vehementius causât in ceteras causas et earum effectus quam ipsae causae secundae; quae quidem, licet causare possint immediate effectum suum immediatione *suppositi,* non tamen immediate immediatione *virtutis;* sic enim causare est proprium Primae Causae, cui per se primo seu immediate convenit virtus causativa seu esse causae, tum quasi in actu primo, tum in actu secundo.

Ergo virtus causativa Primae Causae extenditur ad omnes causas secundas et ad omnes earum actiones causales, quae ideo nihil causant neque causare possunt nisi in virtute

Causae Primae, quae est omnibus causis et actionibus et effectibus immediatissima.

Propter quod S. Thomas egregie scribit: «operatio reducitur sicut in principium in duo: in ipsum *agentem* et in *virtutem* agentis, qua mediante exit operatio ab agente. Quanto autem agens est magis proximum et immediatum, tanto virtus eius est mediata, et primi agentis virtus est immediatissima; quod sic patet in terminis: sint A, B, C, tres causae ordinatae, ita quod C sit ultima quae exercet operationem; constat tunc quod C exercet operationem per virtutem suam, et, quod per virtutem suam hoc possit, hoc est per virtutem B, et ulterius per virtutem A. Unde si quaeratur: quare C operatur? respondetur: per virtutem suam; — et quare per virtutem suam?; — propter virtutem B. Et sic quousque reducatur in virtutem Causae Primae, in quam docet Philosophus quaestiones resolvere» \

S40. Similiter ergo ceteri fines infra ultimum non causant finaliter movendo voluntatem nisi ut moti a fine ultimo, in cuius virtute movent; et ideo virtus motiva finaliter ultimi finis est immediatissima omnibus finibus qui sunt infra ipsum et omnibus actionibus et effectibus eorundem. Et quia isti effectus sunt actus humani omnes pertinentes ad ordinem executionem, manifestum est quod omnes actus humani ordinis executionis sunt immediate causati immediatione virtutis propter ultimum finem; et hac universali et intima virtute omnes illi actus ordinantur in illum ultimum finem obtinendum *in re.* Unde S. Doctor ait: *«virtus* primae ordinationis manet *in omnibus sequentibus,* sicut et *virtus* ultimi finis manet *in omnibus finibus* ad ipsum ordinatis»2.

Quod si hoc negatur, ipsa exsistentia ultimi finis humanae vitae de medio tollitur.

Patet igitur quod istae duae rationes S. Thomae resolvuntur in articulum primum et in articulum quartum huius quaestionis. Negata prima ratione, ruit totus articulus primus; negata secunda, pessumdatur totus articulus quartus.

I Sent., dist. 37, 1, 1 ad 4.
II Sent., dist. 40, 5 ad 7. [Cf. etiam *De Caritate,* u ad. 2].

841. b) *Ex analogia inter ultimum finem relate ad actus voluntatis et primum principium relate ad actus intellectus.* Ita se habet appetitus ultimi finis ad ceteros actus voluntatis, qui sunt actus humani, sicut se habet cognitio primi principii intellectus ad ceteros actus rationis. Atqui «cognitio primi principii in speculativis est causa cognitionis omnium aliorum» quae sunt post ipsum. Ergo similiter «appetitus ultimi finis est causa appetendi omnia alia quae sunt ad finem», nempe ceterorum omnium quae sunt post ipsum; et ita ceteri actus voluntatis seu humani qui sunt *post* ipsum, sunt *per* et *propter* ultimum finem 1.

842. *Maior* patet ex principio saepius repetito, quod ita se habet finis in operabilibus sicut principium in speculabilibus. Sicut autem se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet tale ad tale. Unde sicut se habet primum principium cognitionis in speculabilibus, ita se habet ultimus finis in operabilibus a voluntate; et sicut se habent secunda principia cognitionis in speculabilibus, ita se habent fines secundi, nempe intermedii et proximi, in operabilibus.

843. *Minor* vero constat ex principio explicato supra, articulo primo, in *sed contra,* nempe quod «illud quod est primum in quolibet genere et maximum, est causa [omnium] eorum quae sunt post»2.

Et revera «omnia principia [cognitionis naturalis] reducuntur ad hoc sicut ad primum: *impossibile est simul affirmare et negare»,* in quo cetera omnia principia et omnes reliquae cognitiones implicite continentur 3. Et inde est quod *«omnis* specifica cognitio derivatur ab aliqua certissima cognitione, circa quam error esse non potest, quae est cognitio primorum principiorum universalium, ad quae *omnia* illa cognita examinantur et ex quibus *omne* verum approbatur et *omne* falsum respuitur»4.

Et similiter «in operibus humanis, ad hoc quod in eis

IV Sent., dist. 49, I, 3, qla. 4·
2 *IV Sent.,* loc. cit.
3 II-II, I, 7.
De Verit., 16, 2.

aliqua rectitudo esse possit, oportet esse aliquod principium permanens, quod rectitudinem immutabilem habeat, ad quod *omnia* opera examinantur; ita quod illud principium permanens *omni* malo resistat et *omni* bono consentiat». Et hoc est synderesis secundum quod primo et per se continet primum principium rationis practicae, quod est principium de ultimo fine primo et per se et maxime prosequendo in omni opere humano \

844. Non est tamen necessarium quod singuli actus humani explicite et formaliter resolvantur in ipsum ultimum finem, sed sat est quod actus ordinis executionis virtualiter ordinentur in ipsum, cuius virtute fines secundarii et proximi immediate immediatione suppositi movent hominem agentem ad actus illos; sicut et in demonstrationibus non est necesse quod semper fiat explicita et formalis resolutio usque ad primum principium, sed sat est resolvere conclusionem in proprium principium, quod movet intellectum in virtute primi principii in quo virtualiter et implicite continetur 1. Iure igitur concludit S. Doctor quod «ultimus finis est quod est primo et per se volitum ab agente, et propter hoc agit agens *omne* quod agit» 3.

845. Ex quibus apparet quod omnes actus humani ordinis executionis unius hominis ordinantur in unum finem ultimum a seipso praevolitum et praeintentum assequendum, quandiu haec volitio et intentio manet. Quae quidem ordinatio seu relatio non semper potest esse actualis et formalis et explicita, data nostra conditione psychologica in praesenti statu unionis ad corpus corruptibile; at neque necessaria est ad hoc ut propter illum vere et realiter agamus. Sed non sufficit ordinatio mere habitualis, quae potius est ordinatio agentis in actu primo quam ordinatio actionum in actu secundo. Neque etiam sufficit ordinatio mere interpretativa, hoc est, nullo modo praesupposita aliqua ordinatione actuali

1 *Ibid.* [Cf. *De Verit.,* 5, 1 c.]

II Post., lea. 3, n.° 1; lect. 18, ŋ.» 4; lect. 20, nn. 4-5; 7Γ *Sent.,* dist. 49> i, 3j qla· 4 ad 6.

3 *Compend. Theologiae,* I P., cap. 100.

ordinis intentionis, quia in ordine naturali non datur aliquis habitus innatus quo ad ultimum finem simus naturaliter ordinati, sicut in ordine supernatural! ordinamur in finem ultimum habitu infuso gratiae et caritatis.

846. Sed *omnino requiritur cognitio et appetitio quaedam praevia ipsius finis ultimi secundum se et directe,* antequam ceteri actus humani ordinis executionis exerceantur propter talem finem assequendum. Haec tamen cognitio finis ultimi *non est necesse quod sit cognitio scientifica et quasi in actu signato, sed sat est quod sit cognitio vulgaris et in actu exercito,* sicut et de cognitione finis pro vero actu humano dictum est articulo primo. Quod si nullo modo praecognosceretur ab homine ratio finis ultimi, nullo modo posset ordinare in ipsum actus suos ut homini competit; et sic non alio modo ageret propter ultimum finem quam cetera agentia inferiora, quod absurdum est.

847. Dicendum est ergo quod omnes actus suos ordinat, saltem *virtualiter,* in finem ultimum. «Ad cuius evidentiam, ait S. Thomas, considerandum est quod, sicut in causis efficientibus *virtus* primae causae manet in omnibus causis secundis, ita etiam *intentio* principalis finis [qui maxime est finis ultimus] *virtute* manet in omnibus finibus secundariis; unde quicumque *actu* intendit aliquem secundarium, *virtute* intendit finem principalem. Sicut medicus, dum colligit herbas, *actu* intendit conficere potionem, nihil fortasse de sanitate cogitans [actu]; *virtualiter* tamen intendit sanitatem, propter quam potionem dat» 1.

848. C) Et notandum, quod haec doctrina S. Thomae de praevia cognitione et intentione ultimi finis *tota fundatur in eius sententia de primo cognito rationis speculativae et rationis practicae, cui corresponds sententia de primo volito humanae voluntatis*2; sicut ex adverso, sententia Scoti et aliorum theologorum impugnantium S. Thomam fundatur in doctrina contraria, de primo cognito et de primo volito. Qua de causa defendunt ordinationem mere habitualem vel inter-

1 *De Caritate,* n ad 2.

: I-II. io. I.

MunMMSR!

pretativam sen virtualem ex parte *operis,* non ex parte *operantis.*

At, ut paulo supra dicebamus, haec ordinatio ex pane *operis* tantum, quae est mera *ordinabilitas,* eodem modo invenitur in actibus *hominis;* et sic, relate ad ultimum finem, *nulla esset differentia per se* inter actus *hominis* et actus *humanos;* immo, neque inter modum agendi *hominis* propter suum ultimum finem et modum quo propter ultimum finem suum agunt *bruta animalia et alia inferiora agentia.*

849. Et inde est quod S. Doctor tenet homini, cum primo venit ad usum expeditum rationis, «primum quod tunc cogitandum ei occurrit, est deliberare de seipso» per relationem ad ultimum finem, quia «finis est prior in intentione», et ultimus finis debet esse maxime primus \

850. Defendere autem hanc doctrinam S. Thomae contra eam impugnantes ex alia ratione et ex alio ordine, ut tempore baianismi et iansenismi factum est, non est huius loci. Neque oportet eam diminuere, ut facilius defendatur, quemadmodum quidam thomistae fecisse videntur cum Billuart; non enim potest diminui doctrina necessario deducta ex metaphysica causae finalis et ex naturali structura humani intellectus et humanae voluntatis, quin ipso facto destruatur.

Sed difficultates illae aliunde efficaciter solvi possunt, intacta doctrina praesenti.

C. *Solvuntur dificultades*

851. Quia in hoc articulo agitur de ordinatione omnium, quae homo agit aut vult in ordine exeeutionis, ad ultimum finem praevolitum et praeintentum, difficultates possunt oriri ex duplici capite: primo, ex parte volitionum vel actionum, hoc est, ex parte *ordinandorum* in finem illum, quasi ex parte ordinationis *passivae;* secundo, ex parte ipsius *ordinationis*

I-II, 89, 6 corp, et ad 3.

activae per totum tempus humanae vitae seu humanorum volitionum et actionum.

852. Ex parte quidem ordinationis *passivae* seu *ordinabilitatis* volitionum et actionum in finem ultimum, videtur requiri quod omnia ordinabilia in finem habeant rationem *nilis;* utile enim dicitur quod ad finem ducit aut saltem lucere potest: quod autem ad finem non est ductivum, dicitur *inutile.* Unde, si in volitionibus et actionibus humanis sit diquid *inutile,* illud non est ordinabile in finem ultimum.

lam vero in actionibus humanis est aliquid *inutile* ex duplici parte: uno modo, quasi *deorsum,* quia scilicet dantur quaedam humanae actiones *infra utilitatem,* sicut sunt actiones ludicrae vel iocosae; alio modo, quasi *sursum,* quia dantur quidam actus humani *supra* utilitatem, ut sunt actus speculativi seu contemplativi.

853. Ergo S. Doctor ordinatissime movet tres difficultates, quarum duae *priores* sunt ex parte *ordinabilitatis passivae* seu *inutilitatis* quarundam actionum, scilicet prima ex parte *inutilitatis privative* sumptae, quae est inutilitas *proprie* dicta, *per defectum* et quasi *deorsum;* alia vero ex parte *inutilitatis negative aut contrarie* sumptae seu *large dictae,* quae est inutilitas *per excessum* et quasi *sursum:* — tertia et ultima procedit ex parte ipsius *ordinationis activae.*

854. Constat autem quod prior naturaliter et gravior est inordinabilitas passiva seu obiectiva quam inordinabilitas activa vel subiectiva, quia quod obiective est inordinabile ad Unem, subiectum non potest illud active ordinare in finem; et similiter in ipsa inordinabilitate passiva seu obiectiva maior et prior est inordinabilitas per defectum seu privativa quam inordinabilitas per excesum seu contraria, eo quod haec secunda coincidere videtur cum ipso fine seu termino ordinationis.

855. *Obiecti0 prima,* quae procedit *ex inordinabilitate quanmdam actionum privativa seu per defectum.* Ea tantum sunt ordinabilia in finem ultimum quae *seria* sunt, cum finis ultimus sit res gravissima et valde seria. Atqui quaedam actiones humanae non sunt *seriae,* quia sunt *iocosae,* et iocosa contradistinguuntur a seriis. Ergo quaedam actiones humanae non

sunt ordinabiles in finem ultimum; et sic non omnes actiones humanae ordinantur in finem ultimum.

856. *Responsio. Disc. Mai.:* ea tantum sunt ordinabilia in finem ultimum quae seria sunt, directe et per se ordinabilia, *conc.;* indirecte per aliud ordinabilia, *nego.*

Cone. Min. et *nego Consequens et Consequentiam.*

857. Aliqua possunt esse ordinabilia in finem obiectivum seu *cuius gratia* dupliciter: uno modo, *per seipsa et directe.,* quia de se bonitatem habent et honestatem, et ista dicuntur *seria;* alio modo, *indirecte et per aliud,* quia per se primo delectabilia sunt et directe ordinantur ad quietem et recreationem agentis tanquam ad finem *cui.* Quia tamen haec recreatio et quies ulterius ordinatur ad operationem *seriam* fortius et perfectius exequendam, inde est quod operationes ludicrae seu iocosae ordinantur indirecte et per aliud in finem obiectivum seu *cuius gratia,* et consequenter ordinabiles sunt hoc modo in ultimum finem; unde et possunt esse materia alicuius virtutis moralis, quae dicitur *eutrapelia.*

Propter quod S. Thomas ait: «ipsae *operationes* ludi, secundum suam *speciem,* non ordinantur ad aliquem finem [obiectum seu *cuius gratia],*[1] sed *delectatio* quae in talibus actibus habetur, ordinatur ad quandam animae recreationem et quietem» Et homo indiget aliquando ludis, quia non potest continuo laborare neque labore corporali neque labore spirituali [2].

Ludus ergo non est omnino inutilis, sed «est utilis propter delectationem et quietem; delectatio autem et quies non propter se quaerentur in humana vita, sed propter operationem» honestam seu virtuosam [3]; et ita est ordinabilis in ultimum finem.

858. *Obiectio secunda,* quae procedit *ex inutilitate per excessum quarundam actionum.* Actiones speculativae seu contemplativae non sunt ordinabiles in alium finem, quia propter seipsas quaeruntur. Atqui quaedam actiones speculativae

II-II, 168, 2 ad 3. [Cf. III *Contra Gent.,* 25, arg. 6],
[2] *Ibid.,* corp.
[3] *Ibid.,* art. 4.

ion sunt ipse ultimus finis, etiam *quo.* Ergo saltem istae ictiones speculativae, quae sunt actiones humanae non ordilantur in ultimum finem.

859. *Responsio. Dist. Mai.:* actiones speculativae non sint ordinabiles in alium finem *cui, nego;* in alium finem *:iius gratia, subdist.:* in finem alium quasi *operatum* ab ipsis, *one;* in finem alium *possidendum et attingendum* per ipsas, *qo.*

Concedo Min., et nego *Consequens et Consequentiam.*

860. Actiones speculativae seu contemplativae dicuntur *sutiles per excessum,* quia scilicet habent quendam finem a seipsis; sicut ipsi fines ut fines dicuntur inutiles, quia, *l sic,* non ordinantur in alium finem. Qua de causa Phibsophia Prima dicitur maxime inutilis, quia est maxime ibera et sui iuris: et similiter Deus est in summo inutilitais, quia nullo modo potest alii subiici[1].

861. Attamen, etiam istae operationes habent suam finaitatem. Ordine quidem naturali, operationes speculativae orlinantur ex una parte ad perfectionem ipsius speculantis, qui deo est earum finis *cui*[2]; ex alia vero ordinantur ad proprium riectum speculabile possidendum, quod est earum finis *'dius gratia.*

862. Et isti duo fines sunt communes omnibus actionibus speculativis. Sed insuper dantur gradus in speculatione. Speculationes ergo inferiores et imperfectae natura sua ordiuntur ad perfectam et consummatam speculationem, quae st ultimus finis *quo,* veluti operatio *formaliter* possessiva dumi finis *cuius gratia.* Ergo eo ipso quod quaedam actiones speculativae non sunt ipse ultimus finis *quo,* sequitur eas naturaliter ordinari, sicut in finem, in supremam et ultimam speculationem, quae est ultimus finis *quo,* eaque mediante in diimum finem *cuius gratia.*

863. Aliunde etiam perfectio quam secum ferunt istae itiones, cum sit quaedam perfectio speculantis quae conti-

[1] *In I Metaph.,* lect. 3, nn. 58-65.
[2] *III Sent.,* dist. 35, 1, *2,* qla. 1, edit, cit., n.° 32.

netur sub universali et totali perfectione ultimi finis simpliciter, specificative seu materialiter ut bona quaedam—abstractione facta a formali et reduplicativa consideratione speculationis — reducuntur et ordinantur in bonum totale, quod est ultimus finis.

Sive ergo sumantur reduplicative ut speculationes sive specificative ut bona quaedam seu perfectiones speculantis, reducibiles et ordinabiles sunt in ultimum finem.

864. *Obiecti0 tertia,* quae procedit *ex impossibilitate ordinationis activae omnium actuum in finem ultimum.* Quicumque ordinat aliquid in finem ultimum, *cogitat* de fine ultimo; quia ordinatio activa est actus rationis, quae semper agit cum cognitione, ut patet ex terminis. Atqui, etiam supposito ultimo fine volito et intento, homo non semper, quando agit aut vult, *cogitat* de ultimo fine, ut experientia constat: — neque etiam potest semper de ipso ultimo fine cogitare quandiu sumus in hoc corpore mortali, quod aggravat animam. Ergo homo nec semper neque omnia quae vult aut agit ordinat ad ultimum finem.

865. *Responsio. Dist. Mai.:* quicumque ordinat aliquid in ultimum finem, *cogitat* de ultimo fine, eo modo quo illud aliquid ordinat in finem ultimum, *conc.;* alio modo, *nego.*

Dist. Min.: homo non semper, quando aliquid agit aut vult, *cogitat* de ultimo fine, non semper *cogitat* actu et explicite, *cone.;* non semper *cogitat* virtualiter et implicite, *nego.*

Et nego *Consequens et Consequentiam.*

866. Revera omnis ordinatio activa in finem ultimum, cum sit essentialiter actus rationis ordinantis, supponit cognitionem et cogitationem aliquam de fine ultimo. At, tum ordinatio tum cogitatio illa non stant in aliquo indivisibili, sed magnam latitudinem admittunt; nam, ut ex supra dictis patet, alia est ordinatio actualis et formalis seu explicita, et alia ordinatio virtualis seu implicita; et similiter, alia est cogitatio actualis et explicita finis ultimi, alia est cogitatio virtualis et implicita.

Quando ergo homo formaliter et explicite ordinat actionem aliquam in finem ultimum, actualiter etiam et explicite cogitat de fine ultimo; quando vero solum virtualiter et implicite ordinat actiones suas in talem finem, virtualiter tiam et implicite cogitat de fine.

867. Et hic secundus modus cogitandi de fine et ordiandi actiones in finem ultimum, sufficit ad agendum vere *i* proprie propter ultimum finem, et est semper homini possibilis et semper realiter datur quandocumque homo opejtur humano modo; nam virtus primae cogitationis et primae intentionis ultimi finis manet in qualibet cogitatione et jialibet volitione et operatione sequenti, quandiu prima inmtio non est retractata, etiamsi actu et explicite non cogitet £ fine, neque actu et explicite ordinet actiones suas in nem: «sicut, inquit graphice S. Thomas, non oportet quod ui vadit per viam, in quolibet passu cogitet [actu et explile] de fine»[1],

868. *Corollarium.* Ex quibus omnibus apparet *definitio .alis et essentialis ultimi finis simpliciter totius humanae vitae l genere seu in communi consideranti.* Nam, ut constat ex 3S0 processu exsistentiae alicuius ultimi finis simpliciter otius vitae humanae, finis ultimus nullo modo finitur vel uibilis est ab alio fine, sed est finis purus, sicut Prima ausa efficiens est causa pura, non causata neque causabilis b alia priori causa; ceteri vero fines citra ultimum sunt fines •.liti ab alio fine, nempe a fine ultimo saltem, sicut ceterae nisae efficientes citra Primam sunt causae causatae vel lotae ab alia causa, scilicet saltem a Prima Causa.

Ergo finis ultimus debet definiri *relative* ad alios fines itra ipsum, dicendo quod ipse finit omnes alios fines seu uod *ceteri omnes fines sunt propter ipsum;* et *negando* seu ■*emovendo* ceteros fines ab ipso, dicendo quod finis ultimus M finitur alio fine seu *non est propter alium finem;* et *eleindo* ad summum ipsam rationem formalem ceterorum rium seu finis ut sic, dicendo quod finis ultimus *propter iipsum* appetitur et quaeritur.

Unde ex ceteris finibus pervenimus ad notionem finis -finii triplici via, nempe via *causalitatis:* ceteri omnes fines 5 actiones sunt propter ipsum; — via *excellentiae:* ipse est

[1] *Hic,* ad 3.

volitus et quaesitus propter se; — et via *remotionis:* ipse non est volitus neque quaesitus propter alium.

Et sic habetur sequens definitio *ultimi finis simpliciter* in communi totius humanae vitae: *propter quem sunt ceterifine et omnes actiones, ipse autem propter seipsum et non propter aliquem alium.*

869. Quam definitionem fere totidem verbis tradidit S. Thomas, cum ait: «quicumque finis est talis, quod alia volumus propter ipsum, *et* ipsum volumus propter seipsum, *et* non propter aliquid aliud, — ille finis non solum est bonus, sed est *optimus»,* hoc est, ultimus simpliciter U

Et singulas particulas justificavit articulis quarto, quinto et sexto huius quaestionis. Nam quod ipse non sit propter alium finem, ostendit articulo quarto; quod sit propter seipsum, probavit articulo quinto; quod ceteri fines et omnes actiones humanae sint propter ipsum, concludit hoc articulo sext0

Cui definitioni consonat etiam definitio S. Augustini dicentis quod «illud est finis boni nostri [= finis ultimus] propter quod appetenda sunt cetera, ipsum autem propter seipsum»2; eamque refert S. Thomas, hic, in *sed contra.*

Et Tullius Cicero praeclaram appellat definitionem ultimi finis, quam dabat vel ipse Epicurus, nempe «id esse quo omnia, quae recte fierent, referrentur, neque id ipsum usquam referretun>3.

870. Quae omnia radicitus et profunde resolvuntur in hoc, quod unius hominis non potest esse simul nisi unus ultimus finis tum in ordine intentionis tum in ordine executionis; inde enim venit quod ipse sit propter seipsum et non propter alium, ceteri vero sint propter ipsum.

Finis ultimus est finis *proprius hominis in quantum est homo,* cum sit finis *proprius totius humanae vitae;* iam vero «finis *proprius* alicuius rei semper est *unus» 4.*

I Ethic., lect. 2, n.° 19. Vide etiam *II Metaph.,* lect. 4, n.° 316.
2 *De Civitate Dei,* lib. XIX, cap. 1, n.° 1. ML. 41, 621.
3 *II definibus,* cap. 2, edit, cit., t. II, 130.
III, n, 2 ad i.

§ II

HOMO OMNIA QUAE VULT IN ORDINE SUPERNATUTALI, \tlit propter ultimum finem supernaturalEM

Qua^10 est quando homo est *in statu gratiae,* *lue ^e0 vu^ et. ^tendit eificacitei finem ultimum superituralem, nam, si sit in statu peccati mortalis, revera finem «um atomum ponit in aliquo bono commutabili, quod sive sP^c*te s^ve implicite l educitur ad ipsum hominem peccatoim. Unde §. Thomas scribit: «cum autem in bonis commutabilibus, quae homo inordinate convertitur per pecltum ~ Qmdam ordo secundum quod unus est finis alte:us —semper autem ea quae sunt ad finem sint plura quam ;se oportet ut, quanto radix peccati sumitur proultimo, tanto inveniantur pauciores radices, *:in^ autem ultimus in amore commutabilium bonorum est ipse vmo,* propter quern omnia alia quaerit; et ideo, si radix accati accipiatur *ex parte ipsius peccantis, erit una;* si autem amatur ex parte eorum quae propter seipsum peccans iiaerit, erunt plures»1. Qua de causa, post S. Augustinum, :ocet quod amor inordinatus sui est *principium omnis peccati;* .ilia est ultimus finis peccatoris 2.

872. B. DICENDUM EST ERGO QUOD *omnia quae homo vult 't agit humano modo seu ex voluntate deliberata quandiu est in ^gratiae, vult et agit propter ultimum finem supematuralem.*

873. *Probatur,* tum ex auctoritate divina, tum ex ratione theologica.

A) *Ex auctoritate divina.* Concilium Tridentinum docet quod nemo, quamtumvis iustificatus liber est ab observatione mandatorum Dei et Ecclesiae3. Tenetur ergo ad observan-

1 *II Sent.,* dist. 42, 2, 1.
I-II, 87, 4-
3 Denz., nn. 804 et 830.

tiam totius Legis naturalis et supematuralis Dei et Ecclesiae, Haec autem observantia supponit quod omnia quae vult et agit *ex cantate* fiant, secundum illud: *«omnia* vestra *in cariiau* fiant» \ quae est plenitudo Legis et finis praecepti1.

Et in hoc sensu Tridentina Synodus adducit verba S. Pauli: «sic *currite ut comprehendatis»* 3, et S. Petri: *asatagiu* ut, per bona opera, certam vestram vocationem et electionem faciatis» 4.

Sed praesertim urgent celeberrima verba Apostoli: «sive ergo manducetis sive bibetis sive aliud quid facitis, *omnia in gloriam Dei facite» 5: «omne* quodcumque facitis in verbo aut in opere *omnia in nomine Domini lesu Christi,* gratias agentes Deo et Patri per ipsum»6.

Similiter et Christus lesus dixit: «oportet *semper* orare et non deficere» 7. Cui consonat Paulus: *«sine intermissione* orate» 8. Quod intelligendum est non de ipsa oratione proprie dicta secundum se, sed de causa vel motivo seu fine orationis, qui est caritas, quae actu vel virtute manet in omnibus quae ex caritate facimus 9; nam *«vis prima,* quae movet intentionem, *manet in toto opere,* etiamsi aliquando in aliquo particulari divertat» 10.

Unde et Ecclesia singulis diebus primo mane a Deo petit: «actiones nostras, quaesumus Domine, adspirando praeveni et adiuvando prosequere, ut *cuncta nostra oratio et operatio a le semper incipiat et per te coepta finiatur».*

Merito ergo Leo XIII, docet quod ad finem ultimum

1 *I Cor.,* XVI, 14.
3 *I Tim.,* I, 5; *Rom.,* XIII, 10.
3 *I Cor.,* IX, 24.
4 *II Pet.,* I, 10.
6 *I Cor.,* X, 31.
8 *Coi.,* III, 17.
7 *Luc.,* XVIII, i.
8 *I Thés.,* V, 17.
9 II-11,83,14.
10 *In I Cor.,* cap. 14, lect. 3, edit, cit, p. 377 a.

upematuralem sunt *«cogitationes* atque *actiones referendae onnesi* \

874. B) *Ex ratione theologica.* Ita se habet dilectio cajtativa ultimi finis supematuralis ad totam humanam activism hominis iusti, sicut se habet naturalis dilectio ultimi his naturalis ad totam humanam activitatem hominis in rdine naturali considerati. Atqui dilectio naturalis ultimi his naturalis est causa omnium actuum humanorum ordinis secutionis intra ordinem naturalem, eiusque influxu et virate omnes actiones humanae ordinantur in finem ultimum aturalem. Ergo similiter dilectio supematuralis caritativa Jtimi finis supematuralis est causa omnium actuum huma-Orum ordinis executionis hominis iusti, eiusque virtute et nfluxu omnes actus humani hominis iusti ordinantur ad inem ultimum supematuralem. Et sic homo iustus omnia |uae vult et agit, agit et vult propter ultimum finem superlaturalem.

875.*Maior* patet ex analogia seu proportione quae viget nter ordinem naturalem et ordinem supematuralem humane vitae. Quae quidem analogia importat proportionem inter *ibiecium* utriusque ordinis, maxime obiectum formale et prinarium, quod est ultimus finis obiectivus; et inter *actum* proprium utriusque ordinis circa ipsum; et inter *modum* et ifficaciam causalitatis obiecti et actus primarii in obiecta et ictus secundarios. Nam haec tria essentialiter requiruntur in itroque ordine.

lam vero, proportio ex parte *obiecti* formalis seu primarii est proportio finis ultimi naturalis et supematuralis, quod est primum principium *obiectivum* ordinis utrobique; — proportio ex parte *actus* primarii, est proportio volitionis seu amoris finis ultimi naturalis et finis ultimi supematuralis, et hi actus sunt primum principium *subiectivum* ordinis in utraque serie: — tertio, proportio *causalitatis* est similis influxus utrobique primi obiecti in obiecta secundaria et primi actus in actus secundarios, qui pertinent ad ordinem executionis.

1 Encycl. *Tametsi futura prospicientibus,* die I novembris 1900, t. VI, p. 164.

Et quidem primus actus in ordine naturali est amor naturalis ultimi finis naturalis, cuius virtus se extendit ad totam humanam activitatem naturalem ordinis executionis, ut paulo supra vidimus.

876. Et similiter primus actus efficax et perfectus in ordine supematurali est amor supematuralis caritativus ultimi finis supematuralis. Unde S. Thomas dicit «caritas tendit in ultimum finem [supernaturalem] *sub ratione ultimi finis*»[1]. Et virtus eius se extendit ad totam activitatem humanam hominis iusti, informans omnes actus omnium virtutum[2] eosque referens seu ordinans active ad ipsum ultimum finem adipiscendum *in re* per viam meriti. Propter quod idem S. Doctor ait quod de ratione caritatis est «quod Deus — qui est ultimus finis supematuralis — diligatur super omnia et quod homo totaliter se ei subiiciat, *omnia sua referendo in ipsum*» [3].

Ac saepius expresse tradit proportionem inter naturalem dilectionem ultimi finis naturalis et supernaturalem dilectionem caritativam finis ultimi supematuralis [4].

877. *Minor* patet ex dictis in toto isto articulo sexto, et expresse etiam docetur a S. Doctore in I, 60, 2; 82, 1-2; 83, 4; I-II, 9, 3; 10, i, et pluribus aliis locis, quod scilicet dilectio naturalis est causa omnis dilectionis electivae.

Patet ergo quod caritas hominis iusti, quandiu adest, omnia opera et volitiones eius pervadit et vivificat, cum sit forma omnium virtutum et actuum eius, et omnem humanam activitatem efficaciter *ordinat* in ultimum finem supernaturalem; qua de causa, caritati convenit per se primo esse maxime et universaliter *ordinativa* omnium [5], ordine supremo et ultimo, qui est ordo ultimi finis supematuralis. Unde S. Doctor profunde dicit: «*quia* caritas habet pro obiecto ultimum finem [supernaturalem] humanae vitae..., *ideo extendit se ad actus totius humanae vitae* per modum *imperii*» [1].

878. Haec tamen ordinatio, quandiu in hac vita mortali sumus, non semper est actualis et explicita; at semper debet esse saltem virtualis in iusto adulto. Propter quod iterum S. Thomas scribit: «omnia *actu* referre in Deum non est possibile in hac vita, sicut non est possibile quod semper de Deo cogitetur; hoc enim pertinet ad perfectionem patriae, sed quod omnia *virtute* referantur ad Deum, hoc pertinet ad perfectionem caritatis, ad quam omnes tenentur» [2]. Et rursus: *virtualiter* referre omnia in Deum, cadit sub praecepto caritatis, cum hoc nihil aliud sit quam habere Deum ultimum finem»[3].

Immo, et quantum est de se, haec virtualis ordinatio caritativa est multo efficacior et vigorosior quam ordinatio amoris naturalis in finem ultimum naturalem, quia semper gratia est fortior et efficacior natura.

879. C. Neque est difficultas de actu peccati venialis exerciti ab habente caritatem; nam peccatum veniale, sive ratione materiae sive ratione actus, est quid imperfectum in genere moralitatis et actus humani. Aut enim versatur circa contingenter ordinabilia ad ultimum finem, aut — quod plerumque accidere solet — actus eius non est plene et perfecte humanus, quia non resolvitur usque ad rationem superiorem; et ideo est mera dispositio remota et contingens ad peccatum mortale[4]. Non est autem inconveniens quod quaedam dispositiones remotae simul maneant cum forma opposita, cum non sint nisi reliquiae quaedam *in corrumpi* contrariae formae iam expulsae. Et ita peccata venialia sunt dispositiones quaedam ad formam oppositam caritati, quae est peccatum mortale, non tamem formaliter resolutae in formam illam, quae nondum adest, sed per accidens causatae ex imperfectione habentis caritatem. Non ergo referuntur *perfecte* ad ullum ultimum finem, sed agens ea producens manet *habitualiter* ordi-

[1] II-II, 26, i ad i.
[2] II-II, 23, 8.
[3] II-II, 24, 12.
[4] I, 60, 5; I-II, 109, 3; II-II, 26, 3 et alibi passim.
[5] IMI, 25, i.

II-II, 23, 4 ad 2. [Cf. *III Sent.,* d. 26, 2, 2 ad 2].
De Caritate, 11 ad 2.
Ibid., ad 3.
I-II, 74» 3-4> 6-7, 9-io; 88, 3.

natus ad ultimum finem supernaturalem per habitum caritatis in eo residentem, ad quem illa neque actu neque virtute referuntur; sed sunt referibilia ad ultimum finem peccati mortalis, ad quem tamen non referuntur actu nec virtute, eo quod iste finis non habetur simul efficaciter actu neque habitu cum fine ultimo caritatis, licet possit haberi simul sub quadam imperfecta et inefficaci velleitate.

880. Imperfectae autem velleitati ordinis intentionis mirum non est si respondeat imperfectus actus ex parte subiecti vel ex parte materiae, qui dicitur peccatum veniale. Et ita homo agens, exeundo ab ordine *per se* finium, *per accidens* relabitur in ordinem *per accidens;* et consequenter, cum agit propter finem proximum peccati venialis, qui est uti bono commutabili praeter ordinem divinae legis, actus iste non necessario et *efficaciter* resolvitur in aliquem finem ultimum determinatum, iuxta dicta in articulo quarto de ordine *per accidens* finium; sed solum *reductive et imperfecte* x.

Sed de hac difficultate, satis in praesenti; eam enim ex professo agitare et resolvere spectat ad tractatum de peccato veniali et ad tractatum de caritate.

1 I-II, 88, i ad 2 et 3; II-II, 24, 10 ad 2.

CAPUT SECUNDUM

DE UNITATE FINIS ULTIMI SIMPLICITER TOTIUS HUMANAE VITAE OMNIUM HOMINUM

Art. 7.—Utrum sit unus ultimus finis omnium hominum

881. Postquam ostensum est unius hominis esse unum tantum finem ultimum simul, tam in ordine intentionis quam in ordine executionis, consequenter S. Doctor inquirit an etiam omnium hominum sit unus idemque ultimus finis.

Qua in re, sicut et respectu unius hominis factum est in articulis praecedentibus, quaestio habere potest duplicem sensum, pro duplici acceptione finis ultimi humanae vitae, scilicet finis ultimi naturalis et finis ultimi supernaturalis.

Quaerimus ergo, i.°, utrum omnium hominum sit unus idemque finis ultimus naturalis; 2.0, utrum omnium hominum sit etiam unus idemque ultimus finis supernaturalis.

UTRUM SIT UNUS ULTIMUS FINIS NATURALIS OMNIUM HOMINUM

A. *Praenotanda*

Sensus et status quaestionis

882. Circa terminos quaestiti pauca sunt scribenda.

Subiectum est: *ultimus - finis - naturalis - omnium - hominum; praedicatum* vero: *unus.*

Circa *subiectum* ergo considerandum est in primis quod *ultimus finis naturalis in communi* potest sumi dupliciter: uno modo, *formaliter,* «secundum *rationem* ultimi finis», quae est ratio boni perfecti et plene satiativi seu completivi hominis; alio modo, *materialiter,* «secundum id *in quo* finis ultimi *ratio* invenitur», quod est *res* cui convenit aut convenire putatur ratio boni perfecti et completivi hominis [1]. Nam et universaliter nomen «aliquid significat dupliciter: uno modo formaliter, et alio modo materialiter. *Formaliter* quidem significatur per nomen id ad quod significandum nomen est *principaliter* impositum, quod est *ratio* nominis; sicut hoc nomen, *homo,* significat aliquid compositum ex corpore et anima rationali. *Materialiter* vero significatur per nomen *illud in quo talis ratio salvatur;* sicut hoc nomen, *homo,* significat aliquid habens cor et cerebrum et huiusmodi partes sine quibus non potest esse corpus animatum anima rationali» [2].

883. Ubi notandum est quod loquimur hic exclusive de ultimo fine obiectivo, non de ultimo fine subiectivo, qui est adeptio vel possessio ultimi finis obiectivi. Sicut autem obiectum est duplex, nempe formale et materiale, ita etiam finis ultimus obiectivus potest considerari et ut obiectum formale et ut obiectum materiale. Non tamen ut obiectum mere materiale, quod est obiectum secundarium, quia ultimus finis natura sua est obiectum principale seu primarium, sed ut obiectum formale *quo* et formale *quod. Ratio* ergo ultimi finis se habet ad *rem* cui ratio illa convenit aut convenire putatur sicut obiectum formale *quo* ad obiectum formale *quod.*

Quo in sensu S. Thomas scribit: «in obiecto consideratur aliquid ut *formale* et aliquid ut *materiale. Formale* in obiecto est id *secundum quod* obiectum refertur ad potentiam vel habitum; *materiale* autem est id *in quo* hoc fundatur; ut, si loquamur de obiecto potentiae visivae, obiectum eius formale est color vel aliquid huiusmodi; in quantum enim aliquid coloratum est, in tantum visibile est: — sed materiale in obiecto est corpus *cui accidit* color»

884. Deinde considerandum est quod nomine *omnium hominum* intelligimus *omnes omnino homines ratione utentes* -nam loquimur hic de fine ultimo *humanarum* actionum, quae necessario postulant exercitium rationis et voluntatis, ut patet ex articulo primo—; nimirum tam bonos seu virtuosos, quam malos seu vitiosos, tam philosophos et sapientes quam rusticos et illitteratos, tam senes quam iuvenes, tam viros quam feminas. Nullus ergo homo qui, ut homo, agere potest, excluditur.

885. Circa *praedicatum* vero notandum est quod *unus* finis intelligitur de perfecta unitate quae est *identitatis,* ut S. Doctor innuit in capite quaestionis, ubi, distribuendo articulos eius, septimo loco quaerit «utrum *idem* sit finis ultimus omnium hominum». Et quidem, proportionaliter ad dicta de uno homine in duobus articulis praecedentibus, intelligenda est haec unitas finis ultimi tam in ordine intentionis seu volitionis quam in ordine executionis seu prosecutionis.

Quae cum ita sint, apparet quod sensus quaestionis est duplex: i.°, *utrum finis ultimus naturalis formaliter sumptus omnium prorsus hominum ratione utentium sit unus idemque tam in ordine intentionis quam in ordine executionis;* 2.°, *hoc dato, an etiam ultimus finis naturalis materialiter consideratus omnium hominus sit unus idemque in ordine intentionis et in ordine executionis.*

Quaestionis resolutio

886. dicendum. EST primo: *finis ultimus naturalis formatter sumptus omnium hominum ratione utentium est unus idemque tam in ordine intentionis quam in ordine executionis.*

887. *Probatur* a priori et a posteriori.

A) *Argumentum a priori* est duplex: *unum, ex parte subiecti,* hoc est, modi appetendi et agendi propter ultimum

[1] *Hic,* corp., et supra, art. 5; et infra, q. 5, art, 8.
[2] *De Potentia, 9,* 4 c.

[1] *De Caritate,* 4.

finem naturalem formaliter sumptum; *aliud, ex parte obiecti,* idest rationis formalis ultimi finis naturalis obiective sumpti.

a) *Argumentum primum: ex parte modi appetendi et agendi propter ultimum finem naturalem formaliter sumptum.* Ultimus finis naturalis formaliter sumptus appetitur et prosequitur naturaliter ab omnibus hominibus ratione utentibus. Atqui quod naturaliter appetitur et prosequitur ab omnibus hominibus ratione utentibus est unum idemque pro omnibus in ordine intentionis et in ordine executionis. Ergo ultimus finis naturalis formaliter sumptus est unus idemque omnium hominum ratione utentium tam in ordine intentionis quam in ordine executionis.

888. *Maior* constat ex dictis supra, articulo quinto, ratione secunda (nn. 764-773). Ibi enim ostensum est quod ultimus finis naturalis *formaliter* sumptus *primo et naturaliter* appetitur et prosequitur a quolibet homine in quantum est homo, eo quod habet rationem *primi principii naturalis* in ordine agibilium, hoc est, appetibilium et operabilium ab homine; *primum* autem *principium naturale primo et naturaliter* attingitur a natura agente vel operante, ut patet ex terminis; — sicut primum principium naturalis cognitionis primo et naturaliter percipitur a natura intellectiva expedita.

Constat ergo quod ultimus finis naturalis formaliter sumptus naturaliter appetitur seu desideratur ab omnibus hominibus in ordine intentionis, et naturaliter quoque opere prosequitur ab eisdem in ordine executionis. Eo enim ipso quod iste appetitus et haec prosecutio naturaliter habentur ab homine volente et agente, eadem naturalitate conveniunt omnibus hominibus; quia *quod naturale est, naturaliter inest omnibus habentibus naturam* respectu cuius dicitur naturale, ut constat ex terminis.

889. *Minor* est per se nota, quia *natura* appetens et agens in omnibus hominibus est *una,* cum omnes homines sint unius naturae; similiter *modus* appetendi et agendi naturalis est *idem* apud omnes, eo quod natura ut natura semper eodem modo operatur; denique *terminus* vel finis naturalis appetitionis et naturalis prosecutionis eiusdem naturae necessario debet esse *unus idemque,* eo quod una natura naturaliter non tendit nisi ad unum U

Profunde ergo S. Thomas scribit: «*necesse* est *unum* esse ultimum finem *hominis in quantum est homo,* propter *unitatem* humanae *naturae* [et *naturalitatem* appetitionis et prosecutionis eius], sicut unus est finis medici in quantum est medicus propter unitatem medicinalis artis [qua formaliter medetur]. Et iste ultimus finis hominis dicitur humanum bonum, quod est felicitas»[2].

Est igitur unus idemque finis ultimus *formalis* ordinis naturalis omnium hominum, quem omnes naturaliter desiderant habere et propter quem agunt quaecumque agunt.

890. b) *Argumentum secundum: ex parte rationis formalis ultimi finis naturalis obiective sumpti.* Ratio formalis ultimi finis naturalis obiective sumpti est esse *obiectum formale voluntatis humanae;* quia obiectum formale voluntatis humanae est finis, ut patet ex dictis articulo primo, et consequenter obiectum formalissimum seu formale simpliciter debet esse finis simpliciter, qui est finis ultimus naturalis. Atqui obtectum formale voluntatis humanae est unum idemque pro omnibus hominibus; nam omnes homines habent eandem specie voluntatem, cum habeant eandem specie animam et naturam: unitas autem specificati postulat unitatem specificativi. Ergo finis ultimus naturalis est unus idemque omnium hominum.

891. Hoc argumentum est omnino stringens. Semper enim obiectum formale est unum in qualibet potentia et habitu, quantumcumque potentia et habitus multiplicentur numero. Ita, idem est obiectum formale visus omnium oculorum omnium hominum et pecorum; idem est obiectum formale intellectus omnium hominum; unum idemque est formale obiectum Metaphysicae omnium metaphysicorum; unum idemque est obiectum formale Theologiae omnium theologorum; unum idemque formale obiectum Fidei omnium fidelium.

1 *Hic,* ad 3; supra, art. 5, rat. 2; infra, q. 10, 1 ad 3.
1 *In I Ethic.,* lect. 9, n.° 106.

Ergo similiter unum idemque debet esse obiectum *formait* voluntatis omnium hominum, quod est ultimus finis naturalis humanae vitae formaliter sumptus. Quod si haec unitas ultimi finis omnium hominum tolleretur, eo ipso destrueretur unitas legis naturalis pro omnibus hominibus et unitas scientiae moralis naturalis seu Ethicae \

Et haec ratio obiecti formalis voluntatis humanae est ratio *a priori* naturalitatis appetitionis et actionis in ipsum; quia omnis potentia et omnis habitus primo et naturaliter feruntur in proprium obiectum formale, a quo specificantur.

892. B) *Argumentum a posteriori: ex experientia omnium volitionum et actionum omnium hominum.* Quod ita eloquenter evolvit S. Augustinus: «vitam beatam appetere, vitam beatam velle, vitam beatam concupiscere, desiderare, sectari, *omnium· hominum* esse arbitror. Unde me video parum dixisse hunc appetitum beatae vitae philosophis christianisque communem; debui enim dicere: *omnium hominum, prorsus omnium, bonorum et malorum.*

Nam et qui bonus est, ideo bonus est, ut beatus sit; et qui malus est, malus non esset, nisi inde beatum esse posse speraret.

De bonis facilis quaestio est quod beatam vitam quaerant: inde boni sunt.

De malis forte aliqui dubitant, utrum et ipsi beatam vitam quaerant.

Sed, si separatos malos et a bonis discretos interrogare possem et dicere: vultis beati esse?, nemo diceret: nolo.

Verbi gratia, pone aliquem furem. Quaero ab illo: quare furtum facis?

—Ut habeam, inquit, quod non habebam.

—Quare vis habere quae non habebas?

—Quia miserum est non habere.

—Si ergo miserum est non habere, beatum putat habere»2.

1 I-II, 94, 2 et 4.

1 *Sermo iso,* cap. 3, n.° 4. ML. 38, 809.

Beatum quippe esse tam magnum est bonum, ut hoc et j boni velint et mali. Nec mirum est; quod boni, propterea sunt boni: sed illud est mirum, quod etiam mali, propterea i rant mali, ut sint beati.

Nam quisquis libidinibus deditus, luxuria stuprisque corrumpitur, in hoc malo beatitudinem quaerit, et se miserum putat cum ad suae concupiscentiae voluptatem laetitiamque con pervenit; beatum vero non dubitat iactare, cum pervenit.

Et quisquis avaritiae facibus inardescit, ad hoc congregat quocumque modo divitias, ut beatus sit.

Inimicorum sanguinem fundere quicumque desiderat, dominationem quisque affectat, crudelitatem suam quisque alienis cladibus pascit, — in omninus sceleribus beatitudinem quaerit»

Unde et alibi concludit: «est quaedam sane eiusdem naturae viventis et ratione utentis tanta conspiratio ut, cum lateat alterum quid alter velit, nonnullae tamen sint voluntates omnium etiam singulis notae; et, cum quisque homo nesciat quid homo alius unus velit, in quibusdam rebus possit scire quid omnes velint.

Unde illa cuiusdam mimi facetissima praedicatur urbanius qui, cum se promisisset in theatro quid in animo haberent et quid vellent omnes aliis ludis esse dicturum, atque ad diem constitutum ingenti exspectatione maior multitudo conderet, suspensis et silentibus omnibus, dixisse perhibetur: πΛ *vultis emere, et caro vendere.*

In quo dicto levissimi scenici omnes tamen conscientias invenerunt suas, eique vera ante oculos omnium constituta « tamen improvisa dicenti, admirabili favore plauserunt».

Et postquam ostendit hoc non esse universaliter verum, pergit: «at, si dixisset: *omnes beati esse vultis, miseri esse non tuitis,* dixisset aliquid quod nullus in sua non agnoscerat voluntate. Quidquid enim aliud quisquam latenter velit, ab hac voluntate quae *omnibus et in omnibus hominibus* nota est, non recedit»2.

1 *InPsalmun* 118, sermo 1, n.° 1. ML. 37> I5O2·

2 *De Trinitate,* lib. XIII, cap. 3, n.° 6, ML. 41, 1017-1018.

893. Unde et philosophorum cuiusque scholae commune proloquium erat omnes homines beatos esse velle.

Nonnullos afferre non pigebit. Plato docet dementis esse sciscitari an omnes felices esse velimus: «quis enim est hominum, qui felix esse non cupiat?: τί γὰρ οὐ βούλεται ἀνθρώπων εὐ πράττειν; οὐδεί »

Aristoteles tradit similiter evidens esse omnes homines velle beatos esse: «ότι μέν ουν του τ' ευ ^ήν καί τή ευδαιμονία έφίενται ττάντε , φανερόν» 2.

Tullius Cicero fatetur etiam quod «beate vivendi cupiditate incensi omnes sumus» 3.

Seneca dialogum suum *De Vita beata* exorditur his verbis: «vivere, Gallio frater, omnes beate volunt; sed ad pervidendum quid sit quod beatam vitam efficiat, caligant»4.

Boetius quoque idem repetit dicens: *«omnis mortalium atra,* quam multiplicium studiorum labor exercet, diverso quidem calle procedit, sed *ad unum* tamen *beatitudinis finem nititur pervenire...* Hunc, uti diximus, diverso tramite mortales omnes conantur adipisci; est enim mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas» 5.

Kant notat desiderium beatitudinis omnibus hominibus necessario comitare absque interruptione per totam vitam6.

Idemque agnoscunt Schopenhauer, Spencer, Hartmann aliique; et urgenter repetitur a J. Payot in opere *La conquête du bonheur* (Paris, 1921).

Nihil ergo mirum si theologi eandem proferant sententiam. S. Thomas eam saepissime docet. Liceat nobis unum tantum locum adducere: «in uno, inquit, omnes conveniunt, et in duobus differunt; *conveniunt in beatitudine, quam omnes*

Euthidemus, cap. 8, edit. Didot, Platonis Opera, t. I, p. 209, 8-9.

VII Politicorum, cap. 12, n.° 2; I, 615, 40-42.

[3] *De finibus,* lib. V, cap. 29, edit, cit., t. II, pp. 280-281.

Opera, edit. Teubner, 1887, t. I, p. 139.

[5] *De Consolatione philosophiae,* lib. III, prosa 2, edit, dt., p. 47, 7-10, 16-18.

[e] *Kritik der praktischen Vefmunft,* I P., lib. I, cap. 1, § 3, trad. Minam y Morente, p. 45. Madrid, 1913.

paerunt; differunt autem in processu ad beatitudinem et in eventu eius, quia quidam perveniunt et quidam non»r.

Denique Leo XIII, pronuntiat quod *«beatitudinis* studium *mmiim animis insitum atque innatum est* 2.

895. secundo, dicendum est QUOD *finis ultimus naturalis naterialiter sumptus, secundum quod pendet ab appetitu et actioni hominum, non est unus idemque omnium hominum, nec in rdine intentionis nec in ordine executionis.*

896. *Probatur* ex experientia et ex ratione.

A) *Experientia* docet, ut historia philosophiae testis est, non omnes homines coincidere *in re materiali,* in qua putant consistere humanam beatitudinem; sed quosdam eam ponere in bonis corporis, alios in bonis animae, alios in bonis utriusque, ut patebit quaestione sequenti.

«Sicut, inquit pulchre S. Thomas, omni gustui delectabile est dulce; sed quibusdam maxime delectabile est dulcedo vini, quibusdam dulcedo mellis, aut alicuius talium» (h. 1.).

Sicut etiam omnium oculorum est idem formale obiectum, at non omnes vident idem obiectum materiale; nam quidam vident coelum, quidam terram, quidam mare.

Idem quoque est formale obiectum theologiae omnium theologorum, et tamen unus considerat maxime Trinitatem, alius Incarnationem, alius Sacrificium Missae, alius gratiam Dei. Et circa idem obiectum materiale unus opinatur sic, alius aliter.

897. B) *Ratio a priori* huius diversitatis volitionis et prosecutionis *rei* cui forma beatitudinis attribuitur, est *diverwm iudicium practicum* diversorum hominum relate ad finem ultimum materialiter consideratum; quod quidem partim dependet ex diversa dispositione affectiva, secundum illud: qualis unusquisque est, talis finis videtur ei3; partim vero ex obscuritate et difficultate cognoscendi speculative in qua re consistat vera beatitudo obiectiva. E contra *ratio* finis ultimi,

[l] *In Psalmun i,* n.° 1, *Opera,* edit. Vives, t. 18, p. 232 a. Encycl. *Mirae caritatis,* die 28 maii 1902, t. VI, p. 306.

[,] Aristoteles, *III Ethic.,* cap. 5, n.° i7> I1» 3°> 44-46.

quae est ultimus finis formaliter consideratus, est omnibus hominibus per se nota neque circa eam errare possum.

Et inde venit unitas et uniformitas omnium hominum respectu finis ultimi formaliter sumpti, una cum pluralitate et multiformitate eorundem respectu finis ultimi materialiter considerati.

898. Unde S. Thomas egregie scribit: «quamvis beatitude sit *occulta* quantum ad *substantiam* [= *rem* beatitudinis], tamen *ratio* beatitudinis *nota* est, *omnes* enim per beatitudinem *intelligunt* quendam perfectissimum statum: — sed *in quo* consistat ille status perfectus, utrum in vita vel post vitam, vel in bonis corporalinus vel spiritualibus, *occultum eso*

Et alibi: «homini, inquit, inditus est appetitus ultimi finis sui in communi, ut scilicet appetat naturaliter se esse completum in bonitate; sed *in quo* ista completio consistat, utrum in virtutibus vel scientiis vel delectationibus vel huiusmodi aliis, non est ei determinatum a natura»2.

Rursus: «felicitatem, ait, *indeterminate et in universali* omnis rationalis mens naturaliter appetit, et circa hoc deficere non potest; sed *in particulari* non est determinatus motus voluntatis creaturae ad quaerendam felicitatem in hoc vel illo, et sic in appetendo felicitatem aliquis peccare potest si eam quaerat ubi quaerere non debet, sicut qui quaerit in voluptatibus felicitatem, et ita est respectu omnium bonorum», quandiu in hac vita mortali sumus 3.

899. tertio dicendum EST QUOD *verus finis ultimus naturalis materialiter sumptus consistit in re in qua eum ponit homo recte dispositus secundum intellectum et secundum affectum.*

900. *Probatur.* Ita se habet homo sapiens, hoc est, recte dispositus secundum intellectum et secundum affectum, ad iudicandum de *re* in qua *reapse* consistit finis ultimus naturalis hominis materialiter consideratus, — sicut se habet homo

1 *II Sent.,* dist. 38, 1, 2 ad 2.

2 *De Vent., 22,* 7.

3 *De Verit., 22,* 7 ad 6. Vide etiam I, 2,1, et alibi passim. [Cf. S. Augustinum, *Sermones post maurinos editi,* p. 285-286.]

reritus et sanus secundum gustum, idest habens scientiam *ie* saporibus et gustum sanum, ad iudicandum de *re* in qua *w* consistit dulcedo sana et melior. Atqui critérium veritatis aelioris et sanioris dulcedinis est homo bene dispositus seaindum scientiam saporum et secundum sensum gustus; — jon auten homo ignarus de saporibus aut habens sensum fjstus depravatum aegritudine aut aliqua mala dispositione. Ërgo similiter critérium veritatis pro invenienda vera beatidine obiectiva, est iudicium hominis sapientis, hoc est, he dispositi secundum *intellectum,* propter veram scientiam floralem quam possidet, et secundum *affectum,* propter virilités quibus est ditatus: — non vero iudicium hominis insipientis aut vitiosi.

Quam ob rem S. Doctor concludit quod sicut «illud dulce jportet esse simpliciter melius, in quo maxime delectatur qui iabet optimum gustum», — ita «illud bonum oportet esse completissimum quod tanquam ultimum finem appetit habens affectum bene dispositum» x.

Et praeter iudicium ex affectu seu ex connaturalitate quadam, exigit iudicium ex scientia seu speculatione 2.

Haec enim duo cumulative requiruntur ad perfecte iudicandum de rebus moralibus, inter quas primum locum tenet rerus ultimus finis obiectivus humanae vitae.

Sed de his plura in quaestione sequenti.

C. *Solvuntur difficultates*

901. In hoc etiam articulo S. Doctor movet tres difficulties, incipiendo a maiori et procedendo per intermediam asque ad minorem; et quidem omnes contra unitatem finis illimi omnium hominum.

Prima ergo eaque gravior difficultas sumitur ex eo, quod conorum et malorum hominum non potest esse idem ultimus finis, cum tamen omnes sint homines. *Secunda* subsumit de

1 *Hoc loco,* in fine corporis.

1 I, I, 6 ad 3.

bonis hominibus et de malis, quorum non omnes habent in bonitate vel in malitia eadem studia vel genera vitae, atque ideo neque omnes boni habent eundem finem ultimum, neque etiam omnes mali. *Tertia* denique subsumit de bonis aut de malis intra idem studium vitae, ut ostendat eos non habere eundem ultimum finem, eo quod essentialiter sunt plura agentia; secus finis non responderet agenti.

902. *Prima obiectio,* quae sumitur *ex consideratione bonorum et malorum hominum.* Bonum commutabile et bonum incommutabile non sunt unus idemque ultimus finis, cum sint ad invicem opposita. Atqui bonorum hominum finis ultimus est bonum incommutabile, dum e contra hominum malorum seu peccatorum ultimus finis est bonum commutabile, ut patet ex ipsa definitione bonorum seu virtuosorum et malorum seu peccatorum, quae dicitur per comparationem ad ultimum finem. Ergo bonorum et malorum hominum non est unus idemque ultimus finis, atque ideo non omnium hominum est unus ultimus finis.

903. *Responsio. Dist. Mai.:* bonum commutabile et bonum incommutabile non sunt unus idemque ultimus finis, *materialiter* consideratus secundum *rem* commutabilem *et rem* incommutabilem *in quibus* ponitur ultimus finis, *conc; formaliter* sumptus secundum *rationem boni* completi et perfecti, *nego.*

Contradist. Min.: bonorum hominum ultimus finis esi bonum incommutabile, malorum vero est commutabile,— finis ultimus *materialiter* sumptus, *conc.; formaliter* consideratus, *nego.*

Et *nego Consequens et Consequentiam.*

904. Obiiciens negligit distinctionem considerationis ultimi finis obiectivi in materialiter et formaliter sumptum. Ex eo ergo quod non omnes homines conveniant in ultimo fine *materialiter* considerato, ut patet de bonis et de malis qui habent oppositum finem, non sequitur eos non habere unum eundemque finem ultimum *formaliter* sumptum.

Et vere oppositio inter bonum commutabile et bonum incommutabile non sumitur ex *ratione* boni, quae *formalis* est, cum haec ratio sit *communis* utrique; sed ex *re* commutabili et *re* incommutabili *quibus* applicatur ratio formalis boni perfecti et totalis, quae est *ratio* ultimi finis.

905. Boni ergo homines simul habent veram *rationem* ultimi finis et veram *rem* in qua ratio illa plene verificatur; mali autem habent veram *rationem* ultimi finis, at se avertunt peccando a vera *re* in qua ratio ultimi finis vere et realiter verificatur. Hae tamen duae considerationes ultimi finis obiectivi non ponunt in numero, quia se habent ut *quo* et *quod;* licet, quando *solum* consideratur *res* diversa ultimi finis bonorum et malorum, ponatur in numero. Unde sub eodem obiecto formali, boni *verum* finem ultimum prosequuntur; mali autem *falsum* finem, sub adspectu tamen cuiusdam boni.

906.*Secunda obiectio,* quae procedit *ex diversis studiis vitae in bonis et in malis hominibus.* Tot sunt fines ultimi bonorum et malorum quot sunt studia seu diversa genera vitae virtuosae et vitiosae. Atqui plura sunt studia seu genera vitae virtuosae, nempe genus vitae activae et contemplativae et mixtae ex utraque; similiter plura sunt studia seu genera vitae vitiosae, videlicet genus vitae superbae, vitae voluptuosae et vitae avarae, iuxta tres concupiscentias fundamentales vel septem iuxta septem vitia capitalia2. Ergo plures sunt fines ultimi bonorum hominum pariterque malorum.

907. *Responsio. Dist. Mai.:* tot sunt fines ultimi bonorum et malorum hominum quot sunt diversa studia seu genera vitae virtuosae et vitiosae, fines ultimi formaliter considerati, *nego;* fines ultimi materialiter sumpti, *subdist.:* plures fines ultimi secundum quid, *conc.;* plures ultimi fines simpliciter, *nego.*

Conc. Min. et *nego Conclusionem.*

908.Studia vel genera vitae non dicuntur respectu ultimi finis *formaliter* considerati; cum iste finis sit idem apud omnes homines et omnes eodem modo, hoc est, naturaliter et uniformiter in illum moveantur, ut ostensum est. Dicuntur

l *I Joan,* II, 16.
s 1-11,84,4-

autem respectu finis ultimi *materialiter* inspecti, nempe respectu *rei* in qua quaeritur *béatitude* quae est *ratio* ultimi finis.

Attamen ista diversa genera vitae tam virtuosae quam vitiosae, licet diversificentur secundum fines ultimos *secuncundum quid,* conveniunt tamen in uno fine ultimo *simpliciter:* sunt enim haec diversa genera vitae partes quaedam humanae activitatis, quae de se postulant finem ultimum partialem; at debent uniri in aliquo fine ultimo totali totius humanae vitae, qui est ultimus finis simpliciter, de quo unice hic loquimur.

909. Et vere, diversa genera vitae virtuosae, nempe vitae activae et contemplativae et mixtae, confluunt ad unum eumdemque finem ultimum simpliciter, nempe ad bonum incommutabile assequendum et possidendum.

Pariter, diversa genera vitae vitiosae coincidunt in uno eodemque fine ultimo simpliciter, qui est amor seu bonum peccantis, revera superbia sive excellentia peccantis.

910. Haec ergo diversa genera vitae solum probant diversitatem finium proximorum et intermediorum diversorum operantium, non autem finis ultimi simpliciter; qui idem est pro omnibus hominibus quantum ad eius rationem *formalem:* quantum vero ad rationem *materialem ultimam* idem quoque est pro omnibus bonis et, in suo genere mali, idem est etiam pro omnibus malis, non obstante materiali diversitate obiectorum secundariorum.

911. *Tertia obiectio,* quae urget *pluralitatem ultimi finis, etiam intra idem genus vitae virtuosae vel vitiosae.* Tot sunt fines ultimi simpliciter humanae vitae quot sunt homines agentes, quia ordo finium respondet ordini agentium, et consequenter pluralitas finium respondere debet pluralitati agentium. Atqui intra idem genus vitae virtuosae vel vitiosae sunt plures homines agentes; quia plures sunt homines activi vel contemplativi: — plures etiam sunt homines avari, dissoluti aut superbi. Ergo neque intra idem genus vitae est unus ultimus finis omnium hominum.

912. *Responsio. Dist. Mai.:* tot sunt fines ultimi simpliciter humanae vitae quot sunt homines agentes, reduplicative *ui* secundum rationem formalem agendi, *cone.;* specificative *ut agentes* secundum rationem formalem agendi, *cone;* specificative *ut homines,* abstractione facta a ratione et modo agendi, *nego.*

Contradist. Min.: intra idem genus vitae virtuosae vel vitiosae dantur plures homines agentes, reduplicative *ut egentes* secundum rationem formalem talis vitae, *nego;* specificative *ut homines,* abstrahendo a ratione et modo agendi in hoc genere vitae, *conc.*

Et *nego Consequens et Consequentiam.*

913. Semper oportet iudicare de rebus secundum earum rationes *formales.* Et ita necesse est iudicare de fine ultimo secundum *formalem* rationem ultimi finis; et similiter de agente propter ultimum finem, secundum rationem *formalem* agendi. Quod quidem extendendum est etiam ad unitatem vel pluralitatem finis et agentis.

Ergo ratio et modus agendi omnium hominun propter ultimum finem naturalem *formaliter* considerandum, est ratio et modus agendi *naturalis,* utpote respectu proprii obiecti formalis voluntatis humanae; et haec ratio est *una apud omnes.* Unde etiam finis ultimus naturalis *formaliter* consideratus debet esse unus omnium.

914. Sicut autem se habet finis ultimus sic consideratus ad voluntatem humanam ut naturam, ita se habet finis ultimus unius generis vitae ad hominem agentem secundum illud vitae genus. Et ideo omnes homines agentes secundum idem genus vitae agunt secundum eandem rationem formalem, et consequenter tendunt ad eundem finem.

Propter quod genera vitae reducuntur ad determinatum numerum, cum tamen homines agentes, ut homines, possint individualiter multiplicari in indefinitum; sed, *ut agentes wundum tale genus vitae,* ad modos determinatos reducuntur.

§ II

UTRUM SIT UNUS ULTIMUS FINIS SUPERNATURALIS OMNIUM HOMINUM

915. Consequenter videndum est an sit etiam unus finis ultimus supernaturalis omnium hominum.

Et DICENDUM EST QUOD *omnes prorsus homines sunt a Deo destinati in umtm eundemque finem supematuralem, non solum formaliter, sed et materialiter consideratum.*

916. *Probatur* ex auctoritate divina et ex ratione theologica.

A) *Ex auctoritate divina.* Constat ex revelatione omnes homines in Adamo evectos fuisse ad ordinem supematuralem, cum uno eodemque supernatural! fine, a quo ordo ille habet unitatem Quod evidenter docet Concilium Vaticanum, cum ait quod «Deus ex infinita bonitate sua ordinavit hominem ad finem supematuralem»[1], ubi per *hominem* manifeste intelligit omnes homines, hoc est, totam humanam naturam; et per *finem supematuralem,* in singulari, unitatem et identitatem eius. Et idem repetit postea, quando dicit quod mysteriorum supematuralium intelligentia maxime assequi potest «e mysteriorum ipsorum nexu inter se et *cum fine hominis ultimo»* [3].

917. Praesertim vero hanc unitatem declaravit Leo XIII, cum docet quod «ex Evangelicis documentis ea est hominum aequalitas, *ut omnes, eandem naturam sortiti, ad eandem filiorum Dei celsissimam dignitatem vocentur, simulque ut, uno eodemque fine omnibus praestituto,* singuli secundum eandem legem iudicandi sint, poenas aut mercedem pro merito consecuturi» [4].*

1 *Cone. Tridentinum,* Denz., nn. 789-792.
2 Denz., n.° 1786.
3 *Ibid,* n.° 1796.
4 Encycl. *Quod Apostolici,* die 28 decembris 1878, t. I, p. 32.

Et Pius XI confirmat eandem doctrinam dicens quod Ecclesiae mandatum est «ut *universos homines,* nullo tempore locorumque discrimine, *ad aeternam salutem perduceret:* euntes ergo docete *omnes* gentes» [Mtt., XXVIII, 19] [1].

918. Et vere, ut Apostolus ait, «graecis et barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum...; virtus enim Dei est in salutem *omni* credenti, iudaeo primo et graeco» [2]. «Iustitia autem per fidem Iesu Christi in *omnes* et *super omnes* qui credunt in eum; *non enim est distinctio...* An iudaeorum Deus tantum? Nonne et gentium? Immo et gentium» [3]. «Non enim est distinctio iudaei et graeci; nam *idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum; omnis* enim, quicumque invocaverit nomen Domini, *salvus* erit»[4].

Et alibi docet *«Gentes* esse coheredes et concorporales et comparticipes promissionis eius in Christo Iesu per Evangelium» [5]; «ubi non est gentilis et iudaeus, circumcisio et praeputium, barbarus et scytha, servus et liber, sed *omnia et in omnibus Christus»*[6].[7] «Non est iudaeus neque graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina; *omnes* enim *vos unum estis in Christo Iesu»* [7].

Omnes ergo ex eadem massa perditionis, in quam lapsi eramus per peccatum Adae, redempti et reparati sumus per secundum Adam Iesum Christum, qui vult ut ex omnibus fiat *unum* ovile sub *uno* Pastore[8], ut omnes sedere possint in *eadem* mensa edentes et bibentes cum Christo in Regno suo[9].

Sed hanc eandem unitatem urgentioribus verbis praedicat Apostolus dicens: *«unum* corpus et *unus* Spiritus, sicut

1 Encycl., *Mortalium Animos,* die 6 ianuarii 1928; *Acta Apostolicae Sidis,* 1928, p. 9.
2 *Rom.,* I, 14 et 16.
3 *Rom.,* III, 22 et 30.
4 *Rom.,* X, 12-13.
5 *Eph.,* III, 6.
* *Coloss.,* III, ii.
7 *Gal.,* III, 28.
8 *Joan.,* X, 16.
9 *Luc.,* XXII, 30.

vocati estis in *una spe* vocationis vestrae. *Unus* Dominus, *una* fides, *unum* baptisma; *unus* Deus et Pater *omnium,* qui est super *omnes* et per *omnia* et in *omnibus* nobis»[1]. «Quoniam *unus* panis, *imum* corpus multi sumus, *omnes* qui de *uno* pane participamus [2].

919. B) *Ratio theologica* est proportionalis rationi philosophicae quam dedit S. Thomas ad probandam unitatem ultimi finis naturalis omnium hominum, scilicet *ex unitate gratiae.* Ita se habet unitas gratiae ad unitatem gloriae, quae est ultimus finis supematuralis, sicut se habet unitas naturae ad unitatem finis ultimi naturalis. Atqui unitas finis ultimi naturalis omnium hominum necessario deducitur ex unitate naturae humanae omnium hominum naturaliter appetentium illum, ut constat ex dictis. Ergo similiter unitas finis ultimi supematuralis omnium hominum iustorum necessario concluditur ex unitate gratiae eorundem.

Et cum non solum iusti, sed omnes prorsus homines sint invitati ad eandem gratiam suscipiendam, quia Deus vult omnes homines salvos fieri et Christus pro omnibus mortuus est[3], manifeste Deus ordinavit omnes homines ad unum eundemque supematuralem finem.

920. *Maior,* ubi unice stat difficultas, continet duo: primo, quod gratia sanctificans est *eiusdem naturae in omnibus iustis;* secundo, quod *gratia se habet ad finem ultimum supematuralem sicut se habet natura ad ultimum finem naturalem.*

Quod ergo gratia sanctificans sit eiusdem naturae in omnibus iustis, patet ex eo, quod omnes iusti sunt participes seu consortes *eiusdem naturae divinae*[4]; omnes etiam sunt filii *eiusdem Patris*[5] et fratres *eiusdem Christi,* qui est Primogenitus in multis fratribus [6]; et ideo omnes habent *filiationem*

Eph., IV, 4-6.

[3]
II Petri, I, 4.
Eph., IV, 6.
Rom., VIII, 29.

divinam eiusdem speciei, ut docet Leo XIII in loco paulo supra citato.

921. *Quod autem gratia se habeat ad finem ultimum supernaturalem, sicut natura ad finem ultimum naturalem,* patet ex eo, quod gratia est participatio formalis naturae divinae reduplicative ut *naturae divinae;* et inde est quod per eam formaliter efficimur *filii* Dei; filius enim formaliter recipit *naturam* patris, non personam, quae est incommunicabilis.

Cum ergo gratia sit essentialiter *semen gloriae,* tam naturaliter fertur in finem supematuralem ille qui est in gratia constitutus, quantum est ex parte gratiae, — sicut naturaliter fertur in finem ultimum naturalem humana natura qua homines sumus[1].

Sicut autem se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet tale ad tale. Sicut ergo unitas naturae postulat necessario unitatem finis ultimi naturalis omnium hominum, ita unitas gratiae necessario exigit unitatem ultimi finis supernaturalis omnium iustorum, et unitatem destinationis ad eundem finem supematuralem omnium omnino hominum qui ad eandem gratiam invitantur.

Et huius *signum* est quod erimus beati sicut angeli in coelo, qui semper vident faciem Dei[2], utpote comparticipes effecti eiusdem gratiae et filiationis Dei.

922. Addit tamen gratia maiorem efficacitatem et infallibilitatem, eo quod gratia *ex se* deficere non potest, secundum illud: «sufficit tibi gratia mea»[3], et ideo ducit ad eundem finem supematuralem non solum secundum rationem abstractam finis, sicut natura, sed etiam secundum *rem* concretam in qua ratio illa plene verificatur. Ut sic appareat quod gratia *perficit* naturam [4].

(Cf. *Rom.,* 8, 17; Gal. *4,* 7].
Mu., XXII, 30; XVIII, 10.
II Cor., XII, 9.
Pius XI, Encycl. *Ubi arcano,* die 23 decembris 1922, *Acta Apostolical Sedis,* 1922, p. 690.

CAPUT TERTIUM

DE UNITATE FINIS ULTIMI SIMPLICITER OMNIUM AGENTIUM CREATORUM

Art. 8.— Utrum in illo ultimo fine omnes aliae creaturae conveniant

923. Postquam ostensum est omnes homines convenire in ultimo fine, consequenter videndum est *quomodo* haec unitas ultimi finis eis conveniat, an ut quid *proprium* et exclusivum vel potius ut quid *commune* omni agenti creato, etiam *per naturam* agenti.

Sicut enim in prima parte quaestionis, semel probato quod homini convenit agere propter finem (art. 1), statim quaeritur (art. 2) an hoc sit proprium et exclusivum hominis aut potius quid commune omni agenti, etiam per naturam; – ita proportionaliter loquentes de unitate ultimi finis, semel ostensa praedicta unitate respectu hominum, qui agunt per intellectum, quaerendum erat an etiam cetera agentia per naturam conveniant cum homine in unitate ultimi finis, sicut aliquo modo conveniebant in hoc quod agunt propter aliquem finem et quidem ultimum.

Apparet ergo manifestus parallelismus inter articulos primum et secundum huius quaestionis, et inter articulos septimum et octavum. Unde hoc ultimo articulo completur doctrina praecedentis, sicut articulo secundo complebatur doctrina primi.

Cum autem duplex sit hominis ultimus finis, scilicet naturalis et supematuralis, comparatio ultimi finis aliarum beaturarum cum ultimo fine hominis debet fieri et quan- ad finem naturalem et quantum ad finem supernaturalem.

§ I

UTRUM OMNES ALIAE CREATURAE CONVENIANT CUM HOMINE IN FINE ULTIMO NATURALI

A. *Praenotanda*

Sensus et status quaestionis

924. Quaestionis terminos quod spectat notandum est *in primis* quod phrasis, *omnes aliae creaturae,* non est ipsius S. Thomae formaliter, licet aequivalenter in eius Littera contineatur. Nam initio corporis articuli et circa medietatem corporis, ponit: *omnia alia,* quae paulo post appellat *omnes alias res.* Nullibi tamen expresse adhibet formulam: *omnes aliae creaturae.*

Editores quiden leonini eam adhibent in capite quaestionis, inter articulos distribuendos, ubi octavo loco quaeritur: «utrum in illo ultimo fine *omnes aliae creaturae* conveniant»; at ipsimet animadvertunt quod verbum *omnes* non invenitur in codicibus; unde et illud omittunt in proprio loco, scilicet in titulo huius articuli. Haud scio tamen quo principio criticae textualis haec diversitas nitatur, cum absentia verbi, *omnes,* in hoc loco, manifeste procedat ex eius omissione in capite quaestionis. Forte, rectius fuisset corrigere textum in utroque loco, vel potius in nullo.

Attamen, *invenitur aequivalenter in ipsa* Littera articuli. Nam *in ultima parte corporis loquitur* S. Doctor de *aliis creaturis.* lungendo ergo hanc formulam cum praecedentibus: *omnia* alia, *omnes* aliae *res;* resultat formula aequivalens: *omnes aliae creaturae.*

925. Nomine autem *omnium aliarum creaturarum* intelligit S. Thomas *ceteras creaturas inferiores homine,* quae sunt *creaturae irrationales,* agentes per naturam, ut sumebat in

irticulo secundo, cui iste correspondet, ut dictum est. Non tamen ita exclusive sicut ibi, quia etiam loquitur hic de aliis creaturis rationalibus: «homo *et aliae rationales creaturae»,* quae potius sunt creaturae *intellectuales,* nempe angeli.

Est igitur comparatio hominis, et cum aliis creaturis irrationalibus, et cum aliis creaturis rationalibus, licet primo et principaliter sit cum illis; nam aliae creaturae intellectuales, to quod appellantur *rationales* sicut homo, reducuntur ad !»nditionem hominis, quantum pertinet ad quaestionem praesentem.

926. *Secundo,* notandum est quod *convenire cum homine* in *ultimo fine naturali* idem est ac habere unum eumdemque inem ultimum naturalem; nam convenientia haec est *in illo* ultimo fine omnium hominum, qui est *unus idemque,* ut constat ex articulo praecedenti.

Est tamen animadvertendum quod ultimus iste finis potest dupliciter sumi: uno modo, pro ipsa *re* et *ratione* quae est ipse ultimus finis, et tunc dicitur finis ultimus *cuius gratia* seu *obiectivus;* alio modo, pro *adeptione, possessione vel wi* finis ultimi obiectivi, quo in casu appellatur ultimus finis *flo* vel *subiectivus;* nam adeptio, possessio, usus, sunt essentialiter actus vitales, atque ideo in subiecto manentes.

Finis ultimus *obiectivus* solet quandoque vocari finis ultimus *materialis; subiectivus* vero *formalis.*

927. Sed non est confundenda haec distinctio finis ultimi cum distinctione posita in articulo praecedenti. Cum fflim dicimus: finis ultimus *formaliter* et finis ultimus *materialiter* consideratus, distinguimus *rationem* ultimi finis *a re* ■jltimi finis *in eodem fine obiectivo* seu *cuius gratia;* cum vero licimus: finis ultimus *formalis* et finis ultimus *materialis,* iistinguimus *totum* finem *obiectivum,* prout includit rationem 1 rem ultimi finis, a fine ultimo *subiectivo,* qui est eius adepio vel possessio.

928. Rursus, finis ultimus obiectivus hominis potest esse duplex: *verus,* ut in virtuosis, et *falsus* seu *mere apparens,* ut iin vitiosis.

Et cum inferiores creaturae peccare non possint, neque deo sibi fingere rem quae apparenter sit ultimus finis, cum

tamen revera non sit; et omnis comparatio fieri debeat inter homogenea — consequens est, ut comparatio hominis cum aliis inferioribus creaturis in fine ultimo, debeat fieri exclusive in *vero* fine hominis et non in falso vel apparenti.

929. *Quaestio igitur est duplex: prima, utrum ceterae omnes creaturae inferiores habeant eundem finem ultimum «obiectivum» ac finis ultimus obiectivus «verus» ipsius hominis; secunda, an habeant etiam finem «formalem» eundem ac ipse homo.*

Qua in re supponitur ut per se notum quod omnes homines habent eundem finem ultimum formalem, nempe eundem modum adipiscendi vel possidendi finem ultimum obiectivum verum, nam quale est obiectum talis est actus. Quod ex articulo tertio satis constat; quia sicut se habet finis proximus ad actum agentis quem spécifient, ita finis ultimus ad suum.

Quaestionis resolutio

930. PRIMO ERGO dicendum est QUOD *unus et idem est finis ultimus naturalis obiectivus verus hominis ceterarumque creaturarum inferiorum seu irrationalium, non autem est uniis idemque finis ultimus formalis.*

Probatur prima pars, tum ex auctoritate divina, tum ex ratione theologica.

931. A) *Ex auctoritate divina.* «Sancta mater Ecclesia, ait Concilium Vaticanum, *tenet et docet Deum, rerum omnium principium et finem,* naturali humanae rationis lumine e rebus creatis certo cognosci posse; invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta, conspiciuntur [Rom., I, 20]»2.

Et in iureiurando contra modemistas legimus: *«Deum, rerum omnium principium et finem,* naturali rationis lumine per ea quae facta sunt, hoc est, per visibilia creationis opera,

VII Physic., lect. 7, per totum.
Denz., n.° 1785.

■jnquam causam per effectus, *certo cognosci adeoque demonirari etiam posse, profiteor» x.*

Est ergo Deus ipse ultimus finis naturalis obiectivus omnium rerum creatarum, sicut ipse est primum earum prinjpium.

932. Quod expresse *in Sacris Litteris* continetur. *«Ego* am α et ω, primus et novissimus, principium et finis, dicit Dominus meus»2. *Deus* «fecit coelum et terram, mare et mnia quae in eis sunt»3; «omnia per *ipsum* facta sunt et âne *ipso* factum est nihil» 4; «qui autem creavit *omnia, Deus* st»5. Aliunde vero *«universa propter semetipsum* operatus est Dominus»)6. Quem in locum Caietanus adnotat: «Deus, quamris nihil propter utilitatem propriam fecerit, eo quod nullo adiget; omnia tamen propter semetipsum ut ultimum finem .peratus est et operatur. *Incommunicabile siquidem est esse ■iltintum finem, quemadmodum incommunicabile est esse primum ificiens»λ*

933. *Non tamen operatus est omnia propter semetipsum ;jasi ad augendam bonitatem et beatitudinem suam,* secundum ilud: «Ego dixi, Deus meus est tu, quoniam bonorum meonim *non eges»*8; et illud: *«quis prior dedit illi* et retribuetur ei?; quid habes quod non *accepisti?» 9. Non* enim Deus «manibus humanis colitur, *indigens aliquo»* 10. Unde in Job legimus: ‹Si peccaveris, quid ei nocebis?; et si multiplicatae fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum? Porro, si iuste egeris, *:fd donabis* ei, aut *quid* de manu tua *accipiet?»* u. Ergo omnes zeaturae coram Deo dicere debent: «servi *inutiles* sumus» 12.

Denz., n.° 2146.
Apoc., I, 8; XXI, 6; XXII, 13.
Psalm. 14s, 6.
4 *Joan,* I, 3.
Heb., III, 4.
Prov., XVI, 14.
5 Edit, cit., t. III, p. 553 a.
6 *Psalm.,* XV, 2.
7 *Rom.,* XI, 35; *I Cor.,* IV, 7.
8 *Act.,* XVII, 25.
9 *Job,* XXV, 6-7.
10 *Luc., XVII, 10.* [Cf. S. AUG., *in Psalm. 66,* n.° I.]

934. *Sed potius ad bonitatem suam communicandam et glorificandam,* ut docet Concilium Vaticanum: «solus Deus verus bonitate sua et omnipotenti virtute, non ad augendam suam bonitatem nec ad acquirendam, sed *ad manifestandam perfectionem suam* per bona, quae creaturis impertitur, liberrimo consilio simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam ac deinde humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitutam» E Unde «si quis mundum *ad Dei gloriam* conditum esse negaverit, a. s.»2. Et lex orandi: *«Pleni* sunt coeli et terra *gloria tua» 3.*

Bene ergo Catechismus Romanus ait: «neque vero ulla alia fuit causa, quae illum [= Deum] ad opus creationis impelleret, nisi *ut rebus quae ab ipso effectae essent, bonitatem suam impertiretur;* nam Dei natura ipsa per se beatissima *nullius rei indigens est,* ut inquit David: dixi Domino, Deus meus est tu, quoniam bonorum meorum *non eges»4.*

Et hoc est quod Sacrae Litterae constanter praedicant: «quoniam ex ipso et per ipsum et *in ipsum* (ει αυτὸν) sunt omnia: *ipsi gloria* in saecula»5; *«propter quem omnia* et per quem omnia»6: *«dignus* es, Domine Deus noster, accipere *gloriam* et honorem et virtutem; *quia tu creasti omnia et propter voluntatem tuam erant et creata»* E

Et alibi ipsemet Deus dicit: «ego *Dominus,* hoc est nomen meum; *gloriam meam* alteri non dabo et *laudem* meam sculptilibus» h «et *omnem,* qui invocat nomen meum, *in gloriam meam* creavi eum, formavi eum et feci eum» h *«propter me»*

propter me faciam, ut non blasphemer, et *gloriam meam* ilteri non dabo» h

Et inde est quod philosophi gentiles acriter corripiuntur, quia, cum *cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt ut gratias egerunt...,* et mutaverunt *gloriam incorruptibilis Dei* in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et volujum et quadrupedum et serpentium...; qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt et servierunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula» 2.

935.Notaverunt autem theologi et Patres Concilii quod in hac definitione, una cum omnipotentia Dei, quae est causa fficiens executiva creationis, ponitur causa *finalis* eius secundum duplicem acceptionem finis, nempe finis *operantis* Dei, qui est eius *bonitas,* et finis *operis,* qui est *gloria Dei externa fit manifestationem* perfectionis divinae in bonis quae creaturis impertitur 3.

936.Hic autem duplex finis, respondens creationi active tt passive sumptae, clarissime indicabatur in prima forma praedictae Constitutionis dogmaticae his verbis: «creavit enim Deus universa *ex sua bonitate* [quasi ex fine *operantis* seu creationis *activae* sumptae], non ad acquirendam vel augendam, sed *ad manifestandam suam perfectionem per ipsa bona quae fecit suisque tribuit creaturis* [finis *operis* seu creationis *passive* acceptae]»4.

Finis *operantis* est finis *creatoris;* finis *operis* est finis *creaturae.* Et animadverterunt Patres hanc doctrinam fuisse optime propositam a S. Thoma 5.

937· Revera, S. Doctor clarissime docet quod Deus 'vult et se et alia; sed *se ut finem,* alia vero ut ad finem»6;

Denz., n.° 1783.
2 *Ibid.,* n.° 1805.
3 *Praefatio Missae.*
I P., art. i, *Symboli,* n.° 20, edit. Parisiis, 1912, p. 27.
5 *Rom.,* XI, 36.
6 *Hcb.,* II, 10.
7 *Apoc.,* IV, ii.
8 *Isaias,* XLII, 8.
Ibid., XLIII, 7.

l /Wd.,XLVIII, ii.
l *Rom.,* I, 2i, 23, 25.
5 *Relatio Rmi.* JOANNIS SIMOR, archiepiscopi Strigoniensis, *Acta Conrilii Vaiicani,* apud Mansi, Martin et Petit, t. 51, col. 46; et *Rmi.* Gasser, episcopi Brixiensis, ibid., col. 192-194: item, *adnot. 28, n.° 3, in cap. 13 prioris formae decreti,* a R. P. Kleutgen, t. 50. col. 102-103.
4 *Ibid.,* t. 50, col. 68.
5 *Oratio Rmi.* Ramadié, episcopi Elnensis, t. 51, col. no.
l 1 1,19,2.

se necessario, alia libere, quia sola bonitas divina est *proprium et formale obiectum* divinae voluntatis \ Bonitas tamen divina non habet proprie loquendo rationem causae finalis respectu Dei, sicut Deus ipse est causa finalis proprie dicta creaturarum, sed potius est *mera ratio formalis volendi* (sicut perfecta immutabilitas Dei est *ratio* aeternitatis, et spiritualitas animae est *ratio* immortalitatis eius), quae potest appellari *quasi* causa finalis, secundum nostrum modum concipiendi.

Unde postquam S. Thomas dixit quod bonitas divina est *quasi finis* voluntatis suae, statim addit quod est *ratio* volendi omnia[2]. Et similiter, quando dicit quod divina bonitas est Deo *causa* volendi sicut finis est nostrae voluntati volendi *causa* [3], intelligit per *causam rationem* volendi, ut capitulo praecedenti explicat: «finis est *ratio* volendi ea quae sunt ad finem; Deus autem vult bonitatem suam tanquam finem, omnia autem alia vult tanquam ea quae sunt ad finem; sua igitur bonitas est *ratio* quare vult alia quae sunt diversa ab ipso»[4].

938. Deo igitur convenit agere propter finem, non solum ex parte operis seu operati, sed etiam ex parte operantis; non tamen sicut creaturae, propter desiderium seu appetitum finis quem nondum in re perfecte habent, sed propter solum *amorem* finis quem actu semper habet in seipso, cum sit eius bonitas, quae est eius essentia [5]. Unde concludit: «communicatio bonitatis non est *ultimus finis,* sed *ipsa divina bonitas,* ex cuius amore est quod Deus eam communicare vult; non enim agit propter suam bonitatem quasi appetens quod non habet, sed quasi volens communicare quod habet, quia agit *non ex appetitu finis, sed ex amore finis*» [6].

Sed finis ultimus *creaturarum* omnium est gloria Dei seu

Ibid., art. 3.
De Verit., 23, 4.
I Contra Gent., cap. 87.
I Contra Gent., cap. 86.
[5] *II Sent.,* dist. r, *2,* 1; I, 44, 4.
[6] *De Pot.,* 3, 15 ad 14.

Deus glorificandus: «*totum universum,* cum singulis suis partibus, ordinatur *in Deum* sicut in finem, in quantum in eis per quandam imitationem *divina bonitas* repraesentatur *ad gloriam Dei*»[1].

939. B) *Ex ratione theologica* duplici: alia, propria; alia, analogica.

a) *Argumentum proprium sumitur ex propria ratione finis ultimi Creatoris et creaturae in quantum huiusmodi.* Idem est ultimus finis obiectivus Creatoris et creaturae in quantum huiusmodi. Atqui ultimus finis obiectivus Creatoris in quantum huiusmodi est ipsemet. Ergo et ultimus finis obiectivus creaturae ut talis est Deus ipse, atqui ideo omnes omnino creaturae conveniunt in uno ultimo fine obiectivo vero, qui Deus est.

940. *Maior* constat duplici ratione.

Prima, quia ultimus finis *Creatoris ut sic* est ultimus finis *agentis,* cum Creator ut Creator sit *agens;* ultimus autem finis *creaturae in quantum huiusmodi* est ultimus finis *recipientis,* cum creatura ut creatura sit *patiens* aut *recipiens,* eo quod reduplicative ut creatura est *effectus* creatoris. Atqui idem est finis agentis et patientis in quantum huiusmodi»[2], sicut idem est motus activi et passivi ut talia, quemadmodum articulo tertio explicatum est. Ergo idem est ultimus finis obiectivus Creatoris et creaturae in quantum huiusmodi.

941. *Secunda,* quia finis ultimus *Creatoris* in quantum huiusmodi est ultimus *finis operantis;* eo quod Creator ut Creator est *operans;* ultimus vero finis creaturae ut talis est ultimus *finis operis,* cum creatura sit essentialiter *opus* seu *operatum* Creatoris. Atqui idem est finis operantis et operati in quantum huiusmodi, «quia finis operis semper reducitur in finem operantis» [3], nam «semper effectus convertitur in suum principium»[4]; est enim motus operis in finem, operantis ut *ab* hoc, et operis ut *in* hoc; et ita idem est motus in finem

[1] *II Sent.,* dist. i5 2. I.

operantis et operati in quantum huismodi. Ergo idem est ultimus finis obiectivus Creatoris et creaturae qua talium.

942. *Minor* est per se nota; quia Deus est Creator per *voluntatem* suam, cum voluntas Dei sit causa rerumAtqui proprium et formale obiectum voluntatis divinae est ipsemet Deus [2], hoc est, bonitas divina, quae est *quasi finis* eius Ergo proprius et ultimus finis obiectivus Creatoris in quantum huiusmodi est Deus ipse.

943. Attamen *non secundum eandem rationem formalem* Bonitas divina est finis Creatoris et creaturae; quia Creatoris est ut *ratio* volendi tantum et ut *active* communicanda creaturis; creaturae vero est ut vera *causa* finalis et ut *passive* participanda. Sicut idem est actus seu motus activi et passivi, licet *ratio* eius sit diversa utrobique; nam motus activi est actio, motus vero passivi est passio; et similiter, idem est actus materiae et formae, licet diversimode, quia formae est ut dantis et materiae est ut recipientis[4]. Propter quod S. Thomas, cum dixisset: «est autem idem finis agentis et patientis in quantum huiusmodi», statim subiunxit: «sed *aliter* et *aliter;* unum enim et idem est quod agens intendit *imprimere* et quod patiens intendit *recipere*» [5].

Et ita eadem est bonitas quam Deus creaturis largitur ex eius infinita superabundantia, et quam creaturae recipiunt a Deo ex earum indigentia infinita.

944. b) *Argumentum analogicum trahitur ex proportione finis et agentis.* Ordo finis ultimi obiectivi omnium creaturarum respondet ordini agentis primi earundem, quia ordo finium respondet ordini agentium. Atqui unum et idem est primum agens omnium creaturarum, nempe Deus. Ergo etiam unus et idem est finis ultimus obiectivus earundem, scilicet Deus ipse, quia solus Deus proportionatur seu adaequatur sibi ipsi[6].

I, 19, 4-
Ibid., arr. 2 et 3.
[3] *De Vent.,* 23, 4.
V Metaph., lect, 2, n.° 775.
[5] t, 44, 4-
[1] *II Sent.,* dist. 38, 1,1 et 2; *III Contra Gent.,* cap. 17, arg. 6; 1,14,33d 2.

945. Propter quod S. Thomas dicit quod ultimus finis totius universi est *Veritas* et *Bonitas* glorificanda \ quia *sapientia* et *bonitas* Dei maxime repraesentantur in omnibus et I singulis Dei operibus et in tota universitate creaturarum [1], et inde potissimum glorificatur Deus; *sapientia* enim et *bonitas* sunt duo *principalia attributa* naturae intellectualis *agentis per intellectum.* Et ideo dictum est: «universae viae Domini *misericordia et veritas* [3]; «quam magnificata sunt opera tua, Domine: omnia in *sapientia* fecisti, impleta est terra possesione tua... *Sit gloria Domini in saeculum, laetabitur Deus in operibus suis**[4].

946. *Secunda pars, scilicet finis ultimus formalis non est touts idemque hominis et aliarum creaturarum inferiorum,* facile ostenditur. Finis ultimus formalis consistit in *adeptione* finis ultimi obiectivi, ut patet ex dictis. Atqui in *adeptione* finis ultimi obiectivi non conveniunt cum homine ceterae creaturae irrationales. Ergo in fine ultimo formali ceterae creaturae irrationales non conveniunt cum homine. Non est igitur idem ultimus finis *formalis* hominis aliarumque irrationalium creaturarum.

947. *Minor,* ubi unice stat difficultas, probatur duplici-ter: a priori et a posteriori.

A priori quidem: nam, cum adeptio finis ultimi obiectivi sit essentialiter media inter subiectum adipiscens a quo producitur et obiectum adipiscendum ad quod tendit, utriusque naturam essentialiter participare debet. Atqui *subiectum adipiscens* ultimum finem obiectivum est valde diversum, secundum quod agitur de homine et de aliis creaturis irrationalibus, ut per se patet. Ergo et adeptio eius, secundum quod producitur ab adipiscente, est valde diversa in homine et in aliis creaturis irrationalibus; quae rursus redundat in diversitatem ex parte *modi* attingendi obiectum.

948. Et vere, quia finis ultimus obiectivus est ipse Deus,

I Contra Gent., cap. 1; *III Contra Gent.,* cap. 20; I, 65, 2.
I, 21, 4.
Psalm. XXIV, 10.
Psalm. CIII, 24, 31.

qui essentialiter est bonum subsistens spirituale, non potest *formaliter* et *reduplicative* ut talis attingi in seipso a creaturis irrationalibus, quae spirituales non sunt, atque ideo incapaces sunt spiritualia formaliter attingendi; potest tamen *materialiter et specificative ut bonum quoddam* diminute participari, atque ideo attingi in eius *similitudine,* non in seipso:—e contra homo, quia spiritualis est secundum animam, capax est operationum essentialiter spiritualium, quae attingere possunt ipsum Deum *reduplicative ut Deus* et prout est in seipso.

Patet igitur quod, licet finis ultimus obiectivus sit unus idemque hominis et aliarum creaturarum inferiorum, adeptio tamen eius est valde diversa; *fundamentaliter* quidem ex parte adipiscentium; *formaliter* vero ex parte modi adipiscendi ipsum finem ultimum obiectivum.

949. *A posteriori* etiam; quia adeptio finis ultimi obiectivi correspondet modo tendendi et operandi propter ipsum, sicut modus quiescendi correspondet modo movendi, et modus essendi modo fiendi. Atqui modus tendendi et agendi propter ultimum finem est valde diversus in homine et in aliis creaturis inferioribus, ut experientia patet, secundum dicta supra, articulo secundo.

950. *Modus quidem tendendi seu intentionis,* qui est *appetitus finis ultimi.* Nam aliae creaturae inferiores vel appetunt finem ultimum appetitu *innato tantum,* ut creaturae non cognoscitivae; — vel appetitu quodam *elicito,* ut bruta animalia, quae cognitionem quandam habent; sed haec cognitio solum cadit circa finem proximum et immediatum et *materialiter* tantum ut *res* quaedam bona, non autem ullo modo pertingit ad ipsum finem ultimum obiectivum in se, ne materialiter attingendum. Ergo mere *implicite* et materialiter creaturae inferiores appetunt Deum veluti ultimum finem obiectivum [1], dum appetunt propria bona; nam in quolibet vero appetibili appetitur Deus *implicite,* sicut in quolibet cognito vero cognoscitur *implicite* Deus [2].

De Verit., 22, 2.
Ibid., corp., et ad 1 et 2.

Sed homo potest *explicite* cognoscere Deum ut Deum et ut ultimum finem obiectivum, et ita ipsum potest *explicite et fomialiter* appetere ut Deum et ut finem ultimum obiectivum. Unde S. Thomas merito ait: *«sola creatura rationalis* est capax Dei, quia ipsa sola potest ipsum cognoscere et amare *explicite;* sed aliae creaturae participant divinam similitudinem, et sic ipsum Deum appetunt» *implicite* U

951. *Modus etiam operandi propter ultimum finem,* qui est *modus ordinis executionis,* est valde diversus in homine et in creaturis aliis inferioribus; quia homo se agit et ducit in finem, cum perfecta et formali eius cognitione, ut patet ex dictis articulo primo et secundo, dum aliae creaturae inferiores aguntur et ducuntur in finem ab Auctore naturae.

Sicut ergo materialiter et passive tendunt in finem proprium et aguntur seu moventur in ipsum, ita etiam materialiter et passive attingunt proprium finem et quiescunt in illo. Et, dum proprium finem attingunt, implicite bonitatem divinam, quae est earum ultimus finis a Deo Creatore intentus, adipiscuntur; «quia nihil differt dicere finem alicuius esse assimilationem ad Deum secundum aliquid, et illud secundum quod assimilatio attenditur», et ideo indifferenter potest dici quod finis ultimus rerum est «ipsa assimilatio divinae bonitatis vel esse rerum secundum quod res Deo assimilantur» [2]. Unde cum sunt, ut mineralia; aut vivunt, ut plantae; aut cognoscunt, ut animalia, divinam similitudinem suo modo participant et aequivalenter suum ultimum finem obiectivum consequuntur.

At homo se agit et ducit active in finem proximum et in finem ultimum; et ita *formaliter et explicite* ordinat seipsum ad Deum sub ratione finis ultimi obiectivi, vel saltem *virtualiter* dum agit circa media, ut articulo sexto explicatum est.

952. Sic igitur relate ad finem ultimum obiectivum diversimode se habent Deus, creatura rationalis et aliae creaturae inferiores. Deus *est* ipsemet ultimus finis et propria

Ibid., ad 5.
[2] *De Pot.,* 5, 5.

operatione formaliter et adaequate seipsum comprehendit; creatura rationalis *non est* ipse ultimus finis obiectivus, eum tamen propria operatione formaliter, licet non comprehensi* ve, attingit; creaturae inferiores *neque sunt* ipse ultimus finis *neque ipsum propria operatione formaliter attingunt,* sed solum eius participationem et similitudinem. Unde solus Deus et creatura rationalis possunt esse *beati,* non autem inferiores creaturae, quia *beatitudo* nominat perfectam et formalem adeptionem ipsius finis ultimi obiectivi in seipso.

953. Ad rem S. Thomas: «cum bonitas Dei sit finis [ultimus] rerum, ad ipsam res diversimode se habent; ipse enim Deus habet eam perfecte secundum suum *esse,* unde summe bonus *est,* et etiam secundum suam *operationem,* qua *perfecte* eam cognoscit et amat: unde *beatus est,* quia beatitudo est operatio perfecta...; — creatura autem intellectualis non attingit ad eam secundum suum *esse* ut ipsa *sii* summum bonum, sed secundum *operationem* intelligendo et amando eam: unde *particeps* est *beatitudinis* et non tantum *bonitatis* divinae; — sed creatura irrationalis *accedit* ad eam secundum *aliquam assimilationem,* quamvis *non pertingat* neque secundum *operationem* neque secundum *esse:* unde est particeps *bonitatis, sed non beatitudinis»* L

Licet ergo Deus sit ultimus finis obiectivus omnium creaturarum, speciali tamen modo et secundum propriam et formalem rationem Dei est finis ultimus creaturae rationalis 2; quia a sola creatura rationali potest formaliter et explicite attingi sub ratione propria Dei.

954. *Et inde est quod ceterae creaturae inferiores excluduntur a vera ratione beatitudinis.* Quod, ad instar axiomatis, uno ore praedicabant antiqui Philosophi dicentes beatitudinem esse bonum proprium et exclusivum animalis rationalis et non quid commune homini et brutis animalibus 3.

1 *II Sent.,* dist. 1, 2, 2 ad 4.

2 I, q. 2, prolog.

3 Videantur Hippodamus Thurius et Euriphamus, ex secta Pythagoricorum, apud *Fragmenta philosophorum graecorum,* edit. Mullach, Paris, Didot, t. II, pp. 8 et 15; Aristoteles, *I Ethic.,* cap. 7, n.° 12, II, 6, 45-49; Plotinus, *Enneades,* I, lib. 4? cap. 1-4, edit, cit., pp. 16-19.

955. Philosophis consentit Augustinus, scribens: «animal quod caret ratione, caret scientia; nullum autem animal, quod scientia caret, *beatum* esse potest: *non igitur cadit in animalia rationis expertia ut beata* sint» 1.

Et similiter S. Thomas: «felicitas, inquit, est quoddam bonum hominis *proprium;* non enim bruta possunt dici felicia nisi abusive»2; «secundum beatitudinem homo excellit omnia alia animalia»3.

Quae conclusio, quanti momenti sit, apparebit in quaestione sequenti.

956.SECUNDO DICENDUM EST QUOD *hominis aliarumque creaturarum intellectualium est unus idemque ultimus finis naturalis verus, tum obiectivus tum formalis.*

Haec propositio patet ex dictis quoad utramque partem.

957.*Prima quidem, quoad ultimum finem obiectivum,* constat *ex documentis Ecclesiae* supra adductis, ubi dicitur quod Deus est principium et *finis omnium* rerum creaturarum, inter quas includitur expresse *creatura angelica 4.*

958. *Ratio* etiam hanc veritatem demonstrat. Absurdum enim est dicere altiorem esse finem ultimum obiectivum creaturae inferioris quam creaturae superioris. Iam vero finis ultimus obiectivus naturalis creaturae inferioris, nempe hominis et aliarum creaturarum irrationalium, est Deus, ut patet ex dictis. Ergo etiam summae creaturae, quae est angelus, ultimus finis naturalis obiectivus est Deus.

959.Quod si Deus non esset, nullus posset assignari finis ultimus naturalis obiectivus angeli.

Non angelus ipse, quia nulla creatura est sibi ipsi suus ultimus finis obiectivus, cum non sit suum esse nec suum agere nec sua pecfectio, multoque minus summa eius perfectio, quae est ultimus finis.

Non homo neque aliae creaturae irrationales, quia inferius non est ultimus finis obiectivus superioris, cum finis semper

De diversis, qq. 83, q. 5. ML. 40, 12.
III Cont. Gent., cap. *27,* arg. 3.
I-II, *2,* 5 *sed contra.*
Conc. Vat., Denz., nn. 1783, 1785.

sit perfectior his quae sunt ad finem; homo autem aliaeque irrationales creaturae sunt inferiores angelis.

Neque tota universitas mundi corporei, quae est infra hominem multoque magis infra angelum.

Ergo ultimus finis obiectivus angeli debet esse extra mundum et partes eius, nempe in Deo.

960. *Secunda pars, quoad ultimum finem formalem, facile patet.* Tam enim angeli quam homo sunt capaces adipiscendi *immediate* ipsum Deum per cognitionem et amorem, et non sicut inferiores creaturae quae solum *mediate* possunt Deum adipisci, participando *aliquam similitudinem Dei.* In modo ergo adipiscendi et possidendi ultimum finem obiectivum, conveniunt *substantialiter* angelus et homo, licet sint quaedam differentiae ex parte subiecti quantum ad modum intelligendi et amandi, quae praedictae unitati non officiunt. Propter quod S. Doctor identificat hominem et angelos quoad hanc partem, cum ait: «homo et aliae rationales creaturae [= angeli] consequuntur ultimum finem cognoscendo et amando Deum» (h. 1.).

Et in Concilio Vaticano parabatur, sequens definitio: «homo anima rationali et immortali ad imaginem Dei factus, hac quidem ipsa natura sua ordinatus fuisset ad Creatorem suum cognoscendum, colendum et amandum, modo viribus naturalibus congruente, atque ita ad perfectionem et beatitatem naturalem consequendam» Angelus autem non potest naturaliter altiori modo uniri Deo quam per cognitionem, amorem et cultum. Unde ex hac etiam parte angelus et homo coincidunt2.

961. Difficultates vero, quas S. Thomas ponit in hoc articulo, ex dictis solutae manent. Nam tres obiectiones revera probant efficaciter unitatem ultimi finis obiectivi veri omnium omnino creaturarum, quod verum esse ostensum est; argumentum autem *sed contra* probat finem ultimum

Pnma forma Constitutionis Dogmaticae de doctrina catholica, cap. 16, *Acta Conc. Vat.,* ed. cit, t. 50, coi. 71.

2 I> 60, 5.

formalem non esse eundem creaturae rationalis [= hominis et angeli] et creaturae irrationalis, quod etiam verum est.

Dicendum est ergo quod homo et angelus conveniunt cum aliis creaturis inferioribus in fine ultimo naturali sub ratione finis *obiectivi,* non autem sub ratione finis ultimi *prmalis seu beatitudinis.*

UTRUM OMNES ALIAE CREATURAE CONVENIANT CUM HOMINE IN ULTIMO FINE SUPERNATURALI

962. Proportionaliter ad finem ultimum naturalem, loqui possumus de ultimo fine supernaturali obiectivo et for-

Constat autem evidenter quod creaturae irrationales non habent eundem finem ultimum supernaturalem *formalem* ac homo; quia si incapaces sunt finis ultimi *formalis* creaturae rationalis in ordine naturali, a fortiori incapaces sunt ultimi finis *formalis* supernaturalis, qui altioris est ordinis. Sicut ergo non possunt cognoscere et amare Deum, ut est primum principium et ultimus finis ordinis naturalis; ita nequeunt elevari ad videndum intuitive ipsam divinam essentiam neque ad eam amore beatifico diligendam h Sunt igitur creaturae irrationales prorsus incapaces *beatitudinis* supernaturalis.

Ideo tota difficultas est an creaturae irrationales conveniant cum homine et angelo in vero fine ultimo supernatural! obiectivo.

963. ET dicendum est quod *etiam creaturae irrationales ordinantur a Deo in finem ultimum supernaturalem obiectivum; non tamen directe et per se et elicitive sicut creaturae rationales, sed indirecte et imperative et per aliud, hoc est, per creaturam rationalem, ad cuius servitium et utilitatem immediate ordinantur.*

1 1,12, 3; I-II, 3> 3.

964. *Probatur* a priori et a posteriori.

A) *Argumentum a priori.* Totus ordo naturalis est propter ordinem supematuralem, qui maxime consistit in ultimo fine obiectivo supernatural!, utpote primo principio istius ordinis. Atqui in ordine naturali creaturae irrationales sunt directe et immediate propter servitium et utilitatem hominis et, mediante homine, propter gloriam Dei. Ergo ex consequenti sunt propter hominem in ordine supernatural! et ultimatim propter ipsam gloriam supematuralem Dei.

965. *Maior* constat, quia Deus, qui utrumque ordinem instituit, non eos ex aequo et modo quodam disparato disposuit, sed subordinando ordinem naturalem ordini supernatural!, quem primo et per se intendebat. Propter quod vulgo dicitur quod natura subservit gratiae, secundum illud: «in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi» et quod gratia non destruit naturam, sed eam perficit et nobilitat[2]. Ergo totus ordo naturalis subservit ordini supernatural!, qui totus est propter ultimum finem obiectivum supematuralem.

966. *Minor* patet tum ex auctoritate, tum ex ratione.

Ex auctoritate quidem, quia in Sacris Litteris *homo* apparet veluti *centrum et apex totius creationis.* Homo factus est ultima die, post ceteras creaturas, quasi earum omnium Rex et finis, secundum illud: «faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et *praesit* piscibus maris et volatilibus coeli et bestiis universaeque terrae omnique reptili quod movetur in terra s... Benedixitque illis Deus et ait: crescite et multiplicamini et replete terram et *subiicite* eam et *dominamini* piscibus maris et volatilibus coeli et universis animantibus, quae moventur super terram. Dixitque Deus: ecce *dedi vobis* omnem herbam afferentem semen super terram et universa ligna quae habent in semetipsis sementem generis sui, *ut sint vobis in escam»*[4]. «*Omnes* pisces maris manui vestrae

II Cor., X, 5.
[2] I, I, 8 ad 2.
[3] *Gen.,* I, 26.
Ibid., I, 28-29.

traditi sunt, et *omne* quod movetur et vivit, *erit vobis* in cibum: quasi olera virentia *tradidi vobis omnia»* [1].

Solem quoque et lunam et omnia astra coeli creavit Dominus Deus «*in ministerium cunctis gentibus,* quae sub coelo sunt»[2]. «Constituiti eum [= hominem] super opera manuum tuarum; *omnia subiecisti sub pedibus eius,* boves et oves universas, insuper et pecora campi; volucres coeli et pisces maris, qui perambulant semitas maris» [3].

Non solum autem ad victum et vestitum et alias corporales necessitates hominis subserviunt creaturae corporales, sed etiam ad cognoscendum et amandum Deum, secundum illud: «a magnitudine enim speciei et creaturae *cognoscibiliter* poterit Creator horum *videri»* [4]. Unde mater septem Machabaeorum martyrium pro Deo suadebat uni ex illis dicens: (peto, nate, ut adspicias ad coelum et terram et ad omnia quae in eis sunt, *et intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus et hmanum genus;* ita fiet ut non timeas carnificem istum»[5].

lure ergo hanc duplicem utilitatem principalem creaturarum irrationalium extollit S. Thomas, scribens: «omnia corporalia propter hominem facta esse creduntur; unde et omnia dicuntur ei esse subiecta [6]. Serviunt autem ei dupliciter: uno modo, *ad sustentationem vitae corporalis;* alio modo, *ad profaitm divinae cognitionis,* in quantum homo, per ea quae facta sunt, invisibilia Dei conspicit *[Rom.,* I, 20]»[7].

967. *Ex ratione* etiam idem apparet. Naturalis enim rerum ordo hoc habet, ut imperfecta sint propter perfecta sicut propter finem. Atqui omnium rerum huius mundi adspectabilis homo est naturaliter perfectior, cum sit rationalis zaturae. Est ergo homo naturaliter finis ceterarum rerum sensibilium.

Ad rem S. Thomas: «*videmus* enim quod homines utuntur

[1] *Ibid.,* IX, 2-3.
Deut., IV, 19.
Psalm. VIII, 7-9.
Sap., XIII, 5.
[5] *II Mach.,* VII, 28-29.
Psalm. VIII, 8.
[7] *IV Sent.,* dist. 48, 2, I.

ad sui utilitatem animalibus et rebus inanimatis; animalia vero plantis et rebus inanimatis; plantae autem rebus inanimatis, in quantum scilicet alimentum et iuvamentum ab eis accipiunt. Secundum autem quod agitur unumquodque in rerum natura, ita natum est agi. Unde videtur quod omnia corpora inanimata sint instrumenta animatorum et sint propter ipsa; et etiam animata minus perfecta sint propter animata magis perfecta» L Cum ergo «animalia habeant vitam imperfectam respectu vitae humanae, quae simpliciter perfecta est..., animalia sunt propter hominem»2.

Et hoc est quod theologi communiter docent cum Magistro Sententiarum qui, ex Hugone a S. Victore, exscribit: «sicut factus est homo propter Deum, id est ut ei serviret, ita mundus factus est propter hominem, scilicet ut ei serviret. *Positus est ergo homo in medio,* ut et ei serviretur et ipse serviret; ut acciperet utrinque, et reflueret totum ad bonum hominis, et quod accepit obsequium, et quod impendit. Ita enim voluit Deus sibi ab homine serviri ut ea servitute non Deus, sed homo serviens iuvaretur; et voluit ut mundus serviret homini ut ex inde similiter iuvaretur homo»3.

Deus ergo «fecit creaturam propter *bonitatem* suam, considerando finem *operantis,*- et propter *utilitatem* creaturae, considerando finem *operis»,* ut notat S. Thomas super haec verba Magistri 4. Quae duo non opponuntur ad invicem, sed utilitas creaturae rationalis subordinatur gloriae Dei, sicut finis secundarius et subalternus fini principali et ultimo5.

968. Unde patet errasse ex una parte Cartesium, Leibnizium, Paulum Janet aliosque deridentes doctrinam de creatione mundi corporei propter hominem, quasi anthropocentricam; ex alia vero hermesianos, dicentes mundum fuisse conditum unice et exclusive propter hominem, et non propter gloriam Dei, quasi hoc studium gloriae esset contra sanc-

1 ***II*** *de Anima,* lect. 7, n.° 332.
De Pot., 5, 9. Vide etiam ***II*** *Sent.,* dist. 1, 2, 3; ***III*** *Contra Gaü.,* cap. 22; I, 65, 2, et alibi passim.
3 ***II*** *Sent.*, dist. i, cap. *4,* ed. Quaracchi, 1916, p. 310.
4 ***II*** *Sent.,* dist. *1, 2,* 1.
5 *Ibid.,* art. 3 ad 1; I, 65, 2 ad 1 et 2.

titatem Dei. Utrumque enim verum est, licet non ex aequo intentum a Deo, qui mundum corporeum condidit *propter hominem* tanquam propter finem secundarium *cui;* sed *propter seipsum* tanquam propter finem primarium *cui* et *cuius gratia.*

In qua quidem reductione stat maximum bonum creaturae, quod ipsi realiter communicatur, dum bonitati divinae nihil realiter inde accrescit.

Propter quod S. Thomas haec duo simul affirmat: primo, <Deus, non propter aliquam indigentiam creaturas produxit, neque propter aliquam aliam causam extrinsecam, sed *propter amorem suae bonitatis»* 1; secundo, «Deus gloriam suam non quaerit propter se, sed *propter nos»* 2.

969. *Quod autem haec omnia naturalia sint propter hominem in ordine supernaturali et ultimatim propter ipsam gloriam supernaturalem Dei,* ex Sacris Litteris accipimus. *«Omnia enim vestra sunt,* ait Apostolus, sive Paulus sive Apollo sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive praesentia sive futura; *omnia enim vestra sunt: vos autem Christi; Christus autem Dei**3. «Nobis tamen unus est Deus, Pater, ex quo *omnia et nos in illum;* et unus Dominus lesu Christus, per quem omnia et nos per ipsum»4. «Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat: omnia subiecta sunt ei, sine dubio praeter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, *ut sit Deus omnia in omnibus» 5.*

Ac semper et in omnibus et super omnia, gloria Dei. «Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona, *et glorificem Patrem vestrum, qui in coelis est» e,* sive ergo manducatis sive bibitis sive aliud quid facitis;

1 I, 32, i ad 3.
1 IMI, 132, i. Videantur *Acta Concilii Vaticani,* ed. cit., t. 50, coi. 68, 102-103, et t. 51, coi. 46; *Acta Conc. Coloniensis,* i860, I P., tit. 3, cap. 13, 148. col. 90-91.
I Cor., Ill, 22-23.
I Cor., VIII, 6.
5 *I Cor.,* XV, 26-28.
Mit.. V, 16.

*omnia in gloriam Dei facite»*2; «*omne* quodcumque facitis in verbo aut in opere, *omnia in nomine Domini lesu Christi; grattas agentes Deo et Patri per ipsum»*2; «conversationem vestram inter Gentes habentes bonam, ut in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, *ex bonis operibus* m *considerantes, glorificent Deum in die visitationis»*3.

970. Alerito ergo Concilium Tridentinum docet quod causa finalis iustificationis est «*gloria Dei* et Christi ac vita aeterna»4; nempe in primis gloria Dei; sub qua, gloria Christi hominis; et sub gloria Dei et Christi, vita aeterna iustificatorum.

971. B) *Argumentum a posteriori.* Quaecumque cadunt sub spe theologica et sub caritate et oratione ac sub merito theologico, ordinantur in ultimum finem supematuralem, qui est nostra vita aeterna et gloria supernaturalis Dei. Atqui sub spe, caritate, oratione ac merito theologico cadunt non solum bona supematuralia, sed et omnia bona naturalia, etiam corporalia. Ergo etiam bona corporalia ordinantur in ultimum finem supematuralem, qui est nostra vita aeterna et gloria supernaturalis Dei.

972. *Maior* constat; quia quaecumque cadunt sub aliquo habitu, cadunt sub formafi obiecto eius, cum nihil cadat sub aliquo habitu nisi per ordinem ad eius obiectum formale. lam vero spes et caritas sunt habitus seu virtutes theologicae, habentes pro formali obiecto Deum ipsum, secundum quod est finis ultimus supernaturalis 5. Quaequmque ergo cadunt sub spe et caritate, et consequenter sub oratione, quae est interpres spei et caritatis, et sub merito theologico, quod est actus per se primo caritatis, ordinantur ad ultimum fin-H supematuralem, qui est nostra salus aeterna et gloria Dei supernaturalis.

973. *Minor* vero probatur in tractatibus de gratia, de spe et caritate et de oratione. Ostenditur enim in tractatu de spe quod secundario et instrumentaliter possumus sperare quaecumque bona consequenda in beatitudinem ordinata», et sub auxilio Dei sicut sub primario auxiliante 1.

In tractatu de caritate docetur quod omnia vera bona cuiuscumque generis cadunt sub amore caritatis, etiam ipsae creaturae irrationales2, non quidem directe amore amicitiae, sed amore concupiscentiae «in quantum ex caritate volumus eas conservari ad honorem [= gloriam] Dei et utilitatem hominum» 3.

Traditur etiam in tractatu de gratia, quod omnia vera bona, etiam corporalia, cadunt sub merito theologico, secundum quod expediunt «ad perveniendum ad vitam aeternam» 4.

Denique, in tractatu de oratione probatur quod bona temporalia cadunt sub petitione a Deo, «non tanquam principaliter quaesita», sed secundum quod nobis «expediunt ad salutem» aeternam0. Unde et Pius XI de Ecclesia, cuius proprius finis est supernaturalis, ait: «quamquam enim ea, divino iussu, recta spiritualibus nec perituris bonis intendit, tamen, *ut omnia sunt apta inter se ac nexa cohaerent, prosperitati etiam terrenae tum singulorum hominum tum ipsius humanae societatis* sic favet ut plus favere non posset, si iisdem omnino provehendis instituta esse videretur»6.

974. Patet ergo quod creaturae irrationales, cum non sint capaces beatitudinis, non elevantur ad ordinem supernaturalem intrinsecum seu formalem, quasi participantes intrinsece divinam naturam, ut creaturae rationales cum suscipiunt gratiam Dei habitualem; sed extrinsece et organice seu instrumentaliter, ad servitium creaturae rationalis, ut eis supernaturaliter utatur ex imperio caritatis. Propter quod S. Thomas iure affirmat quod creaturae irrationales «non

Coloss., V, 17.
I Pet., II, 12.
Denz., n.° 799.
II-II, 17, 2; 23, 3-6; 25, i.
II-II, 17, 4.
Ibid., in fine corp.
I-II, 114, 10.
II-II, 83, 6 ad 4.
Encycl. *Ubi arcano,* die 23 decembns 1922, A. A. S., 1923, p. 697.

proprie dicuntur praedestinari», quia «non sunt capaces illius finis qui facultatem humanae naturae excedit» x.

975. Quae cum ita sint, constat quod *omnia quaecumqiu Detis operatur ad extra sunt propter electos seu praedestinatos et propter gloriam suam supematuralem.* Unde S. Thomas profunde docet quod «multitudo animarum pertinet ad essentialem perfectionem universi ultimam, sed non primam, cum tota corporum mundi transmutatio ordinetur quodammodo ad animarum multiplicationem, ad quam requiritur corporum multiplicatio»; animarum autem multiplicatio ordinatur ad complendum numerum electorum, nam «ex motu, quo Deus creaturas corporales movet, quaeritur aliquid praeter ipsum motum, scilicet *completus numerus electorum, quo habito, motus cessabit,* licet non substantia mundi»1.

976. Et ita omnia, quaecumque praedestinatis accidunt, sunt effectus praedestinationis sive eliciti sive imperati; nam «ita praedestinatur a Deo salus alicuius, ut etiam sub ordine praedestinationis cadat *quidquid hominem promovet in salutem,* vel orationes propriae vel aliorum, vel *alia bona vd quidquid huiusmodi,* sine quibus aliquis salutem non consequitur» 3.

Quo in sensu dictum est: «diligentibus Deum omnia cooperatur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti» 4. Quae verba ita egregie explicat S. Thomas: «quidquid fit circa *nobilissimas* partes [universi creaturarum], non ordinatur nisi in bonum ipsarum; quia de eis *propter se* cura habetur, sicut medicus infirmitatem pedis sustinet ut curet caput. Inter omnes autem partes universi excellunt *sancti Dei,* ad quorum quemlibet pertinet quod dicitur Mtt., XXV, 21, 23: *super omnia bona sua constituet eum;* et ideo *quidquid accidit vel circa ipsos vel alias res, totum in bonum eorum cedit,* ita quod verificatur quod dicitur *Prw.,* XI, 29: *qui stultus est serviet sapienti;* quia scilicet etiam

1 I, q. 23, art. 1 ad 2.
2 *De Pot.,* 3, 10 ad 3 et 4. Cf. ibid. 5, 5 ad 13
3 h 23, 8.
« *Rom.,* VIII, 28.

mala peccatorum in bonum iustorum cedunt; unde et Deus specialem curam de iustis habere dicitur, secundum illud *Psalmi* ***XXXIII,*** 16; *oculi Domini super iustos,* in quantum scilicet sic de *eis* curat, quod nihil mali circa eos esse permittit quod non in eorum bonum convertat» x.

Praedestinatis ergo omnia cooperantur in bonum, «utpote quibus divitiae instrumenta sunt misericordiae; paupertas, humilitatis causa; bona valetudo vires illis ministrat ad ferendos paenitentiae fructus; adversa vero, materia patientiae: sapientia, dum docent, promerentur Deum; ignorantiâ, dum discunt: in potestate constituti, felices sunt, quoniam iustitiam faciunt; et tyrannide oppressi, beati quoque, quoniam persecutionem patiuntur propter iustitiam: infernus salutarem illis metum incutit; paradisus spem gignit; peccata aliena cautiores illos faciunt; et propria humiliores» 2.

977. Et omnia haec cum ipsis praedestinatis finaliter ordinantur in gloriam Dei, secundum illud: *«repleti fructu tustittae* per lesum Christum, *in gloriam et laudem Dei» 3,* «qui *praedestinavit* nos in adoptionem filiorum per lesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae, *in laudem gloriae gratiae suae» 4.*

978. Haec est altissima Dei sapientia omnia fortiter et suaviter ordinans in altissimum finem, qui est ipse Deus supematuraliter beatificans electos, se nude et aperte eis manifestando 5. Quam eleganter describit Lactantius his verbis: «idcirco mundus factus est, ut nascamur; ideo nascimur, ut adgnoscamus factorem mundi ac nostri, Deum; ideo adgnoscimus, ut colamus; ideo colimus, ut immortalitatem pro laborum mercede capiamus; quoniam maximis laboribus cultus Dei constat; ideo praemio immortalitatis adficimur ut, similes angelis effecti, summo Patri ac Domino serviamus et

1 *Ad Rotn.,* cap. VIII, lect. 6, edit, cit., p. 120 b.
* Dominicus de Soto, O. P., *ad Rom.,* h. l., ed. Antuerpiae, 1550, p. 236 b.
3 *Phil.,* I, ii.
* *Eph.,* 1,5-6.
s *Joan.,* XIV, 21.

simus aeternum Deo regnum. Haec summa rerum est, hoc arcanum Dei, hoc mysterium mundi»\

979. Quinimmo, sicut Verbum Dei assumendo humanam naturam in unitatem personae divinae, totum universum creaturarum quodammodo elevavit ad divinam personam, ut Caietanus dicit[2]; quia in humana natura totum universum veluti in synthesi continetur —propter quod dicitur μικροκόσμο [3]—; ita etiam homines quosdam praedestinando et beatificando, totam creaturarum universitatem aliquo sensu praedestinavit ac beatificavit, ut profunde aeque ac pie notavit Guilelmus Peraldus: «in homine, inquiens, est invenire quasi naturam omnis creaturae, quia corporeum, vegetabile, sensibile, rationale; unde *in eius beatifications quasi natura omnis creaturae beatificatur»* [4].

980. Et in hoc sensu, hominum et angelorum et creaturarum omnium irrationalium est unus idemque finis ultimus simpliciter, nedum obiectivus, sed et *quodammodo* formalis; nam et *beatitudo animae* suo modo *redundabit* in corpora beatorum, ut sic Deus sit omnia in omnibus creaturis *dum est omnia in omnibus partibus hominis beati,* quae et *oimus intrant suo modo in gaudium Domini sui*[5], secundum illud: «*cor* meum et *caro* mea *exstdtaverunt in Deum vivum»*[6].

Divin. Instil., lib VII, cap. 6, nn. 1-2, edit. S. Brandt, Vindobonae, 1890, CSEL, t. XIX, pp. 603-604.

[2] In III, i, I, n.° 7. [Cf. ***III*** *Sent.,* d, *2,* I, qla. 1, n.° 20.]

[3] Aristoteles, ***VIII*** *Physic.,* cap. 2, n.° 2, II, 345, 14.

Summa virtutum ac vitiorum, tract. II, de fide, cap. 13, Lugduni, 1954, 1.1, p. 137 b.

[5] ***I*** *Cor-,* XV, 28; *Mtt.,* XXV, 21, 23.

[6] *Psalm.* ***LXXXIII,*** 3. Cf. I-II, 30, I ad 1.

INDICES

Index rerum syntheticus XIX

SIGLA PRAECIPUA XXVII

Index onomasticus 539

II. Index biblicus 551

III. Index thomisticus 555

IV. Index rerum analyticus 569

I. INDEX ONOMASTICUS

Abad, L., 143·
Abendana, R· Jacob, 152.
Abucara, Th., 159·
Academici Philosophi, I43·
Acciaioli, Don., 143·
Agahd, R., 158.
Aegidius a Praesentatione, 19&·
Aeneas Gazaeus, 159·
Afzelius, 144·
Agostini, Jos., 166.
Aguirre, Jos. Sâenz de, 144,160.
Alarcon, Did., 166.
Albertus Magnus (S.), XVI, 10, 12, 13, 35» 5°> 54» 91» *44» 166' 325> 326, 431, 460, 462·
Alcaûiz, F., 167.
Alderete, B., 167.
Alexander, Natalis, 167.
Alfarabi, 144.
Algazel, 144,147,175» 293> 302» 327·
Alkindi, 144,127.
Alliaco, Petrus de, 34 n.
Alliaga, Joan., 167.
Allo, B., 200.
Allora Colonna, 144.
Almain, Fel., 167.
Almain, lac., 18 n.
Alnwick, Guil., 167.
Alvarez, D., 167.
Alvernus, Guil., 52,167.
Amarelli, Greg., 145·
Ambrosius (S.), 54, 56» 59» 9^» 159» 160,342.
Amicus, Franc., 167.
Amorôs, L., 180.
Anaxagoras, 155, 329.
Anciaux, E., 167.
Ancona, Aug. Triumphus de, 15, 17.
Andronicus Rhodius, 151.
Annatus, Pet., 36.
Anselmus (S.), 112, 167.
Antipater Tarsensis, 145.
Antoninus (S.), 16, 18 n. 167.
Antonio, Nic., 165.
Antonius a Matre Dei, 199.
Apelt, O., 145.
Aphraates, 159.
Aquarius, Matthias, 328.
Aquasparta, M., 168.
Araujo, Franc., 168.
Architas Tarentinus, 145.
Argentina, Thomas de, 168.
Argentré, C. du Plessis d', 168.
Argyropylos, 144, 148.
Arintero, Joan., 145.
Aristoteles, 52, 54, 57, 140, 145, 211, 213, 214, 217, 221, 235, 241, 242, 243, 245, 246, 276, 277, 283, 303, 312» 325» 329» 342, 355» 379, 385» 386, 388, 424, 498, 524» 525» 536.
Arleth, E., 145.
Arnim, Joan, von, 145.
Arnou, R., 145,168.
Arnu, Nic., 168.
Arriaga, Rod., 168.
Arrighi, Join. Bapt., 169.
Arrübal, Petrus, 169.
Asin Palacios, Michael, 144, 145, 327 n.
Aspasius, 145.

Athenagoras, 160.
Atzberger, L., 169.
Augustinus (S.), XVII, 6, 50, 51, 55» 58, 69, 78, 84, 87, 93» 96, 102, 117, 124, 126, 135, 160, 214, 215, 216, 296 n. 308, 310, 311, 360, 361, 363» 417» 452» 484» 496, 500, 515·
Aureolus, Petrus, 169.
Autissiodorensis, Guil., 169.
Averroes, 146, 154, 325» 327» 330.
Aversa, Raphael, 169.
Avicebron (= Ibn-Gebirol), 146, 325» 326.
Avicenna, 52, 146, 175, 327.
Ayala Fajardo, J., 169.
Azor, Joannes, 17, 18 n.

Baconthorp, J., 169.
Baeumker, Clem., n. 146, 326 n.
Bach, M., 169.
Bachelet, X. Le, 170.
Bailey, G., 150.
Balduinus, Th., 170.
Balzaretti, P., 170.
105, 106, n, 112, 170, 222 n, 253, 257, 342.
Bannes, J., 146.
Barcellona, A., 170.
Barcia, R., 53.
Barion, J., 161.
Bartholomaeus de Martyribus, 123 n.
Basilakes, G., 162.
Basilius (S.), 59.
Bassolis, Joannes de, 170.
Batiffol, P., 51.
Batista, Joan. Ildephonsus, 170.
Baur, L., 126 n, 151 n, 270 n, 283.
Bautz, Jos., 170.
Bayé, E., 146.
Bellarminus, Robertus (S.), 170.
Bellovacensis, Vine., 327 n.
Beltrân de Heredia, Vine. 109 n, 342.
Benedictus XV, xi, 78, 411, 412.
Ben Israel, Men., 170.
Beraza, Blasius, 171.
Beringer, Franc., 154.
Bernaldus Presbyter, 171.
Bemard-B., 171.
Bernardakis, G. M., 156.
Bernardus (S.), 171.
Bernsau, Hen. Guil., 28 n.
Berriozdbal, Joan. Em., 146.
Berti, Laur., 42.
Biehl, W., 146.
Biescas, Joan., 171.
Bignone, E., 147.
Bignone, E., 147.
Bilz, J., 40.
Billot, L., 171.
Billuart, Car. Ren., 42, 171, 219 n» 438, 467.
Bisleti, G., xvi.
Blanche, A. 172.
Blanco Soto, P., 175.
Blasius a Conceptione, 147.
Blot, R., 171.
Blum, P., 147.
Bôetius de Dacia, 147.
Boetius, Severinus, 9 n, 12 n, 14 n, 97 n, 147, 152, 452, 498.
Bohm, O., 171.
Bogliano, A., 150.
Bonaventura (S.), 12, 33, 165, 171, 325, 462, 469-530.
Bonnet, 284.
Bonilla y San Martin, A., 152.
Bonsirven, J., 172.
Borgnet, A., n, 166-168, 227.
Borne, Steph., 147.
Borull, M., 172.
Boyer, C., 161.
Bradwardine, Thomas, 26 n.
Brandmeyer, J. A., 25 n, 27 n, 28,
Brand, S., 164, 536.
Brehier, E., 147.
Bremond, L., 172.
Brenner, Frid., 39.
Breznay, Ad., 41.
Briger, Cand., 172.
Brisbois, G., 172.
Brochard, V., 146.
Brocket, W., 146.
Brucker, Jac., 26 n.
Broglie, G. de, 172.
Bruni, G., 175.
Brunschwigc, L., 284.
Bryges, M., 172.
Bucceroni, Jan., 41.
Buchner, Al., 39.
Budé, G., 126 n.
Buddeus, 19 n.
Bülow, G., 151.
Bulsano-Tux, 33.
Buonpensiere, Hen., 46 n, 172.
Buridanus, J., 147.
Burleus, G., 147.
Burnet, J., 147.
Burnet, Thomas, 172.
Buxtorf, J., 153.
Buzy, D., 172.
Cabrera, Petrus, 173.
Câceres, Did., 173.
Cadrés, 162.
Caietanus, Thomas de Vio vm, 16, 22, 50 n, 80, 99 n; 106-129,173, 222, 238, 254, 268, 275, 298 n, 320 n, 293, 4ī9» 429» 435» 452, 458, 462, 467, 469, 515» 536.
Caillau, A. B., 163.
Calonymos, C., 147.
Camerarius, Joachim, 147·
Cano, Joannes, 147.
Cano, Melchior, xv, xvi n, 13, 14 n, 35 n, 117.
Canales, J., 173.
Capitaine, W., 163.
Capponi a Porrecta, S., 173·
Cappuyns, M., 174.
Capranica, Dom., 173.
Capreolus, Joan., 83, 108, 173» 255, 256, 434.
Carafa, Greg., 173.
Carame, N., 146, 327 n.
Caramuel, Joannes, 27.
Carbone a Costacciaro, L.> 165.
Carra de Vaux, 147.
Carrafa, Oliverius, vin.
Cartesius, R., 395.
Carvajal, L., 35 n.
Castro, Alph., 174.
Catechismus Romanus, 516.
Cathala, R., xvn, 14 n.
Catharinus, A., 174.
Cathrein, V., 148.
Cauvinus de Nicaea, P., 174.
Cayré, Fulb., 161.
Celaya, Joannes de, 148.
Chalvet, H., 174.
Chapeau, J., 191.
Chappuis, F. G., 174.
Charlier, L., 174.
Chatelain, æm., 176.
Chenu, Dom., 7 n.
Chignoli, Nic., 174.
Chromatius, S., 162.
Chruchon, G., 158.
Chysippus, 149.
Chrysostomus, Joan (S.), 59, 162.
Cicero, M. Tullius, xiv, 25 n, 50, 53, 54, 56, 57» 102 n, 117, 124, 127, 148, 211-212, 216, 220, 382 452, 484, 498.
Cipulli, Greg., 175.
Cleantes, Asius, 148.
Clemens Alexandrinus, 59,162.
Climacus, Joan. (S.), 163.
Clapwel, Rich., 175.
Colonna, Aegidius, 175.
Colle, G., 148.
Collinus, Joannes, 25 n.
Combrugghe, C. van, 205.
Complutenses, C. D., 148.
Complutenses, O. P., 255, 432.
Compostellanus Petrus, 175.
Conchis, G. de, 148.
Concilium Carisiacense I (853), 414, 416.
Concilium Coloniense (i860), 377, 416, 531.
Concilium Lateranense IV, 9.
Concilium Nicaeno - Constantinopolitanum, 413.

Concilium Tridentinum, 130, 417, 418, 419, 464, 485, 486, 506, 532.
Concilium Valentinum III (855), 417.
Concilium Vaticanum, 99, 112, 128, 129, I34> 377> 412, 415, 416, 506, 514, 516, 525, 526, 531.
Concina, Daniel, 36.
Conimbricenses, 148.
Conninck, æg., 175.
Conradi, Jos., 175.
Contenson, Vine., 175.
Conti, Seb., 49 n.
Coquelle, I., 106 n.
Corbin, H., 149.
Côrdoba, A. de, 175.
Cordovani, M., 175.
Cornejo, P., 176.
Comillier, P., 149.
Corona, P. del, 176.
Cretensis Andreas, 163.
Creuzen, F., 156.
Crito Pythagoricus, 149.
Cuervo, J., 180.
Cuervo, M,, 176.
Curiel, J. Alph., 176.
Cusa, Nic. de, 26 n.
Cyrillus Hierosolymitanus (S.) 68 153·
Czamler, A. C., 39.

Daguillon, J., 204.
Damascenus, Joan. (S.), 90, 163.
Deissler, A., 30 n.
Demetrius Phalereus, 149.
Democritus, 149, 284.
Denifle, H., 146.
Descoqs, P., 176.
Deserres de la Tour, 149.
Destrez, J., 165.
Deza, Did., 176.
De-Vit, 53 n.
Diaz, Froylanus, 263.
Didiot, J., 45.
Dieckmann, H., 6.
Dietl, Greg., 176.
Dietterle, J., 14 n.
Didymus Pythagoricus, 149.
Dina, A., 149.
Diogenes Babylonius, 149.
Diogenes Laertius, 149,284.
Dionysius [Pseudo-] Aeropagita, 396. 397>400.
Dionysius Cartusianus, 149,173.
Dittrich, O., 149.
Divisick, Pro., 176.
Doellinger, Ign., 176.
Dombay, M., 39.
Dominicus a Sancta Teresia, 199.
Dondaine, A., 204.
Dorse, Aem., 46 n.
Doucet, A., 176.
Drexelius, H., 177.
Drey, Joan. Seb., 39.
Dubillard, 33.
Du Cange, 328 n.
Dumont, P., 177.
Dupin, Lud. El., 36.
Durandus a Sancto Porciano, 78, 177.
Dyroff, A., 149.

Eadmerus Cantuariensis, 177.
Eckhart, Joan., 327 n, 331.
Ehrle, Franc., 150.
Elbe, E., 150.
Elter, E., 150.
Emes, P., 177.
Engelbertus, 177.
Ephrem (S.), 163.
Epicurus, 146, 150, 156.
Erasmus, Des., 35 n.
Emesti, K., 163.
Escrivâ, Franc., 177.
Esparza, Martinus, 35 n.
Estius, Guil., 177.
Ettlinger, 310.
Eudemus Rhodius, 150.
Euriphamus Pythagoreus t 5°j 524-
Eustratius, 150, 163.
Eymerich, Nic., 177.

Fabre,]., 154.
Facchini, D., 177.
Fassoni, L., 177.
Faure, J. Bapt., 36.
Fernândez, An., 177.
Ferrariensis, Franciscus de Silvestris, 177, 253, 363, 432, 434·
Ferré, Vine., 178.
Ferrer, Vine., 178.
Ferreras,]., 178.
Festugière, A. J., 150.
Feuquières, Marchio de, 27 n.
Fischer, Gerardus, 36.
Fontibus, Godefridus de, 78 n, 179.
Forcellini, Aegid., 53 n.
Forckenberg, Henr. Jos., 36.
Fox Morcillo, 150.
Franceschini, E., 150.
Frassen, Cl., 178.
Fretté, St. Ed., 158.
Friederichs, J., 41.
Frins, V., 178, 394.
Frire, Cl., 178.
Frbbes, Jos., 284.
Frohschammer, Jac., 412.
Fronteau, 150.
Fulgentius (S.), 310, 417.
Fumi, Barth., 16, ii η.

Gabriel a Sancto Vincentio, 207.
Gandavensis, Henricus, 178.
Gardeil, A., 41,178.
Garrigou-Lagrange, R., 41 n, 46 n, 179.
Gasser, 412, 517 n.
Gatti, V., 179.
Gautier, Jos., 25 n, 30, 34 n, 36.
Gazzaniga, P., 179.
Gener, J. Bapt., 166.
Gentile, J., 156.
Georgius Calixtus, 32.
Gerbert, Martinus, 25 n, 30, 31, 36 43,179.
Germanus I Constantinopolitanus 163.
Gerson, Joan., 35 n.
Ghellinck, J. de, 188.
Gianni, Th., 151.
Gillon, L. B., vu.
Gilson, Steph., 144, 161.
Giphanus, O., 151.
Giuliani, Jos., 37.
Gleichen - Russowurum, A. von, 150.
Glorieux, P., 172, 175.
Gmeiner, Franc. Xav., 37.
Gobat, Gre., 179.
Goedeckmeyer, A., 151.
Goelzer, FL, 126 n.
Goldbacher, A., 161.
Godoy, P. de, 137,180.
Gômez, E., 204.
Gonet, J. Bapt., 180, 236, 438.
Gonsalvus Hispanus, 180.
Gonzalez de Albelda, Joan., 20, 91 n. 180.
Gonzâlez [= Gundissalinus] Dominicus, 146, 151.
Gonzâlez Palencia, A., 144, 151.
Gonzâlez Zephirinus, 64, 151.
Gotti, Vine., 24 n, 180.
Goudin, Ant., 103 n.
Grabmann, Martin., 19 n, 24 n, 26 n, 106.
Granada, L. de, 123, 151, 180.
Granados, Jac., 181.
Grandgeorge, L., 162.
Grandi, B., 181.
Grandt, A., 151.
Gravina, Dorn., 181,184.
Gredt, Jos., 181, 432.
Gregorio, M. de, 181.
Gregorius Magnus (S.), I35> 163.
Gregorius Nyssenus (S.), 68, 163.
Gregorius IX, 128.
Gretser, Jac., 34 n, 181.
Grou, 162.
Gualterius Brugensis, 182.
Guardagnin, G., 182.
Guilelmus Abbas, 182.
Gumiot, V., 182.
Guyau, I. M., 151.

Haase, F., 157.
Hacquet, J. Bapt., 182.
Halensis, Alexander, 12, 35 n, 51, 182.
Hallfel, M., 182.
Hampke, H., 151.
Hamui, R., 151.
Hannequin, 151.
Hannibaldus de Hannibaldis, 182.
Hartmann, 498.
Haymo, 182.
Heerinckx, Jac., 33, 41.
Heinen, W., 182.
Heinze, M., 151.
Heilmann, Jos., David, 43.
Heliodorus, 151.
Helmts, J. Hild., 18 n.
Helquinet, 166.
Hemin, J. Bapt., 182.
Henao, G., 182.
Henquinet, F., 167,182.
Henriquez, Henricus, 18 n, 183.
Henry, P., 155.
Herbigny, Michael d', 41.
Herice, V., 183.
Hennes, Georgius, 39.
Hermotmus Clazomenius, 328.
Hemândez Villaescusa, 28 n.
Herveus de Nédéllec, 35 n, 93, 183, 253, 255, 256.
Heybut, G., 150,151.
Hieronymus (S.), xvnL
Hilarius Parisicnsis, 44.
Hipparchus Pythagoricus, 152.
Hippodamus Thurius, 152, 524.
Hirschig, R. B., 155.
Hocedez, E., 190.
Hoffmann, E., 160.
Hoffmann, G., 183.
Hoffmans, J., 78, 179, 180.
Honorius Augustodunensis, 183.
Horatius, 258.
Huber, S., 152.
Hiibscher, Ign., 183.
Huetius, Dan., 27 n, 29.
Hugo Argentoratensis, 168.
Hugo a S. Victore, 183, 531.
Hugon, Ed., 46 n, 183, 299.
Hugueny, Steph., 183.
Hurtadus, Gaspar, 183.

Immich, O., 152.
Innocentius X, 414.
Isolanis, Isid. de, 184.
Izquierdo, Seb., 184.

Jacob, Car., 184.
Jaeger, W., 19 n, 145,152.
Jaegerhuber, I., 184.
Janet, P., 152, 531.
Janssenius, Corn., 414.
Janssens, Ed., 152.
Janssens, Laur., 46 n, 47 n, 184.
Janvier, A., 184.
Jaszlinsky, Andreas, 184.
Javelli, Chrysostomus, 49 n, 184.
Jehudâ Abbentibbon, 142.
Jehudâ Ha-Levi, 152.
Jelf, W. E., 152.
Jensen, Christianus, 150.
Joannes, G., 184.
Joannes ab Annuntiatione, 199.
Joannes a Cruce, 176.
Joannes de Neapoli, 184.
Joannes a S. Thoma, xvni, 11, 19, 85, 92, 105, 114, 204, 219, 236, 255, 286 n, 327 n, 350, 375, 438.
Jodi, Fr., 152.
Jolivet, R., 162.
Jost, G., 184.
Jugie, Martinus, 184.
Julianus (S.), 164.
Jungmann, B., 185.
Jusjurandum contra Alodernistas, 515.

Kaeppeli, Thomas, 185.
Kachnik, J., 185.
Kafka, 310.
Kalmus, O., 152.
Kamperger, Fr., 185.

Kant, Em., 125,152, 498.
Katschthaler, J. Bapt., 185.
Kaufmann, N., 152.
Kehrbach, Car., 17 n.
Kirch, L., 185.
Kichler, H., 185.
Kilber, H., 30, 39.
Kilwardby, Rob., 82.
Klee, Henr., 39,185.
Klein, A., 153.
Kleutgen, Jos., 45 n, 185, 517 n.
Khefoth, Th., 185.
Kligner, F., 153.
Knappe, K., 153.
Kneutgen, A., 185.
Knoell, P., 160.
Koch, Jos., 333 n.
Koch, U., 185.
Koehler, Greg., 37.
Koehler, W., 310.
Koellin, Conradus, xm n, 91, 139, 185, 219-220, 255, 373.
Koetschau, P., 164.
Krannichfeld, W. R., 153.
Krantz, E., 153.
Krawutzky, A., 40, 186.
Krebs, E., 35 n, 41.
Krieg, Com., 41.
Kiihle, H., 166.
Kuhn, Joan., 40.
Kwiatkowski, V., 186.

Laas, E., 153.
Labat, P., 186.
Lactantius, 164, 535.
Lafontaine, A., 153.
Lafosse, 186.
Lagrange, Jos., 186.
Lamiroy, Henr., 186.
Lang, A., 186.
Lappacei, B., 186.
Laurent, H., 186.
Lavaud, B., 186.
Ledesma, Martinus, 187.
Ledesma, P., 187.
Ledoux, A., 167.
Lehu, L., 153, 324.
Lennerz, H., 187.
Lens, Joan., 187.
Leibniz, Guil, 26 n.
Leo XIII, xvi, 74, 126, 130, 134 n, 410, 412› 458, 4^3> 486, 499, 506.
Leone a Lycio, D., 187.
Lépicier, A., 187.
Lerma, Cosmas de, 61 n, 354.
Lescoeur, 153.
Lessius, L., 56, 187.
Leu, Jos., 240.
Lévy, L. G., 153.
Lewalter, E., 162.
Lezana, J. Bapt., 187.
Lezana, M., 187.
Liberius de S. Amore [= Joannes Clericus], 26 n.
Liebermann, Fr. Leop. 43.
Liguori, Alphonsus (S.), 44, 187.
Lipsius, J., 153.
Llamas, J., 153.
Locke, J., 26 n.
Loisil, G., 153.
Lombardus, Petrus, 34 n, 164, 188, 530.
Loo, Bern., 40.
Longpré, E., 182.
Lôpez, A., 188.
Lorca, P., 188.
Lorichus, J., 35 n.
Lotter, M., 188.
Lottin, O., 180.
Lozano, S., 41, 46 n, 188.
Luks, H. A., 153, 327 n.
Lugo, Joannes, 22, 188.
Lugo, Franciscus, 188.
Lullius, R., 327 n.
Lumbreras, P., 188.
Luydl, Corbianus, 37.
Lyncaeus, Rich., 188.

Mabile, P., 153.
Macarius Alexandrinus, 164.
Macrobius, 153.
Maier, H., 153.

Maimonides, 154, 174, 327.
Mainage, Th., 200.
Mairat 188.
Maldonatus, Joan., 18 n, 35 n.
Malvenda, Th., 189.
Mamachi, Th., 10 n, 189.
Manchberger, L., 189.
Mandonnet, P., 165, 175, 204.
Mannhart, Fr. Xav., 37.
Manser, G., 188.
Mansion, A., 154.
Marcellus a Puero Jesu, 154.
Marci, Eph., 1S9.
Marcus Antonius, 154.
Marcus Ephesinus, 189.
Maréchal, Jos., 189.
Mariales, Xantes, 189.
Marinis, Dom. de, 190.
Maritain, J., 64.
Marston, Rogerius, 190.
Marleta, G., 190.
Martin, Andreas, 154.
Martin, Raym., 190.
Martin, Th., 190.
Martinez, Greg., 190.
Martinez de Prado, 10 n, 23,256,259.
Martinez Vigil, Raym., 166.
Massignon, L., 144.
Matthias, P., 190.
Matthys, M., 190.
Matulewicz, G. B., 190.
Maurus, Silvester, 154, 190.
Mausbach, Jos., 162.
Mayer, C., 191.
Mediavilla, Rich., 191.
Medicis, H. de, 191.
Medina, B. de, 191, 219 n, 236, 256, 256, 284, 342,
Meersch, J. van der, 46 n, 206.
Meifort, J., 163.
Mekler, S., 143.
Mentzingen, A., 154.
Merinero, J., 191.
Merkelbach, B. H., 47.
Meyer, H., 154.
Miakowski, Hadrianus, 191.
Michael Ephesinus, 146,
Michel Psellus, 191.
Michel, A., 191.
Michelet, C. L., 154.
Michelistsch, xiii n, 165.
Migne, J. P., 163,195.
Miguel, Alphonsus, 191.
Mifiana, E., 152.
Molina, L. de, xvili n, 191.
Monaldi, 15.
Monod, W., 154.
Monsabré, J., 191.
Montaigne, 284.
Montalbân, J. de, 192.
Montesinos, L., 192.
Moos, F., 9 n, 85 n, 88 n.
Morata, N., 146,154.
Morente, M., 152.
Morgan, 310.
Moser, G. M., 156.
Moses Bar Kepha, 164.
Motte, A. R., 192.
Muckle, J. T., 144.
Mullach, F., 145, 329,524.
Mullard, R., 192.
Müller, M. J., 154.
Mulson, J., 192.
Munk, S., 154.
Muratori, L. A., 192.
Mure, G. R-, 154.
Muretus, M. Ant., 154.
Mussi, A., 192.

Nagy, A., 145.
Nauck, A., 156.
Naulaerts, J., 192.
Naujokas, Joan., 155.
Naval, Franc., 34.
Navarrete, Balthasar, 192.
Nazarius, J. P., 192.
Niederhuber, Joan., 160.
Noort, G. van, 206.
Nuno Cabezudo, Did., 192.
Nyber, H. S., 155.

Oberthür, Franc., 37.
Odonis, Gerardus, 155.

Oelher, Franc., 193.
Ollé-Laprune, L., 155.
Olivet, Jos., x n, 148.
Olympiodorus, 284.
O'Mahony, J., 193.
Origenes, 59,164.
Ortiz, L., 193.
Oswald, J., 193.
Ottaviano, C. 149.
Oviedo, Franc., 193.

Pace, E., 193.
Pacheco, D., 193.
Palacios, L. E., viii.
Pallavicini, 193.
Palmieri, Dom., 193.
Palucsak, P., 193.
Paludanus, M., 193.
Paludanus, Petrus, 193.
Paludanus [Pseudo], 193.
Palumbus, M., 194.
Paquet, A., 194.
Paradiso, J., 194.
Parente, P., 194.
Paria, J., 202.
Passerini de Sextula, 194.
Pasté, E., 194.
Patuzzi, Vine., 37.
Payot, J., 155, 498.
Pecham, J., 194.
Peez, J., 178.
Peghaire, J., 194.
Pegues, Th., 194, 219.
Peülaube, E., 194.
Pelletier, CL, 194.
Pelster, Franc., 195.
Pelzer, A., 71 n, 179.
Penido, M. T., 195.

Penafiel, L., 195.
Peraldus, GuiL, 195, 300, 536.
Perazzo, J. Bapt., 195.
Pererras, B., 195.
Pérez, Hieronymus, 195.
Peri, H., 195.
Perictiones Pyth., 155.
Perrone, J., 195.
Pesch, Christianus 46 n.
Patavius, Dionysius, 19 n, 35 n, 195.
Petrus Martyr, Vermilius, 155.
Peterson, E., 41.
Petit, L., 189.
Petschenig, M., 160.
Petzelt, Leop., 37.
Pfaff, Matth., 18 n.
Pfeilschifter, G., 25 n.
Philips, G., 195.
Philippus a SS. Trinitate, 204-205.
Philoponus, 355.
Piat, CL, 155.
Picard, G., 195.
Piccirelli, Jos., 195.
Piccolomini, Franc., 155.
Pinelli, L., 196.
Piperno, Reg. de, 121.
Pirotta, A., 7 n, 158, 196.
Pisis, Rainerius de, 196.
Pittroff, Franc., 38.
Pits, J., 196.
Pius IX, 410, 411, 412.
Pius X, xi, 112, 128 n, 412.
Pius XI, xi, xii, xvi, 96, 113, 115, 130, 134, 410, 411, 412, 413, 458, 507, 509, 533·
Plato, 150, 153, 155, 498.
Plotinus, 153, 155, 161, 397, 524.
Plutarchus, 136.
Pomponazzi, P., 156.
Ponville, H., 156.
Porphyrius, 156.
Portalié, E., 162.
Poschmann, B., 41.
Potti da Colle Mancio, A., 196.
Pou y Marti, Jos., 196.
Prado, N. del, 196.
Praepositus, J., 196.
Praesentatione, AL, 196.
Preger, W., 196.
Preingué, Jord., 165, 196.
Prierias, Silvester, 14 n.
Prosper (S.), 417.
Pryleszky, J. Bapt. 3L.
Puente, L. de la, 197

Puffendorf, Samuel, 27 n.
Puffendorf, Esaias, 27 n.
Puteobonellus, J., 197.
Pythagorici, 146, 155, 284.

Quetif-Echard, J., 165.
Quidort, J., 328.
Quintilianus, 5, 51, 55.

Rabeau, G., 41.
Ragusa, J., 197.
Ramadié, 517.
Ramirez, J. M., vn, vni, 9 n, 64 n, 80, 214 n, 270 n, 3S0 n.
Ramsauer, G., 156.
Raineri, A., 197.
Rasslor, Christophorus, 35 n.
Rauttenstrauch, Stephanus, 25 n, 38.
Raymundus de Penafort (S.'), 14.
Raynaldus, O., 197.
Receveur, Franc., Xav., 40.
Reding, A., 197.
Ree, P., 136.
Reebmann, Jos., 38.
Reinhard, J. Bapt., 18 n.
Reiser, B., xvm n, 10 n, 61 n.
Requeséns, J., 197.
Remedelli, 15 n.
Revilla, A., 197.
Reyes, Ant., 136.
Rhodii-A., 152.
Ribas, L., 197.
Rieman, O., 197.
Rignano, E., 136.
Ripa, Raphael, 197.
Ripalda, J. Martinez de, 165, 198.
Riva, G., 136.
Rivera, Michael, 34 n.
Riviere, J., 51η.
Rilzler, R., 198.
Rochefort, Guil., 156.
Rodier, G., 156.
Roemer, A., 145.
Rohmer, J., 198.
Roland-Gosselin, D,, ,6s, ,,8 . 270 n.
Rolland, E., 136.
Roman, G., 198.
Roselli, S., 284.
Rosmini, A., 136.
Rossi, A., 156,198.
Rousselot, 198.
Rubeus, Lud., 16.
Rufinus Aquileiensis, xvm.
Ruiz de Montoya, Did., 198.
Rusca, A., 198.
Ruziczka, Evaristus, 38.

Sacra Congregatio S. Officii, 463.
Sacra Congregatio Studiorum, χνη.
Salas, J., 198.
Salcedo, A., 198.
Salmanticenses, 23, 61 n, 105 c, 105 n, 139, 198, 219 n, 286.
Salmanticensis Universitas, 107.
San, L. de, 45.
Sânchez, Thomas, 23.
Sandt, M. van der, 35 n.
Sartori, A., 199.
Satolli, Franc., 199.
Savonarola, Hieronymus, 199.
Schaelzer, Const., 40.
Schanz, P. von, 41.
Scheeben, M. Jos., 24 n, 43,44,
Schenki, Carolus, 96, 160.
Schenkl, Maurus, 25 n, 32-33.
Schildhauer, H., 156.
Schiwietz, St., 162.
Schmitt, F., 167.
Schneider, Ch., 155.
Scholarius, Georgius, 188.
Scholliner, H., 38.
Schopenhauer, A., 498.
Schouppe, Franc. Xav., 33.
Schottus, A., 165.
Schrader, Cl., 40.
Schram, Dom., 31.
Schubert, A., 162.
Schuster, J. Bapt., 157.
Schiitgen, Em., 199.
Schutz, R., 199.
Scorraille, R., 46.
Scotus, Duns, 199.
Sempels, V., 200.
Seneca, L. Annaeus, 55, 127, 157, 498.
Senensis, Sixtus, 200.
Serra, Marcus, 200, 467.
Serrano, P., 157.
Sertillanges, A. D., 157, 200.
Sestili, Joachim, 200.
Siebeck, H., 327 n.
Sieripepoli, A., 200.
Siger de Brabantia, 165.
Simoni, S., 157.
Simonin, H., 200.
Simor, J., 517.
Simplicius, 325 n.
Snell, F., 157.
Socrates, 57, 153, 155.
Soiron, T., 41.
Solesmenses monachi, 20 n, 204.
Soncinas, P., 200, 255, 256.
Soto, Dom. de, 201, 535.
Soto, Petrus de, 17.
Spagni, A., 157.
Spalding, Georg. Lud., 5 n.
Spencer, H., 498.
Spettmann, H., 194.
Speusippus, 157.
Spinoza, B., 26 n, 284.
Stadelmayer, A., 201.
Stakemeier, E., 162.
Startler, Ben., 29 n.
Staudenmayer, Franc. Ant., 40.
Stefanini, L., 157.
Stegmüller, Franc., 82 n.
Stezenberger, J., 157.
Stewart, J. A., 157.
Stich, J., 154.
Stigmayr, J., 51 n.
Stoeger, J., 201.
Stoici, 151,157.
Stolz, A., 41, 47 n.
SuArez, Franciscus, 18 n, 20, 21, 2 46,115, 200, 375, 376.
SuArez Lorenzo, Jos., 327 n.
Suilhé, J., 158.
Suhrawardi, 147.
Suppaur, M., 38.
Susemihl, F., 145.
Sylvius, Franc., 201, 467.
Szabô, S., 201.
Szydleski, St., 41.

Tabarelli, R., 201.
Talamo, S., 201.
Tambaco, J. de, 201.
Tanner, A., 201.
Tarantasia, Petrus de, 202.
Teixidor, L., 202.
Teplotz, Steph., 40.
Terrien, J. Bapt., 202.
Terzago, N., 202.
Tesauro, E., 158.
Thanner, Ign., 40.
Theichmüller, G., 158.
Theiles Wily, 158.
Themistius, 324, 325, 330, 355.
Thomas Aquinas (S.), 202-204. Vide Indicem Thomisticum.
Thomas, Corb., 38.
Thomas Sutton, 158, 328.
Thomasius, 204.
Thomassinus, L., 35 n, 204.
Thorndike, 310.
Tisot, J., 157.
Toletus, Franc., 202.
Tonneau, J., vn.
Tonquedec, J. de, 204.
Tostatus, Alphonsus, 204.
Tranche, A., 202.
Trivellato, M. A., 202.

Udalricus de Argentina, 205.
Ulloa, J., 205.
Urbano, L., 257.
Urdanoz, T., vni.

Val, H. del, 205.
Vallaro, Steph., 205.

Valentia, Greg, de, 205.
Valin, P., 158.
Valois, N., 205.
Valshe, J., 205.
Vandenberghe, A., 205.
Vanni Rovighi, S., 206.
Vargas, B., 206.
Varro, M. Terentius, 158.
Vaux, R. de, 206.
Vâzquez, Gabriel, 18, 19, 20, 206, 342, 375.

Vegius, M., 206.
Vcldcn, F. van der, 43.
Vellosillo, Ferdinandus, 206.
Verardo, R., v ii.
Verhaar, J. P., 207.
Vermeil, Franc., 207.
Versor, Joan., 158.
Villar, Thomas, 207.
Villeneuve, F., 258.
Virgilius, 126.
Vitoria, Franciscus de, 22, 109.
Vitt, A., 207.
Viuppens, I., 207.
Vloten, J. van, 26 n.
Vogl, Berth., 38.

Waffelaert, G., 207.
Wagner, Frid., 158, 207.
Walter, A., 188.
Walzer, Rich., 158.
Wehermann, Th., 158.
Weibel, Bernardus, 35 n.
Weinberger, Guli., 147.
Weiss, Albertus, 24 n, 26 n.
Weiss, Ud., 26 n.
Weigscheider, J. A. Lud., i9 n
Wiesner, Franc., 38.
Wiest, Steph., 25 η, 26, 29, 32 ,,
Wiggers, J., 207, 375.
Wimpina, Conradus, 35 n.
Winter, F. J., 163.
Wirthmüller, Joan. Bapt., 40.
Wittmann, M., 158.
Wolauf, Hieronymus, 207.
Wolf, Christianus, 26, 27, 28 n, 150
Wolff, G., 136.
Woroniecki, H., 42.
Wulf, M. de, 179.
Wurz, Ign., 39.
Wurzer, Bald., 39.
Wysser, P., 42.

Zabarella, Jac., 10 n, 208.
Zaccharia, Ant., 19 n, 39.
Zaccherini, Godefridus, 208,
Zammit, N., 159.
Zanardi, A4., 208.
Zaragüeta, J., 159.
Zeno Citieus, 159.
Zeller, Ed., 159.
Ziesché, Car., 42.
Zigliara, Thomas, 208.
Zubizarreta, Valentinus, 46 n, 208.
Zûmel, Franc., 208.
Zumtobel, J. Georgius, 25 n.
Zycha, I., 160.

II. INDEX BIBLICUS

	Pag.
Genesis	
M A. ..... • . . .	69
I 26 ..... · (	88, 528
I, 28-29..... ...	528
Ů, 2-3..... · · .	<20
Exodus	
20,12..... ...	uy
Deuteronomium	
4,19.....	529
33,8.....	95
III Regum	
18,21.....	463
Job	
8,1.....	XVIII
25» 6-7.....	513
Idber Psalmorum	
8« 7, 8, 9.....	529
'5,2.....	515
24,10.....	521
31,9.....	284
33,16.....	535
....	84
35» io	100
	XVIII
8i, 6	95
	536
103, 24, 3i	521
145, 6.....	515
Proverbia Salomonis	
II, 29	534
i6, 14	515
Liber Sapientiae	
2, 8.	72
ii, 3	95
	529
	529
Ecclesiasticus	
Prologus	59
Isaias	
	516
43, 7-	516
48, n	517
Jeremias	
3» 19	n

Pag.

Ezechiel

18, 23, 32. 415
33, ii----- 415

Oseas

9, 10 360

II Machabaeorutn

7, 28-29 529

Evangelium secundum Matthaeum

2, 10 59
531
5, 19 111-113
94
360, 462
11, 29 95
12, 30 461, 463
69
18, 10 509
509
68
534, 536
25, 34, 46 413
28, 19.... 507
28, 19-20. 68

Evangelium secundum Lucam

16, 1-8 381
17, 10. 515
18, !.. 486
507

Evangelium secundum Joannem

Prolog..... 59
i, 3 60
515
10 464
415
10, 16 507
10, 28 464
14> 6 96
16 535
17, 20-26 XVIII
464
94
461

Actus Apostolorum

68,96,113
SU

Ad Romanos

i, 14 XV
507
i, 20 514,529
517
2, I XVI
2, 4 72
415
3, 29-30 507
413
66,97,509
8, 28..... 534
8, 29..... 95,97,508
8, 29-30.. 417
10, 12, 13 507
ii, 35.... 515
516
13, 4· XVI
13, 10

I ad Corinthios

2, Q..... 134
100
3, 22-23..... 464,531
4, 7.. 515
4,16..... 95
8, 6..... 531

Pag.

486
.... 508
N»*/·· 463
.... 486,532
..... ' ' 95
Ib *.... 7®
13,4-7..... 413
..... 531
AJ) * 464, 536
.... 95
15,47-49..... 95, 486

II ad Corinthios

... . 95
5) 415, 508
14-*. 463
ivj J..... 528
1b 135
509

Ad Galatas

2,20 97
3,28 507

Ad Ephesios

417
535
I,π 417
3,6. 507
508
4» 15 97
94
5j 1-2, 8-9 94

Ad Philippenses

535
i, II 462
3,19

Pag-

Ad Colossenses

i, 24..... 97
97
2, 20..... 97
97
3, i»2» .....
3, ... 507
3, il..... 95
3, ... 486
3, ... 95
3, ... 532
*/ . . '

J ad Thessalonicenses

5, ... 486

I ad Timotheum

486
508
415

Ad Hebraeos

95
516
515
3, ...

Epistola Jacobi

68
68
462
4, ...

I Petri

413
I, ... 532
2) 12· · ⁴ 95

Pag.

503
94
95

515
516
515
515

III. INDEX THOMISTICUS

Commentaria in scripturam SACRAM

Pag.

In librum Job

Cap. 8, lect. 1 XVIII
Cap. 9j lect. 1 331

In quatuor primos nocturnos Psalterii

In Psalmum 1, n.° 1 371
— 33, n·0 9 292
– 35> n·0 5 306
XVIII
39, n.° 5 70
48, n.° 2 70

In Evangelium secundum Matthaeum

Cap. 2, n.° 11 59
Cap. 5> n·0 4
Cap. 6, n.° 5 360
Cap. 6, n.° 5 461
Cap. 7..... III

In Evangelium secundum J0annem

Prologus S. Thomae.. 42, 323, 331
Cap. 13, lect. 3, n.o 3 96
Cap. 14j lect. 2, n.° 3
Cap. 14j lect. 2, n.° 3 96
265
Cap. 15, lect. 2, n.° 6
Cap. 16, lect. 6, n.° 3 XVIII

In epistolas S. Pauli Apostoli

Pag.

In Epistolam ad Romanos

Cap. 5, lect. 1 78
Cap. 8, lect. 6 535

In I Epistolam ad Corinthios

Cap. 5, lect. 3. 96
Cap. 5, lect. 4. 94
Cap. 14, lect. 3 486
Cap. 15, lect. 5 325

In II Epistolam ad Corinthios

Cap. 4, lect. 2. 462
Cap. 12, lect. 3 265

In Epistolam ad Galatas

Cap. 3, lect. 6..... 104

In Epistolam ad Ephesios

Cap. 3, lect. 4 325 n
Cap. 4, lect. 2 13 n
Cap. 5, lect. 1 94

In Epistolam ad Philippenses

Cap. 3, lect. 3..... 462

Pag.

In Epistolam i Hebraeos

Cap. 5, lect. 2..... in
Cap. 12, lect. i..... 97

Commentaria in Aristotelem

In libros perihermeneias
(ed. leon., 1.1)

In librum I

Lect. 3, n.° 7..... 293
— 4, nn. 5-6..... 308
— 5> nn. 3, 4, 8..... 339
— 8, n.° n..... 247
— 9, n.°8..... 268
— 10, n.° 8..... 268
— 10, n.° 13..... 373
— 10, n.° 23..... 247
— 11, n.° 9..... 245

In librum II

Lect. 2, n.° 2..... 376

In libros posteriorum analyticorum (ed. leon., t. I)

In librum I

Lect. 2, n.°5..... 211
— 2, n.® 7..... 367
— 2, n.° 31..... 125
— 4, n.°4..... 379
— 4, nn. 9, ii, 16..... 391
— 4, n.° 16..... 244
— 5, n.® 16..... 245
— 6, n.° 3..... 245
— 8, n.° 7..... 283
— 10, nn. 2, 3, 7..... 288
— 10, nn. 4 et 8..... 283
— ii, nn. 2, 3..... 435
— 13-14..... 391

In octo libros physicorum
(ed. leon., t. II)

In librum I

Lect. I, nn. 1-4..... Un
— I, nn. 7, 9, 10..... 363
— i, nn. 6-11..... 344
— 4, nn. 2-3·.·····».··. 286

In Ubrum II

Lect. I, nn. 5-11..... 119
— 2, n.° 7..... 353, 367
— 4, n.® 7..... 118
Lect. 4, n.° 10..... 106
— 5, n.® 5.....391, 398
— 5, n.® 6.....215, 296, 381

pag.

— 14, n.° 2..... *83
— 15, n.° 5..... 448
— 16, n.° 5..... 300
~ 17, n.o 3..... 448
— 20, n.® 5..... io
— 27, n.° 9..... 283
— 30, nn. 5-6..... 379
— 31, nn. 11-12..... 392
— 31, n.® 13..... 283
— 32, nn. 1-2..... 392
— 34, nn. 5-7, 11..... 392
— 35, nn. 2, 6, 8, 10..... 392

In librum II

Lect. 2, n.°2..... 49
— n.° 7..... 353
— 3,n.® i..... 476
— 6, nn. 6-7, 9..... 50
— 7,n.° 2..... 302
— 8,n.° 3..... 300
— 18, n.»4..... 476
— 20, nn. 4-5..... 476
— 20, nn. ii, 13, 14..... 379
— 20, n.° 12..... 292

Pag.

on. 5 et 11..... 302
" ; n.° 243, 391
: 5>15..... 367
_ 6, n.° 6..... 230
_ 7, n.° 7..... 294
_ 8,n.°5.....230,279
_ g, nn. 5-8..... 230
_ S, nn. 8-9..... 387
_ 9, nn. 1-2..... 387
– 10, n.® 4..... 235
jo, nn. 10-11..... 230
_ 10, n.° 15.....249, 302
– 11, n.°2..... 341
– 12, n.° i.....324, 336
– 13, n.° 3..... 295
– 13, nn. 3-5.....230, 295
– 13, nn. 4-5..... 230
_ 14, nn. 4, 6,7..... 295
– U, n.° 7.....303, 387
– 14, n.° 8.....296, 324
– 15,n.°5..... 390
– 15, n.® 6..... 296
– 16, ŋ.® 5..... n8

In librum III

Lect. 4, nn. 10, ii..... 347
– 5, nn. 9, 15..... 287
– 5,nn. 15, 18..... 347
– 5, n.® 13..... 340
– 5, n.° 15..... 289, 367

In librum IV

Lect. 5, nn. 2, 17..... 352

In librum V

Lect. 5, n.° 2 429

In librum VII

Lect. 3, n.® 7..... 250, 287
~ 7..... 375, 380, 514

In librum VIII

Lect. 5, n.° 3..... 303

In libros de coelo et mundo
(ed. leon., t. III)

In librum I

Proemium, n.° 1..... 329
— nn. 1-5..... ii n
Lect. 8, n.° 14..... 329
— 9, n 0 4..... 126
— 13, n.° 9..... 388
— 25, n.° 4..... 213

In librum II

Lect. 10, n.° 3..... 459
— 18, n.° 4..... 124

In libros meteorologicorum
(ed. leon., t. III)

In librum I

Lect. I, nn. 1-3..... 11 n

In libros de generatione et corruptione (ed. leon., t. III)

In librum I

Prooemium, n.° 1.....ii, 120

In libros de anima
(ed. A. Pirotta)

In Ubrum I

Lect. i, n.° i..... 11 ni20
— I, n.° 2..... 121
— i,n.®7..... 105

Pag.

In librum II

Lect. I, n.° 213..... 367
— 6, nn. 304-307..... 355
— 7, n-° 332..... 530
— 12, nn. 377-380..... 270
— 13, n.° 386..... 296
— 13, nn. 395-396..... 297

In librum III

Lect. I, nn. 216-227..... 234
— ii, nn. 360-361..... 234
— ıı,η.0763..... 248
— 15, n.° 821.....259, 262, 390
— 15, nn. 821-823..... 273> 287

IN LIBRUM DE SENSU ET SENSATO (ed. A. Pirotta)

Lect. I, nn. 1-6..... 11 n
— 2, n.° 29..... 296

In DUODECIM LIBROS METAPHYSICORUM (ed. R. Cathala)

In librum I

Prooemium..... 11 n, 329, 448
Lect. i, n.° i..... 14 n
— I, nn. 2-4..... 124
— I, n.° 15..... 293
— I, n.° 29..... 400
— 2, n.° 31..... 125
— 2, nn. 39et 48..... no
— 3, n.° 52..... 14 n
— 3, nn. 56-65..... 481
— 4, n.° 69..... 14 n
— io, n.° 152..... 57 n

In librum II

Lect. 4, n.° 316..... 484
— 4, n.° 318..... 389
— 5, n.o 334..... χv
— 5j n.° 335.....]

In librum III

Lect. 5, n.° 389-390..... 2!

In librum IV

Lect. I, n.° 536..... 447
— 4, n.o 577..... I0
— 6, n.o 599.....286,442
— 6, n.° 607..... 392
— 15, n.o 710..... 392
— 19, η.0 1048..... 214

In librum V

Lect. 2, n.° 767..... 300
— 2, η.0 772..... 424
— 2, n.0773.....43b 433
— 2, n.o 775.....249,250,289
— 2, n.o 775... 249, 250, 289,520
— 3, η.0 782.....300, 367
— 3» nn. 779, 793..... 424
— 6, n.° 827..... 267
— 8, nn. 896-880..... 380
— 16, η.0 1000..... 331
— 19, n.° 1044.....212, 213

In librum VII

Lect. 4, nn. 1344-1354..... 367

In librum IX

Lect. 8, η.0 1862-1865..... 277

In librum X

Lect. 5, η.0 2028..... 212

In librum XI

Lect. I, η.0 2156..... 125
— 7'n.° 2253..... 7bi°7

Pag.

In librum XII

Lect. 12, nn. 2629-2630..... 125

In DECEM LIBROS ETHICORUM AD NICOMACHUM (ed. A. Pirotta)

In librum I

Lect. i, η.O1..... 244
— i, nn. 1-6..... un
— i, nn. 1-2..... 293
— i, nn. 2-3..... 75
— b n.° 3.....71,85,231,238
— b η.0 7.....221, 229
— i,n.°8..... 236
— i,n.°9.. 250, 251, 261, 287, 320, 393
~ bn.o h 259, 287, 331
— i, nn. 12-13..... 276
— 2, η.0 19.... 216, 221, 229, 484
— 2, η.0 21..... 388
~ 2, n.°23..... 126
— 3, η.0 32..... 103
— 3, n.o 35..... 71,108
~ 3>n.o36..... 115
~ 3, n.o 38..... n6
" 3, η.0 40..... 108
— 4, n.° 43..... 141
— 4j n.° 53..... 116
— 7, η.0 96..... 447
— 9, nn. 105-106.....221, 380
— 9, η.0 106.....221, 450, 495
— 9, n.o j 13..... 133
9)n.on4..... 217
— 10, η.® 121..... 329
— il, n.o 138..... 126
— 12, n.° 139..... 126
— 14, n.o 165..... 141
— 18, nn. 227-228..... 105

In librum II

Lect 2, η.0 256..... 108 n
— 9, n.° 351..... 108 n
~~ il, n.o 369..... 108 n

Pag.

In librum III

Lect. 3, η.0 427..... 313
— 8, η.0 476..... 108
— 19, η.0 605..... 296
— 19, nn. 609-611..... 306

In librum IV

Lect. i, n.° 652..... 61

In librum XI

Lect. 8, nn. 1862-1865..... 276

IN LIBROS POLITICORUM

In librum I

Lect. i..... 308

In librum de CAUSIS

Lect. i.....249,286,289, 383, 384
— 3..... 331

Commentaria in librum Dionysii de divinis nominibus

Cap. 4, lect. 3..... 114
— 2, — 4..... m, 114
— 3, — o..... m
— , o..... 396
— — 21..... 326
— 7, — i..... 114

Commentaria in librum BOETII DE TRINITATE

Prol. S. Thomae..... 14 n, 100
Cap. 2, expositio textus... 3, 5, 98

Pag.

, 125
i ad i 126
i ad 3 133, 134
i ad 3 10,108
i ad 4 125
1 ad 5 . 105
2 ad 2

i, qla. i ad 3. 10
i, qla. i ad 4.
2..... n}ii4

Scriptum super sententiis Petri Lombardi

In librum Primum

Prol. 2..... *12* η, 47 η
— 2 et 5 ad 2
— 4 ad i___ ------ 62
59, IIO, III

D. i, 2, i ad 2 ------ 48
D. i, 4, i ad i ------ 273
D. i, 4, 4 ad i ------ 324
------ 331
------ 283
... 257,263

D. 8, i, ad i ------ 283
------ 348

D. 12, 2 ad 2... ------ 245
D. 19, 4, i ad 2 ------ 221
D. 19, 5, 2 ad i

D. 30, 2..... 373
D. 33, 5 arg. 1..... 365
D. 34, 2, a. unie, ad 69
..... 398
... 325, 331

D. 37, i, i ad 4 ..... B n
D. 37, 3, 3..... ,... 431, 474
431, 433, 437
324, 325, 330
..... 247

D. 45, 2 ad I
D. 48, i, 2..

In librum Secundum

Prol.....
D. i, i, 4 ad 3

I, 2, I, I-----
i, 2, 2 ad 4..

i, 2, 3.....
i, 2, 3 ad i
i, 5 ad 8...

24, 2, 4

25, i ad 7

35, 2

40, i.....
40, 5 c...
40,5 ad 7

In librum Tertium

D. i, divisio textus, n.° 7 86 n
401

D. 23,2,4, qla. 2 c. et obi. 3 13 n>&7
324

Pag.

II8
92

..... 14 n
..... 431
518,.. 519,530
' . . . 357,359
.... 524
.... 251
..... 530
..... 530
..... 364
..... 88 n
..... 292
..... 264
..... 81
..... 81,102
..... 321
..... 66
..... 305
324,. 325,331
.....287
..... 265
..... 448
..... 81
..... 520
..... 500
..... 273
323,. 330,331
..... 349
..... 279
..... 474
..... 485
..... II4

D. 27,1,2, n.° 38. .. . 319
D.27,1,2, n.° 39. .. 322, 331
D. 27, i, 2, nn. 38-44 326
D. 27,1, 3, n.° 38. .. 302
D. 27,3, i, n.° 197. . 264
D.27,2,4qla.3ad i,n.° 177 . 88
D. 27,2,4 qla. 3 ad 4, n.° 183 . 92
D. 29, i, i ad 5, n.° 20..... 461
D.29,4, n.052..... 273
D. 29, 8 qla. 1..... 406
D. 31, i, i, n.° 15..... 461
D. 31,2,4 c..... 456
D- 33, b i qla. 1, nn. 18-19.. 353
D. 33, i, 2 qla. 4 c..... 8
D. 35,1,2 qla. i, n.° 32..... 481
D. 41, i, qla. 1, obi. 1 et resp. . 245

In librum Quartum

D. i, i, 2, qla. 2 ad 2..... 292
D. 8, i, i, qla. 1 ad 1..... 96
D. 8, 2, i, qla. 4 ad 1..... 293
D. 21, i, 2, qla. 2 c..... 79
D. 33,2, 2, qla. 3 ad 2..... 55
D. 48, 2, i..... 529
D- 49, i, i, qla. 1..... 292
D. 49, i, i, qla. 1 ad 4..... 361
D. 49, i, i, qla. 2.....
D-49, i, 3, qla. 1..... 331
D- 49, i, 3, qla. 4..... 475
D- 49, i, 3, qla. 4 ad 6..... 476
D.49, 2, 2..... 296, 297
D- 49, 3, i, qla. 1 292, 321

Quaestiones disputatae

Quaestiones de Veritate

248, 314, 315
2,5 c 383
2, 10. 383, 384, 522
.. ·. 92,324
3,3 ad 6 .. i3n,H4

50

5> 4 c 440

96
9, i ad 12..... 341
10, 6 ad 2..... 297
10, 8 ad 8 in contrarium.. 292
10, 9 obi. 8 et resp..... 245
10 ii ad 6 264
II 114
12 70
12, 3..... 292
13, i obi 9
14, i ad 3.
14, 2..... . 138
14, 4..... 107, 109
14, 5 c.... 78,264
14, 6 ad i. 77
14, 6 ad 5.

. 13 n
• 351
355, 367

16, i ad 9. 81
16, i ad 13 348
16, 2..... 404, 475
16, 2 ad i. . 102 n
21, i ad i. • 383
i obi. 4 ▮ 396
21, i ad 4. 398
21, i ad 10, 283, 383

21, 6 .....291, 365, 366
22, i 287,312,317,322, 331
22, 2 .....250, 252, 522
22, 2 c. et ad i, 2 et 5 522
262
22,4 ad i 260
22, 4 ad 2 260
22, 4 ad 4 260
22, 5.....
22, 5 obi. 5 et resp 470
22, 6..... 291

pag.

22' 7..... 500
22,8..... 1..... 433,434
22, 12..... 287, 290, 312, 331, 34g 366
23, 1..... 73, 3*3, 320, 321, 331
23' 4.....518, 520
23› 7..... 92 η
24, * c.....239,305,314,3ϊ8
24, 2 ad 7..... 306
25, i ad 6..... 26η
26, io ad 9..... 459
27,2..... 13S
28, 7.....249, 302
29, 6..... 141

Quaestiones de Potentia

i, 5..... 238, 324, 325, 331 η
i, 5 ad 5 et 6..... 401
3, i ad 3 et 4..... 534
3, 3 ad 8..... 353
3, 6 ad 12..... 74
3, 9 ad 9..... 431
3, ... 534
3, 15.....230,238,323,325,331
3, 15 ad 14..... 518
3, 16..... 249,313,342,361,397
3, 16 ad 8..... 431
5,i..... 291
5, 5..... 302, 385, 389, 523
5, 5 ad 3..... 246
5, 5 ad 13..... 534
5, 9..... 530
5, 9 ad 16..... 270
6, 8.....350, 353
8, 4 ad 5..... 367
7,10 ad il..... 365
9, 4..... 492
9, 7..... 221
9, 9 ad 7..... 114

Quaestiones de Malo

1, I ad it..... 448
2, 2 ad 5 et il..... 61 n

Pag.

2, 4 ad 9.....
2, 5 ad 6.....; ' 372
2, 6 ad 2..... 279
2, 6 ad 3..... 360
2, 6 ad 9..... 358
6, a. unie..... 372
7, 5.....“ 303
7, 5 ad il..... 81
8, 3 ad 13..... 81
8, 2 ad 14..... 265
*3, 2.....246, 265
16, i ad 2..... 461
16, 2..... 292
287

Quaestio de Anima

6..... 340
7 ad 3..... 353
12 ad 7..... 283
3..... 35
13 ad 7..... 265

Quaestio de Spiritualibus Creaturis

6..... 287
10 ad 8..... 57 η
11 283

Quaestio de Virtutibus in communi

4 c..... 233
6..... 305
ii ad 18..... 55

Quaestio de Caritate

3..... 350
3 c. etad 5 et 9..... 448
3 ad 6..... 88
3 ad il..... 80
4..... 61,493
n ad 2 et 3..... 468, 474, 477,489
12 ad 12..... 461

Pag.

Quaestio de virtutibus Cardinalibus

3..... 363

Quaestiones quodlibetales

3› 4 ad i..... 356
3,25 ad Sed contra..... 436
4,10..... 69
4,2i..... 321
5»8..... 436
7, *5..... 59, 69
7,15 ad 5..... 59
8,19.....257, 272
9, *..... 386
9,5 ad 1..... 367
π, 5 ad i..... 368
12,22 ad 3..... 55

Opuscula

De *ente et essentia*

Prol..... 126
Cap. i..... 283
Cap. 3..... 364
Cap. 4..... 270
Cap. 5..... 367

Collationes de Credo in Deum

Cap. i..... 134

Contra errores Graecorum

Lib. i, cap. 23..... 434

Compendium Theologiae

IP., cap. 100..... 476
IIP., cap. 4..... 95
— cap. 5..... 95

Pag.

Summa contra gentiles
(ed. leon., t. XIII-XV)

Liber I

Cap. i..... 125, 265, 338, 521
Cap. 4..... 125
Cap. 53..... 252
Cap. 75..... 252
Cap. 86..... 518
Cap. 87..... 5Ia

Liber II

Cap. 2.....230, 242, 437
Cap. 4..... 14 n, 63 n, 95, 118
Cap. 5..... 95
Cap. 23-24..... 230
Cap. 23..... 313, 331
Cap. 27..... 391
Cap. 47..... 314,316,321,323
Cap. 48..... 314
Cap. 52, arg. 4..... 400
Cap. 54..... 234
Cap. 55..... 459
Cap. 82..... 305, 307

Liber III

Cap. 2..... 250,279,287,288,293 296,302,389,402,404
Cap. 000
Cap. 16..... 33*
Cap. 17..... 302, 381, 383, 520
Cap. 20..... 521
Cap. 22..... 530
Cap. 23-48..... 134
Cap. 24..... 324, 325, S3*, 396
Cap. 25..... 85,277
Cap. 27.....312, 525
Cap. 48..... 134
Cap. 109..... 390
Cap. 129..... 312

Pag.

Liber IV

Cap. i 14 n
252
385, 389

Summa theologica
(ed. icon., t. IV-XII)

Pro! 119, 245
95
I prol.....
i, I ad 2..... 8
i, I ad 3..... 82
I, 2 ad i..... 96
I, 2 ad 3..... 189
I, 2..... 129
I, 3 obi. 2..... 12, 13 n 69, 70
I, 4 obi. 2 et Sed contra.... 69
I, 4 c. et Sed contra..... 69, 70
I, 4..... 70, 84, 107, 129

i, I, 6, 8-10
i, I» 10..... 59

I, 5 ad 2..... ..... 35» 103
I, 6 ad 3..... 80,112,501
I, 7 obi. 2..... 69,128
1, 8 ad 2..... 102, 104, 458, 528
2 prol.....
2,1..... 500
2, i ad I..... . 219
2, 2 Sed contra 222
2, 2 ad 2..... 222, 423
2, 3..... 338, 473
168
• 450
266
274» 302
5, 4 obi. 2 396
5,4 ad 2. 398
277» 288, 374, 4O4) 447

Pag.

..... 404
386,389,401,402
12, 3 527
..... 209,392
..... 355
13, 5 ad I. 392
13,7 ad I. 365
14, 3 ad 2. «--------.....*20*
..... 320
..... 243,391
14, 16 Sed contra 109
..... 296
18, 3 88,89,232,238,313,331
18, I 89
..... 517
19, 3..... 246,518
19, 2 et 3 520
19, 4..... .....331» 335, 520
19, 5..... ..... 243, 244,252,391
..... 521
2, *2* 331
..... 336
22, 3 ad i 109
..... J30,138,377,418
23, I ad 2 ■534
23,i ad 3 ■ 353
■ 534
402
25, 5 ad i..... 401
28, 4 ad 2..... ,. 407
29, i obi. 3 et resp 252
29, 2..... 252
30, ... 252, 373
32, i ad 3..... • 531
35» 2 ad 3.....
90
44, I ad 1 292, 400
£tad 6 85'285>3''.5>8, 519.520
50, 2..... .. 386
• 346
50, 5..... • 346
431» 433
54j 1-2 . 272

III.— Index THOMISTICUS 565

Pag.

54» 2..... 287
54,3..... 272
54,5 ad obiecta. 292
56.2 ad 3..... 252
58» 3..... 244
59, i'■<. *..... 321
59.2..... 272
60,2.·.·.·.·.·.·.· .. 244, 443, 488
60.1 359
60, 5.1... ..... 488, 526
62.1 et 4..... 138
62.2 477
62,2 ad 2.....
62,2 ad 3..... • 87
250
62,9..... 302
63- *4*..... • 519
65,2..... 519» 530
65,2 ad i et 2... 530
76, i..... • 233
77.1 272
77» i ad 5..... 283
77» 3..... • 355
77» 3 ad I..... 369
77» 6..... 264
77,6 ad 2.....
77.6.7 c. et ad 1 263
77» 7 c..... 257» 265
77.7 ad i..... • 257
79.8..... 352, 394
79» 12..... • 352
80.2 ad i..... 261
81,1-2..... . . 488
82, i..... 359, 477
82, i ad 3..... . 240
82.2 ad 4..... . 448
82.3 265
82.4 ..... 258, 372
83,2 ad 3..... 79
83» 4..... 488
83» 3-4..... 240
84 prol..... 89
84» 6..... 292
85,1..... 247

Pag.

85, 1-2..... 269
85, 4..... 432
85, 5..... 244
85, 6..... 246
87, 2 obi. 3 et resp.... 180
87» 3..... 246
88, 3 obi. 2 et resp.... 246
91, 3 ad 1-3..... 309
83» I..... 92
93, I ad 2..... 94
93» 2..... 88
93» 7 et 8..... 90
93» 9 ad 2..... 88
103, i ad I, 3..... 331
103, 2 ad 2..... ... 92,276
105» 4..... • · · 433» 434
105, 5 ad 2..... 431
106, 2..... •·· 433, 434
117» I..... •·· 113, 114

I-II

Prol..... 86, 88, 90
i..... .. 119
1-5..... 118
.....
6'ir4..... ii9ss
Ij 1 c..... 89
!» 1 Obi. 1..... 2I5
i, I obi. 3..... 279
T-2..... 56
!» 2 °bi. 2..... 468
I, 2 ad 2 et 3..... 231
3 c\..... 56, 354, 368
I, 3 ad 2..... 369
I» 3 ad 3..... 43I
Ij 4..... 252' 386, 393, 394
I, 4 ad i.....218, 400
Ij 5..... 493, 495
I, 5 Sed contra.....218, 380, 461
I, 6 ad 3..... 483
i»7.....218,475,493,501,467
I, 7 ad 3..... 495

Pag.

1, 8.....
2, 5 obi. 3.....
2, 5 Sed contra
2, 6.....
2,7 ad i.....
3, 2 ad 4 et 6..
3,3.....

3, 5 ad i

5, 8 ad 2
6 prol...

6, i ad 3
6, 2.....
6, 4.....
6, 6 ad I
6, 6-8...

8' 1.....259, 287
9, 1..... 252,258,259,349,354,372
9, i ad 2.....258, 262

10,
10, i ad i. ...
10, I ad 3.....
10, I et 2.....
10, 2.....
11, 3.....
12, i ad i et 2
12, 4.....
12, 4 ad 3. ...
12, 5.....
12, 5 ad 3. ...
13, 2 ad 3. ...
13, 2 ad 5. ...

....399
.....525
....277
..... 404
.....138
....527
... 266, 277
..... 90 η
....126
.... 277
... 9O,iii8
.... 218
....218
....218
.... 493
.... 218
. 69, 71, 109
....281
312, 313, 356
....323
.... 313, 315
.... 312,356
..... 312
..... 469
....356
..... 84

217, 359, 477, 495
..... 231
..... 444, 495
..... 232
..... 350
..... 374
..... 360
..... 118
..... 293
287, 331
308
305
324

14-17

16, 3

16, 4 ad 3

18.....
18, i.....
18, 3 obi. 2...
18, 4.....
18, 5.....
18, 7 ad i. ...
18, 7 ad 2 et 3.
18, 9 c.....
18-21.....
19, i ad 2. ...
19, 10.....
20, 3 c. et ad 3
21, 2.....
21, 2 ad i. ...
21, 2 ad 2. ...

26, I
26, 2

27, 2.....
27,2 ad 2
28, 4 ad 2
29, i.....
30, i ad i
30, 3 ad 2

3i, 3 ad i
40, 3.....
46, i c...
50, 3 ad 2
50, 5.....

Pag.

..... 108,405
..... 404
..... 404
..... 236
..... 240
..... 236
..... 240
..... 236
..... 288
..... 217
..... 343
..... 74,215
....69
..... 366
....354
..... 371
.....275, 360
....279
....369
..... 275
..... 92
..... 75,447
.....239
..... 217
217, 276,374,375
..... 84
..... 460

321, 323, 331
252, 262, 352
..... 259
..... 259
..... 263
..... 398
..... 259
..... 536
..... 261
..... 307
..... 261
..... 331
..... 468
..... 306
54
366

54. 2.....
54,4.....
54, 4 ad 3
57>1.....

66, 5.....
67, 6 ad 2
69, 2.....

72, 3.....
74, 2 ad 3

So, i.....
84, i ad I. ...
84,4.....
85, 6 c.....
87, 4.....
88, i ad i et 3
88, 3.....

90, i ad 2
91,1 ad 3
96 2.....
91, 2 ad 2
93, 4 et 5.....
94,2.... 336,392,404,442
94, 2, 4· -..
94,2, 3·..·
ioo, 3 ad i
109, 3.....
109, 5.....
m, i.....
H1,4.....
112, 5 ad i
114, 4.....
114, 10....

II-II

Prol
i, I.

Pag.

366
448
333
7n
7 n, 286
261
. 129
82,458
• 365
75
489
259
..... 503
323, 325, 327
485
490
489
478
392
336
336, 376
352
331, 336
477
496
441
84 η
87, 488
.. 138
.. 113
no
.. 294
77, 84, 87
• . 533

109,120
61 n
103, 345

M°, 392,475

I
2
I

8, i ad 2

18, 4c...
21,3 ad 2

23, 3-6.....
23, 4 ad i et 3
23, 8.....

24, 10 ad 2
24, 12.....
25.....

26, i.....
26, i ad i
26, 2 ad I
26, 3.....
27, 3 ad i

27, 4 ad 2
45, 3 ad 3
47, 2.....
47, I ad 3
47, 8.....
48, i c...
49, 2 ad 3

86,6 ad 4
95, 7.....
100, I.
123, 10
125,
132, I
141, 6 ad I.
162, 3.....
163, 3 obi. 3
166-167....

168, 4

Pag.

429
87, 345
129

• 352
532-533
324
• 459

• 532
447,489
350, 488
406
• 490
. 488

488,532
77
. 488
264-265
246,488
92, 265
264
264
112
126
126
404,405
. 30 η
292
. 447
. 434
• 533
308
• 307

75
• 531
357,358
• 345

480
480

IV. INDEX RERUM ANALYTICUS

Pàgs.

Notula praevia EDITORIS..... VII
Praefatio..... xi

PROLEGOMENA

PROLEGOMENUM PRIMUM

INTRODUCTIO GENERALIS IN UNIVERSAM THEOLOGIAM MORALEM

CAPUT PRIMUM

DE RATIONE QUA INTRODUCTIO IN THEOLOGIAM MORALEM EST INSTITUENDA

Art. i. — De ratione introductionis in disciplinas *philosophicas*..... 9
Art. 2. — De ratione introductionis in disciplinas *theologicas*..... 12
§ I. Apud *antiquos* theologos usque ad finem saeculi xvi... 12
§ II. Apud theologos *recentiores* a saeculo xvi labente usque ad medium saeculum xvin..... 17
§ III. Apud theologos *modernos* a medio saeculo xvui ad nostra usque tempora..... 23

CAPUT SECUNDUM

DE IPSA INTRODUCTIONE IN THEOLOGIAM MORALEM

Art. i. — De natura vel *essentia* Theologiae Moralis..... 49
§ I. Definitio *nominalis* Theologiae Moralis..... 50
A. Definitio *etymologica*..... 51
a. Etymon verbi *Theologia*..... 51
b. Etymon verbi *Moralis*..... 52

P««l

B. Definitio *vulgaris*.....
a. Apud philosophos..... 5g
b. Apud Patres et theologos..... 57
§ II. Definitio *realis* Theologiae Moralis..... fo
A. De ohiecto *materiali* Theologiae Moralis..... 61
a. De obiecto materiali *proximo*..... 62
b. De obiecto materiali *remoto*.....
B. De obiecto *formali quod* Theologiae Moralis.... 73
C. De obiecto *formali quo* Theologiae Moralis..... 79
Conclusio: *definitio essentialis Theolobiae Moralis*..... 83
Exponuntur *quinque formulae,* quibus S. Thomas notionem tradidit Theologiae Moralis..... 84
A. Prima formula..... 84
B. Secunda formula..... 85
C. Tertia formula..... 86
D. Quarta formula..... 86
E. Quinta formula..... 88
Notio haec Theologiae Moralis non solum est S. Augustini et S. Thomae, verum etiam ipsius Sacrae Scripturae.... 93
Art. 2. — De propria *methodo* Theologiae Moralis..... 98
§ I. De propria methodo Theologiae Moralis *ex parte sui vel obiecti*..... 9$
A. Ex parte obiecti *formalisquo* et *quod*..... 99
B. Ex parte obiecti *materialis*..... 103
C. Ex parte *finis*..... 107
§ II. De propria methodo Theologiae Moralis *ex parte subiecti vel theologi*..... no
A. Ex pane *docentis*..... no
B. Ex parte *addiscentis*..... 114
Art. 3. — De *divisione* Theologiae Moralis..... n?

PROLEGOMENUM SECUNDUM

INTRODUCTIO SPECIALIS IN TRACTATUM DE HOMINIS BEATITUDINE

CAPUT PRIMUxM

MOMENTUM TRACTATUS DE HOMINIS BEATITUDINE

Art. I. — Momentum eius in re *philosophica*..... 123
Art. 2. — Momentum ipsius in re *theologica*..... 128

Pàgs.

CAPUT SECUNDUM

DIFFICULTAS TRACTATUS DE HOMINIS BEATITUDINE

CAPUT TERTIUM

DIVISIO TRACTATUS DE HOMINIS BEATITUDINE

PROLEGOMENUM TERTIUM

BIBLIOGRAPHIA TRACTATUS DE HOMINIS BEATITUDINE

§ I. Philosophi 143
J II. Patres___ 159
SIII. Theologi.. 164

LIBER PRIMUS

De HOMINIS BEATITUDINE in genere sive de fine ultimo TOTIUS HUMANAE VITAE IN COMMUNI (Ad Q. I. S. THOMAE)

Proloquium..... 211
A. *Sensus* quaestionis..... 211
a. Notio *finis*..... 211
b. Notio finis *ultimi*.....
c. Duplex acceptio finis ultimi *in communi*
B. *Divisio* quaestionis..... 219

PARS PRIMA

DE EXSISTENTIA ALICUIUS ULTIMI FINIS TOTIUS HUMANAE VITAE

CAPUT PRIMUM

DE EXSISTENTIA ALICUIUS ULTIMI FINIS NATURALIS TOTIUS HUMANAE VITAE

Prologus: ratio et divisio Capitis.....
Art. i. — Utrum homini conveniat agere propter finem 230
§ I. *Praenotanda:* sensus et status quaestionis 230

Pàgs.

Duplex genus *agentium:* aliud per naturam, aliud per intellectum 230
B. Duplex genus *actionum* agentis per intellectum [<= hominis]: actiones humanae et actiones hominis 231
Quid sit *agere* in sensu stricto 234
Momentum capitale quaestionis 238
§ II. Quaestionis *resolutio* 238
Conclusio: *omnes actiones humanae sunt propter aliquem finem sibi a propria hominis ratione praestitutum* 238
Probatur:
A. *A posteriori:*
a. Ex interna *experientia* uniuscuiusque .. 238
b. Ex *inductione* 239
B. *A priori:*
a. Ex medio *analogico* .....
b. Ex medio *proprio* 245
§ III. Solvuntur *difficultates* 247
A. Prima difficultas:
a. Proponitur 247
b. Solvitur 248
Duplex sensus axiomatis: *finis, secundum quod est in intentione agentis, habet rationem causae* 250
Excursus de formali constitutivo causalitatis finalis 253
Quaestionis sensus et difficultas 253
2. Tres thomistarum sententiae 253
2. *a.* Prima 253
b. Secunda 255
c. Tertia 256
3. *Inquisitio in germanam mentem S. Thomae* 257
Crisi subjiciuntur sententiae thomistarum 263
a. Improbatur secunda sententia 263
b. Improbatur tertia sententia 263
c. approbatur prima sententia 264
Explicatur sententia S. Thomae analogia duplici 268
Analogia *metaphysica* 268
b. Analogia *psychologica* 268
B. Secunda difficultas:
Proponitur 271
Enodatur:
Prima solutio 271
Secunda solutio 275

Pàgs.

C. Tertia difficultas:
a. Proponitur 277
b. Dispellitur 278
2. — Utrum agere propter finem sit proprium rationalis creaturae 280
§ I. *Praenotanda:* sensus et status quaestionis 280
§ II. Quaestionis *resolutio* 284
Prima conclusio: *si agere propter finem sumatur large, pro simplici facto operandi propter aliquem finem, tunc agere propter finem non est proprium hominis, sed est commune omni agenti* 285
A. Declaratur:
a. Quasi *a priori,* per discursum universalem mere explicativum 286
b. Quasi *a posteriori,* per discursum particularem mere explicativum 292
B. Demonstratur *indirecte,* per deductionem ad absurdum 299
a. Primum argumentum 300
b. Secundum argumentum 302
Secunda conclusio: *si agere propterfinem sumatur proprie et stricte pro modo perfecto et activo agendi propter finem, prout scilicet agens tendit in finem quasi se agens vel ducens ad finem a seipso per propriam rationem praestitum, tunc agere propter finem est proprium et exclusivum hominis inter omnia agentia sensibilia huius mundi adspectabitis* 304
A. Demonstratur 304
B. Ulterior explicatio *multigeni modi agendi propter finem* . 312
Triplex modus agendi propter finem. 318
Eius reductio ad *duos* primordiales et supremos 321
c. Dependentia agentis per naturam *ab Agente Primo per Intellectum* ... 322
Excursus *de axiomate: opus naturae est opus Intelligentiae* ... 324
§ III. Solvuntur *difficultates* 332
A. Prima difficultas:
a. Proponitur .. 333
b. Enervatur ... 333
Secunda difficultas:
a. Proponitur .. 334
b. Dissipatur ... 335

Pfyj.

C. Tertia difficultas:
a. Proponitur..... 336
Evacuatur..... 336
Art. 3. — Utrum actus hominis recipiant speciem ex fine..... 338
Praenotanda: sensus et status quaestionis..... 338
§ II. Quaestionis *resolutio* 344
A. *De specificatione actus humani in genere ex fine .,* 344
Conclusio: *actus humani specificantur ex fine.* 344
Probatur:
a. Demonstratione *propter quid*..... 345
b. Demonstratione *quia*..... 346
Adnotatio in duas istas demonstrationes..... 354
B. *De specificatione actus humani in specie ex fine.,.* 355
a. De specificatione actus humani *in esse psychologico* ex fine..... 356
Conclusio: *actus humani in esse psychologico considerati specificantur unice ex fine operis*..... 356
Demonstratur..... 356
b. De specificatione actus humani *in esse morali* ex *fine*..... 358
Conclusio: *actus humani in esse morali considerati specificantur tum ex fine operis tum ex fine operantis, non tamen ex aequo, sed ordine quodam prioris et posterioris*..... 358
Demonstratur..... 358
§ III. Solvuntur *difficultates*..... 362
Prima difficultas:
a. Proponitur..... 362
b. Reiicitur..... 362
Secunda difficultas:
a. Proponitur..... 367
b. Exploditur..... 367
Tertia difficultas:
a. Proponitur..... 370
b. Refutatur..... 370
Art. 4. — Utrum sit aliquis ultimus finis humanae vitae..... 372
Praenotanda: sensus et status quaestionis..... 372
II. Quaestiones *resolutio*..... 378
Conclusio: *exsistit aliquis ultimus finis naturalis simpliciter totius humanae vitae*..... 378

Pàgs.

Demonstratur:
A. Ex medio *proprio:*
a. Argumento *inductivo*..... 379
b. Argumento *deductivo* ad impossibile... 382
B. Ex medio *analogico:*
a. Ex processu naturae in *eodem* genere causae..... 387
b. Ex processu intellectus in *diverso* genere causae, scilicet efficientis..... 390
§ III. Solvuntur *difficultates*..... 395
A. Prima difficultas:
a. Proponitur..... 395
b. Succiditur..... 395
Explicatur axioma: bonum est diffusivum sui. *Duplex sensus*..... 397
a. In genere causae *finalis*..... 397
b. In genere causae *efficientis*..... 398
B. Secunda difficultas:
a. Proponitur..... 402
b. Evertitur..... 402
C. Tertia difficultas:
a. Proponitur..... 405
b. Destruitur..... 405

CAPUT SECUNDUM

DE EXSISTENTIA ALICUIUS ULTIMI FINIS SUPERNATURALIS TOTIUS HUMANAE VITAE

I. *Praenotanda:* sensus et status quaestionis..... 409
II. Quaestionis *resolutio*.....
Conclusio: *revera exsistit aliquis ultimus finis supernaturalis totius humanae vitae*.....
Probatur:
Ex *auctoritate* divina.....
a. Terminis expressis et *formalibus*..... 412
b. Terminis *aequivalentibus* 4M
Ex *ratione* theologica.....

PARS SECUNDA

DE NATURA SIVE DE UNITATE ESSENTIALI ULTIMI FINIS TOTIUS HUMANAE VITAE

Prologus: ratio et divisio quaestionis 423

CAPUT PRIMUM

DE UNITATE FINIS ULTLMI SIMPLICITER TOTIUS HUMANAE VITAE UNIUS EIUSDEMQUE HOMINIS

Art. 5. — Utrum unius hominis possint esse plures ultimi fines..... 427
§ I. — Utrum unius hominis possint esse plures ultimi fines *naturales*
Praenotanda: sensus et status quaestionis..... 428
B. Quaestionis *resolutio*..... 430
Conclusio: *impossibile est quod voluntas unius hominis, uno actu absoluto volendi, simul velit plures fines simpliciter ultimos, totales et adaequatos*..... 430
Demonstratur:
A. Argumento *metaphysico*..... 430
B. Argumento *psychologico* triplici:
a. Ex ipsa ratione obiectiva et formali *finis* ultimi simpliciter... 439
b. Ex propia ratione formali *appetitionis* ultimi finis simpliciter.. 441
Ex *effectu* formali finis ultimi simpliciter in actum voluntatis illum absolute appetentis.. 445
d. Novum argumentum..... 449
Solvuntur *difficultates*..... 450
A. Prima difficultas:
a. Proponitur..... 451
b. Expugnatur..... 4SI
B. Secunda difficultas:
a. Proponitur..... 452
b. Revincitur..... 452
C. Tertia difficultas:
Proponitur..... 454
Pessumdatur..... 454

Corollaria quatuor:
1. Nequit idem homo simul ferri *habitualiter* in duos ultimos fines totales et adaequatos.....
Neque valet *actualiter* ferri in *unum et habitualiter* in *alium*.. 456
3. Neque simul ferri in duos ultimos fines *sub disiunctione* obtinendos, scilicet *aut* unum *aut* alium. 456
Neque potest simul ferri in duos fines ultimos totales et adaequatos, quorum unus sit *positive* ultimus et alius sit ultimus *negative*..... 456
§ II. — Utrum unius hominis possint esse simul *duo* fines ultimi, unus *naturalis* et alius *supernaturalis*..... 457
Conclusio: *quando finis ultimus naturalis subordinatur fini ultimo supernaturali idem homo potest simul utrumque finem intendere et habere, quando vero finis ultimus naturalis non subordinatur fini ultimo supematurali, sed ei repugnat seu contrariatur, non potest idem homo simul utrumque habere finem, neque intendere efficaciter*.... 457
Probatur:
A. *Prima Pars*..... 457
B. *Secunda Pars*..... 459
§ III. — Utrum unius hominis possint esse simul *plures* fines ultimi *supernaturales*..... 463
Conclusio: *unius hominis non possunt simul esse plures ultimi fines supernaturales* simpliciter, *totales et adaequati*..... 463
Probatur..... 464
Art. 6. — Utrum homo omnia quae vult, velit propter ultimum finem..... 465
§ I. — Utrum homo omnia quae vult in ordine *naturali,* velit propter ultimum finem *naturalem*..... 466
Praenotanda: sensus et status quaestionis..... 466
B. Quaestionis *resolutio*..... 470
Conclusio: *stante eadem volitione et intentione unius ultimi finis, unusquilibet homo in ordine naturali consideratus ordinat omnes suas actiones humanas ad hunc finem ultimum naturalem unum numero assequendum*..... 470

Probatur:

A. Medio *proprio*..... 471
Medio *analogico*..... 472
a. Ex analogia inter ultimum finem relate ad ceteros fines et primam causam efficientem relate ad ceteras causas efficientes..... 473
Ex analogia inter ultimum finem relate ad actus voluntatis et primum principium relate ad intellectus... 475
C. *Adnotatio:* ultimum fundamentum huiusce doctrinae..... 477
C. Solvuntur difficultates..... 478

Prima difficultas:
a. Proponitur..... 479
b. Evellitur..... 480

B. Secunda difficultas:
a. Proponitur..... 480
b. Exstirpatur..... 481

Tertia difficultas:
a. Proponitur..... 482
b. Convellitur..... 482

Corollarium: *definitio realis et essentialis finis ultimi simpliciter totius humanae vitae in genere sive in communi considerati*..... 483

5 II. — Utrum homo omnia quae vult in ordine *supernatural!,* velit propter ultimum finem *supematuralem*..... 485
A. *Praenotanda:* sensus quaestionis..... 485
B. Quaestionis *resolutio*..... 485

Conclusio: *omnia quae homo vult et agit humano modo seu ex voluntate deliberata quamdiu est in statu gratiae, vul et agit propter ultimum finem supematuralem*..... 485

Probatur:

A. Ex *auctoritate* divina..... 485
B. Ex *ratione* theologica..... 487
C. Solvitur *difficultas ex actu peccati venialis*..... 489

Pâgs.

CAPUT SECUNDUM

DE UNITATE FINIS ULTIMI SIMPLICITER TOTIUS HUMANAE VITAE OMNIUM HOMINUM

Art. 7. — Utrum sit unus ultimus finis omnium hominum..... 491
§ I. — Utrum sit unus ultimus finis *naturalis* omnium hominum..... 491
Praenotanda: sensus et status quaestionis..... 491
B. Quaestiones *resolutio*..... 493

Conclusio prima: *finis ultimus naturalis formaliter sumptus omnium hominum ratione utentium est unus idemque tam in ordine intentionis quam in ordine executions*..... 493

Demonstratur:
A. *A priori:*
a. Ex parte *subiecti,* idest modi appetendi et agendi propter ultimum finem naturalem formaliter sumptum..... 493
b. Ex parte *obiecti,* hoc est, rationis formalis ultimi finis naturalis obiective sumpti... 495
B. *A posteriori:*
a. Ex *experientia* omnium volitionum et actionum omnium hominum..... 496
b. Ex *testimonio* omnium philosophorum et theologorum.... 498

Conclusio secunda: *finis ultimus naturalis materialiter sumptus, secundum quod pendet ab appetitu et actione omnium hominum, non est unus idemque omnium hominum, nec in ordine intentionis, nec in ordine executionis*..... 499

Probatur:
A. *A posteriori, ex experientia*..... 499
B. *A priori,* ex ratione..... 499

Conclusio tertia: *verus finis ultimus naturalis materialiter sumptus consistit in re in qua eum ponit homo recte dispositus secundum intellectum et secundum affectum*..... 500

Probatur 500

Solvuntur *difficultates*..... 501

Pàgs.

A. Prima difficultas:
a. Proponitur 502
b. Expungitur 502
B. Secunda difficultas:
a. Proponitur 503
b. Excutitur 503
C. Tertia difficultas:
a. Proponitur 504
b. Retunditur 504
§ II. — Utrum sit unus ultimus finis *supernaturalis* omnium hominum 506
Conclusio: *omnes prorsus homines sunt a Deo destinati in unum eundemque finem supernaturalem, non solum formaliter sed et materialiter consideratum* 506
Probatur:
A. Ex *auctoritate* divina 506
B. Ex *ratione* theologica 508

CAPUT TERTIUM

DE UNITATE FINIS ULTIMI SIMPLICITER OMNIUM AGENTIUM CREATORUM

Art. 8. — Utrum in illo ultimo fine omnes aliae creaturae conveniant 511
§ I. — Utrum omnes aliae creaturae conveniant cum homine in ultimo fine *naturali* 512
A. *Praenotanda:* sensus et status quaestionis 512
B. Quaestionis *resolutio* 514
Conclusio prima: *unus et idem est finis ultimus naturalis obiectivus verus hominis ceteranque creaturarum inferiorum sive irrationalium, non autem est unus idemque finis ultimus formalis* 514
Probatur:
A. *Prima Pars:*
a. Ex *auctoritate* divina 514
b. Ex *ratione* theologica 519
1. Medio *proprio* 519
2. Medio *analogico* 520
B. *Secunda pars* 521

Pàgs.

Conclusio secunda: *hominis aliarumque creaturarum intellectualium est unus idemque finis ultimus naturalis verus tam obiectivus quam formalis* 525
Probatur:
A. *Prima Pars* 525
B. *Secunda Pars* 526
§ II. — Utrum omnes aliae creaturae conveniant cum homine in ultimo fine *supernaturali* 527
Conclusio: *etiam creaturae irrationales ordinantur a Deo in finem ultimum supernaturalem obiectivum: non tamen directe et per se et elicitive sicut creaturae rationales, sed indirecte et imperative et per aliud, hoc est, per creaturam rationalem, ad cuius servitium et utilitatem immédiate ordinantur* 527
Probatur:
A. *A priori* 528
B. *A posteriori* 532
Parergon: *omnia quaecumque Deus operatur ad extra sunt propter electos seu praedestinatos et propter gloriam suam supernaturalem* 534